



**De vera ecclesiarum in doctrina, ceremoniis, et disciplina  
reconciliatione & compositione : hic cognosces veros ortus et  
progressus dissidiorum in religione, uerasq[ue] vias illa  
tollendi, & Christianam consensionem restituendi. : responsio  
ad calumnias Alberti Pighij Campensis, contra Confeßionem &  
Aapologiam Protestantium nuper uulgatas, & Refutatio  
suggillationis Eccianae, contra Acta Ratisponensia**

<https://hdl.handle.net/1874/432814>

2

# DE VERA EC- CLESIARVM IN DOCTRIN- A, CEREMONIIS, ET DISCI- plina reconciliatione & compositione.

HIC COGNOSCES VEROS  
ORTVS ET PROGRESSVS DISSIM-  
diorum in religione, uerasq; uias illatol-  
lendi, & Christianam consensio-  
nem restituendi.

RESPONSIO AD CALVMNIAS ALBERTI  
Pighij Campensis, contra Confessionem & Apologiam Prote-  
stantium nuper uulgatas, & Refutatio suggillationis  
Ecciae, contra Acta Ratiſponensia.

Per Martinum Bucerum.

Index rerum quæ tractantur hoc libro  
post præfationem.

# CHRISTIANO LECTORI.

GRATIA M ET PACEM A

Christo Domino.

**I**Vulgauit statim à Comitijs Ratisponensibus, quæ illic de concilianda religione acta fuerūt; idq; bona fide, & syncero piaæ consensionis studio, in Ecclesijs restituendæ, de quo appello iudicium Domini. Quia uero non dubitabam uarie, de his Actis, à me æditis, iudicatum iri, etiam ab ijs, qui Christi regnum quærunt: coeperam adiūcere explicationem controversiarum, cum earū, quæ in Colloquio in Comitijs illis habito, conciliatæ sunt, tum earū, quæ conciliari in eo Colloquio nondum potuerunt; sed tempore, ne ad eundem mercatū, quo Acta, ea explicatio æderetur, excludebar. Postea uisum Domino est, nostram Ecclesiam flagello corripare pestilentię, quæ res coegit uacare confirmandis eo flagello correptis, & corripi in horas expectantibus. Successit deinde peregrinatio quædam, & alia Ecclesiæ negotia, quibus occupatus insituto operi incumbere non potui; ad quod, nec deinde iustum tempus contigit, indies se magis magisq; accumulantibus curis & laboribus, quos à me & Ecclesia & Schola nostra flagitat: Tamen cœptum opus in manus resumpli, & prosequendo ei, ædendoq; impendi quantum temporis cottidiano meo ministerio subducere licuit.

Eo uero me hæ causæ perpulerunt. Primum ex multis colloquijs, quæ de religione habui, cum non paucis hominibus, & nostratisbus, & peregrinis, Italib; Gallib; Hispanib; & Anglis: tum etiam ex multorum scriptis, animaduerti, ac certo comperi, in controversijs religionis,

quæ

P R A E F A T I O !

quæ hoc nostro tempore existunt, hærere minime paucos, quos uideas tamen uero Dei timore, certoq; Christi studio teneri, tantum eo, quod nec ueterem Ecclesiæ doctrinam, quæ extat in libris S. Patrum, nec nostram recte intelligunt. Ita enim & nouæ illi, religionem tradendi, ad ministrandi rationi, quæ postremis & corruptis Ecclesiæ temporibus introducta est, à ratione, quam tradunt D. Scripturæ, & secuti Patres sunt, plane aliena, adsueverunt: & Sophistarum, quos pater mendacij, contra Christi doctrinam, nunquam non excitat, & suis artibus instruit, paralogismis & calumnijs perturbantur, ut in scriptis, tum patrum, tum nostrorum hominum, quanquam clare in illis & perspicue omnia explanentur, minime pauca, propter scriptioris & formularum loquendi insolentiam, haud quaquam suo sensu, quo scripta sunt, percipient: indeq; multa in nostra doctrina, & disciplina, cum traditione ueteris Ecclesiæ, & ijs religionis principijs, quæ illi ex doctrina Christi uera tenent, plane pugnare existimēt, quæ tamen eis prorsus cōsentanea sunt: & cōtra multa in recepta uulgo religionis administratio, his arbitrent cōsentanea, quæ ab eis penitus dissident.

His itaq; timentibus Deum, & querentibus sinceriter Christum, hominibus, nauare hanc operam institui, ut explicando, quoad Dominus daret, nostra, & cum insolentiæ remoras ab his submouendo, tum Sophistarum cauillationes repellendo, ostenderem, quam nos profitemur doctrinæ Christi repurgationem, & disciplinæ correctionem molimur, sicut cū scripturis Dei, ita etiam cum ueteri uere Apostolica Ecclesia, & consensu filiorum Dei perpetuo, omnino congruere: itaque uiam his ipli munirem, & curam acuerem, ad reparandam inter nos, quos Deus in filio suo coniunxit, & membra

P R A E F A T I O N

sua fecit, plenam & firmam totius religionis consensio-  
nem. Nam si Christi sumus, & eius spiritu agimur, nihil  
profecto in hac uita magis nobis dolere potest, quam exi-  
tiosum hoc religionis schisma: nec aliud esse maiori curae  
& sollicitudini, quam ut omni schismate, & cuncta dis-  
sensione sublata, uere rursus, in uniuersa doctrina, & di-  
sciplina Christi consentiamus, cōspiremus, & solide unū  
simus. Id quod seruator noster Iesus Christus, iam mun-

Iohann. 17. dum relinquens, & reuertens in gloriam suam, orabat à  
patre tam obnixe, ut totius operis sibi à patre demanda-  
ti, adserendi electos Dei in uitam sempiternam, absolu-  
tionem, perfectionemq; quoq; solo cognosci possit, an  
nobis seruator à patre aduenerit, & si uere à patre Deo di-  
ligamur. Nō potest quidem ulla nobis cum ihs, qui Chri-  
sti non sunt, qui non ex ouibus eius, quanq; adhuc aber-  
rantibus, sunt, in religione concordia constitui: sicut nec  
Christo & Belial quicq; cōmune esse: at quis dubitet, in-  
numeram sanè filiorum Dei super esse multitudinē, inter  
eos, apud quos religionis administratio grauissime ad-  
huc uitata est: quorū salus, si in Christo uiuimus, & cum  
eo querere studemus quicquid perijt, negligi à nobis nō  
potest: Tametsi nō paucos ex his, si nō omnes, à ueritate  
Christi penitus percipienda, & sectanda, non parum etiā  
remoretur, amor opum, & carnalis tranquillitatis, fu-  
gaq; crucis, quæ syncera Christi confessioni in hoc sacer-  
to nunquam deest: uerum quo hac parte infirmiores illi  
sunt, hoc maiore eis cura, cætera submouere offendicula  
oportet. Quo itaq; his ipsis filijs Dei nobiscum in Do-  
mino, restitutione syncera doctrinæ & disciplinæ Chri-  
sti, uere, solideq; uniendis, officium meum qualecūn-  
que præstarem: & quod meæ paruitatis esse potuit, incen-  
dio isti patriæ nostræ, quo, nisi mature restinguatur,  
indubie

P R A E P A T I O;

Indubie tota conflagrabit, dissidio in religione, reprimendo occurserem, istam controversiarum de religione explanationem suscepit.

Deinde dedit Dominus me quoq; actionibus illis, quæ sunt de reconciliandis Ecclesijs per Imperatorem Carolum Quintum institutæ, adhiberi, in quibus, quam mihi ista pernitosæ religionis dissensio, & Ecclesiærum distractio merito doleat, & quæ cupiam, ques Christi, depulsis lupis, in ouile Christi rite congregari, & paci salutariter, haud obscure præ me tuli. In de uero factum est, ut Antichristi aliquot me insimularent Sinonij doli, qui Imperatorem, & Status Imperij pretextu & illecebra concordie Ecclesiastice, pellicere conatus sim in nostras hæreses; alij uero nonnullis in suspicionem uenerim, quasi nimio concordiaë studio concede der quædam uoluerim, quæ sine iactura ueritatis concedi non queant. Quo ergo omnes uideant, quid uel doli struxerim, uel concedendum existimem, eo quoq; magis placuit, de singulis controversijs religionis, quid sentiā, & in quo Christianam Ecclesiærum restitui concordiam debere iudicem, palam testari: & quæ me uel Ratisponæ uel alibi dixisse in aurem nonnulli suspicantur, nunc præ dicare de tectis. Versatus sum hactenus in luce, nec nunc tenebras quæram, causam lucis agens. Nihil quidem magis expeto, quæ Ecclesiæ Christi rursus coniungi, sed non nisi in Domino, in quo & consociabuntur eo plenius, et cohærebunt firmius, quo doctrinæ eius fuerint purius amplexæ, et se eius discipline simplicius submiserint.

Postremo, scripsit admodum calumniose contra Acta à me ædita, tum etiam nominatim contra Confessionem & Apologiam nostram, Albertus Pighius Campensis, vir sanè eruditus et disertus, sed odio nostri, sui ipsius,

P R A E F A T I O N

male compos. Addidit & Eccius sua contumia, impudē  
ter quidem illa futilia, & solide Ecciana, tamen proderit  
forsitan ea uel obiter refutari. Et hac igitur de causa esse of-  
ficij mei iudicauit, quod cœperā opus prosequi, eoque pri-  
*ordo libri.* usq; ad excutiendas ipsas controversias descendere, uo-  
lui ostendere ueram originem & progressionem, cum ui-  
tiorum, quæ in religionem nostram inuaserunt, tum dissē-  
diorum, quæ ob tentatam à nostris hominibus horumui-  
torum correctionē, oborta sunt: tum quæ uera & unica  
ratio sit, & corruptelas illas religionis emendandi, & Ec-  
clesias in piam rursus concordiam reducendi. Deinde  
controversias aggressus, explicare institui, primum, in  
quibus illæ maxime hæreant, & quæ in uerbis tantū, quæ  
etiam in rebus consistant, tum quid in unaquaq; Ratis-  
ponæ compositum sit, quid minus: postremo quid con-  
tra hæc ualeant argumenta aduersariorum: quæ omnia,  
maxime autem Pighij excutienda ordines suscepit, adiecta  
refutatione suggillationum Eccianarum. Quanq; enim  
nulla Pighius sophismata adferat, nō prius allata ab alijs  
reformationis Christianæ hostibus, præterquam in con-  
trouersia de peccato originali, in qua Pelagianam impie-  
tatem simpliciter reuocat, & in controversia de authorita-  
te Conciliorum & Papæ, in qua Papæ Romani è πολεμών  
eo euehit, ut sententiam eius de religione, non solum  
Concilij, quantumvis Generalibus longe anteferat,  
sed faciat etiam ἀναμέτρησιν, tamen eiusmodi adhibuit  
artificium, & nostra deprauandi, & illa communia ho-  
stium commenta adornandi, ut Ecclesiae interesse non  
dubitem, eius potissimum cauillationes depelli.

His planum faciam non per Diuinæ modo scriptu-  
ras, sed etiam scripta Sanctorum Patrum, nos in jnul-  
la hærere

PRAEFATIO.

la hærere hæresi, & uere Catholicum Ecclesiæ consensum in omnibus studiose sequi: aduersarios autem nostros, cum eo consensu sicut flagitiosa uita, manifesta simonia, & conculatione totius disciplinæ Ecclesiæ sticæ, ita etiā puersa doctrina et Sacramētorū administratio ne penitus pugnare. Indeque & illud certo cognoscetur, Ecclesiæ & patriæ incensam iram Dei auerti alia uia non posse, quam ut Imperator & Imperij Status, impijs & impudentissimis pontificis iudificationibus de Concilio generali longum uale dicant, (Quid enim Tridenti unquam parare cogitauit) & coeptam Ratisponæ conciliationem, pio Germaniæ concilio coacto, ad optatum finem perducant.

Quod sane difficile non erit, cum Imperatori, Concilio Electorum, longeç maiori parti reliquorum Principum & Statuum (cum enim Princes & Status Imperij dico, eos numero quibus Dominus aliquem populum credidit, non quoslibet Abbates & Abbatissas, qui sibi Principum & Statuum Imperij titulos uendicant) conciliatio in Colloquio Ratisponensi constituta, de iustitate hominis ingenio & perditione, de iustificatione & regeneratione, de uero Dei cultu, de usu Sacramentorum, de disciplina cleri & populi, comprobata sit.

Quæ res profecto, nisi nobis mature perire libeat, modis omnibus acceleranda erit. Videlicet enim ut ab eo, quo nobis illuxit tempus uisitationis nostræ, qua nos Deus tam paternè tanç instanter ad se reuocat, dum contemnere oblatam Deimisericordiam pergimus, in dies omnia publica & priuata deterius haberi cooperunt. Num disiecti, & dissipati magis, magisque sumus in rebus omnibus? In comitijs Ratisponensibus, quia rursus regnum:

P R A E F A T I O.

regnum Christi, à paucis quidem illis, sed quibus reliqui  
infeliciter concesserunt, obstinate reiectum est, quantas  
interim Respubl. Germaniae calamitates perpessa est:  
Noua mox in illis ipsis comitjs & pernitiola inter Sta-  
tus Imperij excitata schismata sunt. Præclarus statim exer-  
citus ad Budam misere & fœde cæsus est. Frustra dilapi-  
data nō cōtemnenda pecunia, qua mitti subsidia in Hun-  
gariam debebant. Quām consentienter copiæ, quæ nunc  
in Hungaria sunt, Spiræ decretæ, & quām prōpte postea  
missæ sunt: Quantū uero irę diuīng in nos inflāmatę argu-  
mentum, bellū tam cruentum, & immane, inter Impera-  
torem et Regem Gallorū subito exortū, quos duos Mo-  
narchs Christiana Respublīca solos habet reliquos, per  
quos & Ecclesiæ commode reformari, & Turci à ceruīci  
bus populi Christiani depelli possent: Mīto pestilentia,  
totq; alios exitiales morbos nunc quadriennio passim  
per Germaniam grassantes. Adhuc tamen causam tan-  
torum malorum non agnoscimus, nec conuerti ad Do-  
minum uera religionis purgatione, et Ecclesiarum refor-  
matione studeamus. Vt illud Prophetę in nos nimis recte  
conueniat. Percussisti eos et nō doluerunt, consumplisti  
eos, & renuerunt accipere disciplinam, obfirmarunt fa-  
ciem suam, supra duritiem petræ, ne in uiā redirēt. Do-  
minus itaq; oremus, ut & sentire nos iram suam, &  
ei digna poenitentia occurtere faciat, & regnū  
suum in nobis mature restituat & con-  
seruet in æternum, Amen.

INDEX PRAECIPVORVM  
LOCORVM QVI HOC OPERE  
explicati sunt.

- Vulgatas religionis corruptelas, falsa placatione Dei, & adulterino cultu  
contineri. a fol. 1. usq; ad 4.
- Quae & unde inuaserunt uitia religionis nostri temporis. a fol. 4. usq; ad 8.
- A quibus, per quos, & à quo ordine uitia religionis, nostro tempore repre-  
bentur. a fol. 8. usq; ad 10.
- Quales aduersarij, contra Lutherum exorti. a 10. usq; ad 12.
- Vnde calumniae contra Lutherum. a fol. 12. usq; ad 15.
- Quales discipuli Lutheri. fol. 15.
- Cause hæresum, & nouorum uitiorum in religione. a fol. 15. usq; ad 19.
- Quæ impellere debeant ad quatrandam concordiam Ecclesiarum. a fol. 19.  
usq; ad 21.
- Quibus rationibus & cum quibus hominibus religionis concordia que-  
renda. a fol. 21. usq; ad 24.
- De facultate & ratione concilij nationalis celebrandi. a fol. 24. usq; ad 33.
- Conciliatio Articuli de homine ante lapsum. fol. 33.
- Conciliatio Articuli de libero arbitrio. a fol. 33. usq; ad 38.
- Conciliatio Articuli de causa peccati. fol. 38. & 39.
- Conciliatio Articuli de peccato originali. a fol. 39. usq; ad 45.
- Quo ingenio, & quibus principijs, nos infectetur Pighius in uniuersum. fol.  
45. & 46.
- Quæ opugnet Pighius in sententia Catholica de peccato originali. fol. 47.
- Definitio peccati originalis. fol. 47.
- Esse peccatum originale, uitium humanæ naturæ totius, & de imagine Dei  
in homine. a fol. 48. usq; ad 52.
- Peccatum originale, esse rebellionem omnium virium contra Deum. a fol. 52.  
usq; ad 54.
- Merito nos condemnari propter peccatum originis, & de conditione infan-  
tium non Baptizatorum. fol. 55.
- Designificationibus & de utriusq; ingenio uerborum, Carnis & Spiritus,  
cum confutatione cauillorum Pighianorum. a fol. 55. usq; ad 61.

I N D E X.

- Explicatio locorum script. de peccato originali. a fol. 51. usq; ad 55.  
 Defendantur contra Pighium S. Patres, qui dixerunt: Peccatum originale,  
 esse concupiscentiam. a fol. 55. usq; ad 93.
- Explicatio præcepti: Non concupisces. a fol. 55. usq; ad 58.
- Impletionem huius, hic impossibilem esse, & de usū legis. a fol. 58. usq; ad 71.
- De autore & causa originalis peccati & de traduce animarum, de sede pec-  
 cati originalis. a fol. 71. usq; ad 84.
- De peccato ignorantiae & infirmitatis. a fol. 84. usq; ad 90.
- Quomodo filius portet iniquitatem patris, explicatus locus Ezechieli. a fol.  
 90. usq; ad 93.
- Peccatum originale esse rebellionem contra Deum, esse propriæ peccatum,  
 etiam D. Augustino, defenditur contra Pighium. a fol. 93. usq; ad 103.
- Ostenditur uere Pelagianum esse, & confutatur dogma Pighij de peccato  
 originis. a fol. 103. usq; ad 115.
- An proximorum parentum peccata & uirtutes transfundantur in liberos,  
 defensio Augustini, contra Pighium. a fol. 112. usq; ad 115.
- Eoru, in quibus cum Pelagianis facit Pighius, enumeratio. a fol. 115. usq; ad 117.
- Refutatio Eccianarum cauillationum. a fol. 117. usq; ad 121.
- Significata uerbi iustificari, & iustificationis. a fol. 121. usq; ad 125.
- Significata & natura uerbi credere. a fol. 125. usq; ad 129.
- Significata & species fidei. a fol. 129. usq; ad 135.
- Vere fidei ex natura sua cohaerere fiduciā, spēm, charitatē. f. 135. usq; ad 141.
- Defend. definitiones fidei à Luthero, Philippo, Pomerano, Calvino traditæ  
 de obiecto proprio fidei, & fide speciali contra Pigh. a fol. 141. usq; ad 154.
- Spiritum sanctum, dari per sacramenta, & infidelibus. a fol. 153. usq; ad 156.
- Epilogus definitionis fidei. fol. 152.
- Explicatio conciliati R atisponæ Articuli, de iustificatione. fol. 153.
- De præuentibus iustificationem operibus, & uera pœnitentia. a fol. 154.
- Omnem iustificationem recipi fide nō charitate contra Pighiū. fol. 171.
- De necessitate & imperfectione perpetua, proprie iustitie. fol. 177.
- De certitudine salutis fidei propria contra Pighium. a fol. 190.
- Fidem non ferre secum peccatur. fol. 204.
- Permisionem Christi proprium fidei obiectum. fol. 205.
- De bonorum operum necessitate & mercede. fol. 209.
- Confutatio Pighij & aliorū sophistarū, de iustificatione charitatis. fol. 213.

# GENERO SO AC IL

L V S T R I V I R O , D . L V D O V I C O D E F L A N D R I A ,

Dominus Prati, Imperat. Maiestatis supremo cubiculario, Dominus

ac patrono suo cum primis colendo, Martinus

Bucerius S. D. à Christo.



S T E N S V R V S Princeps illus-  
tris & religiose, quæ religionis con-  
trouersia Reginospurgi, iuvante Chri-  
sto Domino, compositæ sint, plurimæ  
lane, & inter eas quæ existebant, ma-  
ximæ: quæ etiam ad aliam tractatio-  
nē reiectæ sint, quæ & numero paucæ

& nō adeo magni momenti sunt, uisum est præmittere,  
quibus capitibus quæcunq; extiterunt de religione dis-  
sensiones, & existunt, contineantur, unde primum ortæ,  
quibusq; de causis auctæ, & ad hucusq; tempus perductæ  
sint: tum quibus rationib; uniuersæ tandem tolli, & ple-  
na ac solida pax inter Ecclesiæ constitui, puraq; doctri-  
na, & certa atq; firma disciplina, ubiq; in Ecclesijs restitui  
possit, & debeat. His enim rite cōsideratis & perspectis,  
poterit quisq;, cum facilius cognoscere, quantum id Do-  
mini beneficium fuerit, quod in hac causa per Imperato-  
rem, aliosq; pios, & príncipes uiros, qui illi ad restituendam  
Ecclesiæ concordiam, operam suam fideliter na-  
uarunt, in Comitijs illis, præstitit: tum etiam pro se com-  
modius adiutare, ut hoc preclarum & necessarium bene-  
ficium Domini, ad quam plurimos perueniat. Ut titaq;  
primum de capitibus, & summis generibus, harum de re-  
ligione controuersiarum, dicam, sic res habet.

Quicquid inter eos, qui religionis formam, quæ uul-  
go pridem obtinuit, retinent ac tuentur, & sub ea Chri-

stianum nomē sibi uendicant, & eos, qui in societate Protestantium, Ecclesiam in antiquum & puriore statum, adeoq; ad Apostolicum ordinem, restituere cupiunt, de religione Christi, iam supra uiginti annos, controuersum est, & etiamnum contouertitur, id duobus maxime capitibus contineri, certo certius reperies.

*De placatione Dei, & bonis operibus.* Primum, cum omnes ex nobis ipsis, obnoxij Dei iudicio, & sub damnatione mortis aeternae simus, quibus rebus nobis paretur & constet remissio peccatorum, hoc est, qua reconciliemur Deo, ut in gratiam recepti, beneficentiam quoq; eius erga nos sentiamus. Deinde, quis sit legitimus dei cultus, & quae sint uera officia, quibus pios homines Deo se approbare conueniat.

Hoce est, quibus rationibus, & auertere a nobis irā Dei, ut nobis propitius sit ac beneuolus; et bona cū presentis, tum futuræ uitæ, ab eo impetrare possimus. Deinde quæ sint probata & grata Deo opera, in quibus exerceri pios conueniat; qui hac Dei beneuolentia ac benignitate nituntur. De his enim duobus capitibus quandocumq; uita Religio est, peruersæ opiniones grassantur, & querunt homines, Deum, alijs sibi uījs, quam fieri possit, placare, alijsq; quam probet, operibus demererit.

*ut populus uectus à uera plenaria Deum ratione, & ueris pietatis officijs diuersus sit.* Descripserat Dominus populo ueteri rationem secū in gratiam redeundi, ut, quoties in se eius iram peccando concitasset, gratuitam ipsius misericordiam, per futuram Christi satisfactionem, ex uera peccatorum poenitentia, certaque impetrandi fide, imploraret. Ita quæ sibi grata acceptaque essent officia, clare præceperat, facere scilicet iudicium & iusticiam, hoc est, ad regulam boni & æqui cuncta & instituere, & agere, ut ita, in ueris charitatis officijs suum cuiq; tribuendo, se exerceret. Vnde sequebatur, totam externam corporis disciplinam eo conferendam

serendam esse, ut corpore & animo se, ad confitendam &  
prædicandam maiestatem Dei, tum ad benignitatem, be-  
neficentiamque erga homines exercendam, compararet.

At populus simul atque suis se prauis desyderijs per-  
misit, & obliuisci Dei factoris & redemptoris sui coe-  
pit, hoc est, religionem ueram abiecit, externis modo fun-  
ctionibus sacrificiorum, absq; ulla corruptæ ac damna-  
tæ uitæ poenitentia, nulla in misericordiam Dei, & meritū  
Christi fiducia, expiare peccata, & gratiam Dei e blandirī  
conabatur. Et quanq; præualente in animis illorum luce  
iudicij diuini, conuincerentur in suis ipsorum animis,  
atq; hoc sensu identidem pungerentur, sine uera poeni-  
tentia & fide, nullum esse placationis genus, nullum pia-  
culare sacrum, quo rite Deo litetur; tamen ut legitimis  
sacrificijs, que in expiationis testimonium illis data erat, vnde alie-  
adhiberent poenitentiam & fidem, deuincti cupiditatibus in  
bus suis, adduci nullo modo poterant; sed suis stultis & Israele.  
impijs cogitationibus euanescentes, nouas & exoticas  
expiationum formas, partim ipsi comminiscabantur, par-  
tim ab Ethniciis mutuabantur.

Quibus tam aberat, ut Deum propicium sibi redde-  
rent, ut nulla eum re grauius, quam his ipsiis placaminib-  
us, contra se iritarent. Ad nihil enim aliud eæ religio-  
nes ualebant, quam ut placatione Dei falso promissa, se  
curos homines redderent, ac obstinationes in cuncta sua  
impietate, & illa in qua demersi erant uitæ impuritate.  
Inde uero est, quod Prophetæ hasce ceremonias, ut res  
Deo maxime abominandas & execrandas, tantopere  
ubiq; detestentur. Nec id de ijs modo ceremonijs, quæ  
præter uerbum Dei institutæ erant, Prophetæ confir-  
mant, sed de ijs quoq; quas Deus ipse in lege sua com-  
mendauerat. Nec post hac, inquit per Iesaiam, offeratis,

Falsus cul-  
tus in  
ueris cere-  
monijs.

michi libamentum falso , suffitmentum hoc abominatio  
michi est. Neomenias, sabbata, omnemq; cœtum indicti=  
uum , non fero , prauitas est , etiam indictę abstinentiæ.  
Nouilunia uestra , & solennitates uestras odiuit anima  
mea , sunt mihī oneri, labore ea sustinens. Eadem Domi-  
nus in omnibus Prophetis testatur de ceremonijs, etiam  
à se institutis, dum sine poenitentia & fide celebrantur.

Eo siquidem institutæ erant à Domino ceremoniæ,  
& omne genus sacrificia, ut sacramenta modo, & arcanæ  
quædam attestations essent, unice illius satisfactionis,  
quam suo sacrificio peracturus erat Christus , ut genus  
humanum Deo reconciliaret: non autem ut peccatorum  
expiationes per se , aut iræ Dei depulsiones haberentur.  
Et quanquam uim fructumq; mortis Christi exhibe-  
bant ihs, qui uera cordis fiducia oblatam illic sibi gra-  
tiā amplectenterunt: non tamen retinere ideo in se ho-  
mines debebant, sed ad Christum dirigere potius, & qua-  
si manuducere.

*Symbola  
diuini cul-  
tus, pro  
ipso cultu  
exhibet fal-  
sa religio .*

Quemadmodum uero hi non ueni Israelite, religione  
prolapsa, symbola suæ cum Deo reconciliationis, quæ  
non oportuerat quasi gratum Deo cultum offerre: unde  
petenda peccatorum expiatio non erat: sed in quibus ob-  
sa religio . latam modo Dei misericordiam, & Christi meritum pu-  
ro corde amplecti decuerat: tanquam res per se Deum  
placantes, absque peccatorum agnitione & odio, absque  
fidelis gratiæ Dei in Christo apprehensione, et complexu  
usurpabant, tanquam demerente Deum cultu defun-  
cti, non in ipsa clementia Dei, & satisfactione Christi, sed  
illis ipsis ceremoniarū operibus, & externo apparatu ac-  
quiescebant. Ita , abiecto charitatis studio, se quisque  
amare, sibi studere, nec modo nullis officijs iuuare pro-  
ximos; sed uel fraude circumuenire, uel opprimere uiol-  
lentia

lentia, per fas & nefas ad se trahere, quod ipsius foret: *ut ex per-*  
omni denique iniuriarum genere ipsos afficere pergebant. *ueritate si*  
corpus suum nec ita castigabat, uel assuefaciebant ad ob*dei omnis*  
sequium spiritus, ut essent ad seruendum Deo et hominibus. *nostra ini-*  
aptiores & alacriores: sed cuncta uitae officia & bona *quitas &*  
opera, in falsis ac impiojs ceremonijs, & ambitiosis obla-*impuritas;*  
tionibus, externisque corporis purgationibus, atque in-  
sanis carnis afflictionibus, ponebant: non cogitantes,  
quod Deus beneficentiam in proximum, quam sacrifici-  
cium mauult, & quod corporalis exercitatio ad parum  
utilis est, pietas uero ad omnia: immo quod hec ambiti-  
osa superstitione furore non caret, corpori, condita atque  
concessa à Deo bona subtrahere, & cruciatus molesti-  
amque accersere, ultra, quam eo conferat, ut sobria pietate,  
& pia sobrietate nomen Dei ad proximos sanctifice-  
mus, & regnum eius proferamus.

Hanc officiorum peruersitatem, ut quisque Prophe-*Peruersa*  
tarum in populo suitemporis, ita & Christus Dominus *religiones* tempore  
in Pharisaeis deplorat. Nam ut Prophete uniuerso po-*Christi*  
pulo, ita Dominus Pharisaeis obiecit, quod in templo  
& sacrificio, oblationibus, decimis, iejunio, tum purga-  
tionibus corporis, totoque illo apparatu externae reli-  
gionis & sanctimoniae, ad superstitionem usque occu-  
pati, interim inanes essent iudicio, misericordia & fide,  
refertique intus, fastu, auaritia, rapina, immunditia,  
hypocrisi & cuncta iniuitate. Quod si quas preces ac  
eleemosynas facerent, eas quoque ad ostentationem esse  
compositas.

Et per Ieremiam queritur Dominus, Ecce confiditis  
rebus mendacibus, quae nihil uobis proderunt. Vigent  
inter uos, furari, cades facere, adulterari, iurare falsum,  
suffitum facere Baal, sectari Deos alienos, quos igno-*ratis*

ratis. Interim uenitis, & statis coram me in domo hac,  
quæ meo nomini dedicata est, atq; dicitis, euasimus, quia  
*Quomodo*  
*templum*  
*sit spelun-*  
*calatronū.* fecimus omnes abominationes istas. Itane facta est do-  
mus mea, quæ meo nomini consecrata est, spelunca la-  
tronum? Nam sicut speluncæ & receptacula latronum,  
id latronibus præstant, ut impune & minore periculo la-  
trocinentur, ita illi, quia in templum subinde uenirent, se  
curiores ad peccandum, & audacieores fiebant: quasi  
comparata iam impunitate, quod sub illo ceremoniarum  
splendore, totam suam nequitiam obtectam, ac conse-  
pultam putabant; cum tamen nihil quam meras abomi-  
nationes operarentur, non tantum exoticis atq; prohi-  
bitis, uerum etiam ipsis a Domino traditis ceremonijs;  
quia absque ulla peccatorum displicantia, & uera in Dei  
misericordiam fiducia, illis abutebantur.

Ad eundem modum (est enim ut pietas, ita & impie-  
tas omnibus temporibus sui similis) diu iam res habet  
in Christiano populo, dum Ecclesia Christi per eos ad-  
ministrari desit, quibus se ipsa commiserat, hoc est, cum  
uere Episcopali cura, & sincera Euangelijs doctrina,  
destituta est. Ita enim instituti uulgo homines sunt, ut  
per paucos inuenias, qui ad impenrandam peccatorum  
remissionem, & consequendam beneficentiam Dei, non  
externis sacramentorum actionibus, alijsq; ceremonijs  
potius, quam ea, quæ sacramentis exhibetur, & ceremo-  
*Peruersitas*  
*religionis*  
*apud uulgū*  
*Christiano*  
*rum.* nijs alijjs commendatur, gratia, & communicatione ser-  
uatoris, confidant: qui non citius ad merita & intercessi-  
onē respiciant diuorum, quā mediatoris Christi, quē no-  
bis unum pater coelestis proposuit: qui non uenijs Ponti-  
ficij & sacerdotij Monachorūq; suffragijs amplius se, qj  
Christi propitiatiōne erigat: qui denique, non bonam eti-  
am partem salutis, suis preculis, ieconijs & oblationibus  
adtribuant.  
Nam

Nam plurimos eorum qui his rebus, audiendis & emendis Missis, colendis & invocandis diuis, horumque ossibus & statuis uenerandis & ornandis, redimendis ueniis Pontificiis, sacerdotalibusque & Monachalibus suffragationibus, præcipue student, uideas interim in grauissimis sceleribus & flagitiis, in manifesto contemptu Dei perseverare, & minas atque promissiones, indigationem & gratia eius, perinde facere. Quam nihil igitur hi Christo Domino credant, ac fidant, ex uita eorum aperte conspicitur.

Certe quicunque non spiritu Christi cupiditates carnis reprimunt, & ueterem hominem cum ingenitis morbis ac uitiosis crucifigunt, ij ut non habent spiritum Christi, ita Christi non sunt, & quamdiu in immundicia sua, ebrietate, libidine, lasciuiosis, seuitia, superbia, ambitione, rapinis, perfidia, dolis, iniuriisque aliis perstat, quam diut ditescere aliorum inopia, & alienis dispendiis suum facte commodum student, nullam possunt habere partem in regno Dei & Christi. Alieni igitur sint a Christo necessarie est, quicunque huiusmodi sunt.

Iam uero, ut his malis demersus, & utinam non sepultus sit ubique vulgus hominum, nemo non uidet, omnes certe, qui studium aliquid Christi habent, gratuissime conqueruntur. Non de plebe tantum loquor, sed de ipsis quoque primoribus, et ihs qui religionis antistites, et Ecclesiæ præsules haberí uolunt. Vt enim ipsi Pontifices, Cardinales, Episcopi, ac reliqui omnium graduum clerici, tum Principes, & cæteri quorumlibet ordinum homines uiuant, satis pro indignitate explicari non potest, ac ne cogitari quidem sine gemitu. Manifestum itaque est, hos omnes quicquid siue uerbis, siue factis, in ceteris monijs atque religionibus, praeseferant, non tamen Christum

stum ex animo respicere ac querere , nec eum uera fide amplecti , propterea quod nemo ab hoc remissionē peccatorum petere ex animo , uel accipere possit , qui non sibi ipso in uitijis suis displiceat , ac uero iustitiae amore ac desiderio tangatur a quo longe abest , quisquis non uitam suam ad proferendos pœnitentia dignos fructus composuerit . Atq; ideo , cum tantopere student sacris ceremonijs interesse , sacra omnia quodammodo deuotare , diuos colere & inuocare , uenias Pontificum , & reliis qui cleri intercessiones comparare , cumq; precantur ipsi quoque , cum ieunant , & templis templorumq; ministris multa donant , a Christo autem Domino non pendent , cum ipso ueram communionem non querunt , nec ad uoluntatem eius uitam suam instituunt , testantur ipsi de se , ab hisce ipsis externis actionibus , diuorum meritis & auxilio , conductis sacerdotum uel hominum qualiumcumq; intercessionibus , deniq; & suis ipsorum exercitijs , & non a Christo Domino , eiusc; pro nobis satisfactione , quam nobis per uerbum suum communicaat , ut puro corde a nobis recipia , se , quālibet id agno scere nolint , gratiā Dei , & salutem petere & expectare .

Sic uero peruersa fiducia salutis inebrati , officijs quoque religio sae uitæ ueris prætermisis , falsis tantum occupantur & acquiescunt . Nec enim Christi nomen , ut cui uni non fidunt , digne inuocare , confiteri , & prædicare student , ueram carnis , ut cuius adhuc cupiditatibus seruiunt , castigationem , quo illa spiritui Christi subiaceretur , ignorant : proximis , quādo ipsi in Christo nōdum expetenda omnia possident , impendere se uera charitate non possunt . Interim officia religionis , omnia consumplisse se putant , cum frequentandis , usurpandis , & ornandis , sine pœnitentia , & fide uiua in Christū ceras

ceremonijs, strenuam operam dederunt. Sanctimo-  
niæ uero numeros omnes se inpleuisse non dubitant, cū  
sejunijs & abstinentijs, quæ aut fucatae sunt, aut nulla  
spiritus commoditate, corpus frustra adfligunt, se bene  
fatigarunt. pro iustitia, iudicio, & ueritate, quæ uix esse  
illic possunt, ne in speciem quidem, ubi deest uia in  
Christum fides, has Deo compensationes obsecrunt: pro  
fructibus autē liberalitatis, quam conferre in eos debue-  
rant, quibus beneficii Christus iubet, bis insanas largiti-  
ones faciunt, in templo, in instrumenta, ornamenta, atq;  
ministros templorū, præterito Christo, in suis minimis  
interim esuriente, sitiente, nudo, & hospitiū egente, inso-  
fimo & uincto. Imo uide & pupille, cūctiq; pauperes  
ab his maxime opprimuntur, & rapit quisq; ad se, quan-  
tum modo per mundi leges potest: idq; deinde per ne-  
quitiam, uel ambitionem, turpisſime & pernicioſiſſime  
profundit. Quantulum enim ex tam immensiſ ſ opibus  
Ecclesiārum, quæ omnes tātum in eos, qui uel sacra Eco-  
clesiā ministeria iam rite obeunt, uel ad obeunda ipsa  
educantur, tum in pauperes Christi, in ſumi debebant,  
his uisibus ſupererat quod non p̄ridem, ſub titulis Epi-  
ſcopatum, Abbatiarum, aliarumq; ſacrarum functio-  
num, deniq; per diſpensationes, uniones, cōmendas, &  
eiusmodi impudētiſſimas ſacrorum canonum fraudes,  
ab ijs absorbeatur, & diſſipetur, quibus D. Bernhardus  
ante annos quadringentos, tale testimonium perhibuit.  
Omnes amici, & omnes inimici, omnes necessarij, & om-  
nes aduersarij, omnes domestici, & nulli pacifici, om-  
nes proximi, & omnes quæ ſua ſunt quarerunt. Christi  
ſunt, & ſeruiunt Antichristo. Honorati incedunt de bo-  
nis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Inde  
is, quem quotidie uides, meretricius nitor, histrionicus

In Sermon. 33.  
in Cantico.

bb ij habitus

habitus, regius apparatus, inde aurum in frenis, in sellis,  
& calcaribus, & plus calcaria, quam altaria fulgent. Inde  
splendidæ mensæ & cibis, & cyphis, inde comedationes  
& ebrietates. Inde cythara & lyra, & tibia. Inde redun-  
dantia torcularia, & promptuaria plena, eructantia ex  
hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marsu-  
pia. Pro huicmodi uolunt esse, & sunt Ecclesiarū Præ-  
positi, Diaconi, Archidiaconi, Episcopi, Archiepisco-  
pi. Hæc ille.

Vbi autem eo impietatis ac cæcitatis prolapsi sunt mise-  
ri homines, exemplo ueteris populi, in maiore subinde  
furorem ac turpitudinem eruperunt. Nouis enim igno-  
tisq; superstitionibus sese dediderunt, quas indies quoq;  
adaccumularunt, Diuī alij, quos pro numinibus colerent,  
super alios excogitati uarij. Deinde colendi, hos ritus,  
tum monachatus, Fraternitates, alijq; pro uiuis & mor-  
tuis innumerū cultus cōficii : quæ omnia Pontifices suis  
approbationibus, commendationibus, & indulgentijs  
confirmarunt, & ut passim obtinerent, effecerunt. Qui  
bus studijs, sicut in plebe omnis extincta pietas est, san-  
ctimonia euersa, & profligata iusticia : ita pontificum,  
qui se ita prostituerat, eo euasit impietas, uitæ impuritas,  
& flagitiosa ad omne genus nequitiae libido, ut iam diu  
non sint atrociores hostes uerae religionis, frugalitatis,  
modestiae, pudoris, innocentiae, quam hi ipsi, quos tamē  
ista alijs & doctrina, & uitæ exemplo præcipere & cō-  
mendare decuerat. Ut enim tota Ecclesiastici ministerij  
uim ac dignitatē, in tyrannicam dominationē, & quæ  
ad sustinenda sacra ministeria, & alendois pauperes, Ec-  
clesijs donatae sunt, opes & copias, ad communieandā &  
ornandā hanc, quā cōtra ius & fas occuparūt, potentia,  
conuertissent, adeo partim pretextu religionis, partim  
opum

opum Ecclesiasticarum p̄f̄sidio, quas iudicis, & arte &  
iū auxerunt, supra omnem mundi potentiam se se extu-  
lerunt, ut non solum summis regibus & principibus for-  
midabiles sint, sed habeant etiam cunctas potestates in  
sua manu & ditione quas amplificare & circumscribere,  
instituere & destituere, erigere ac disiijcere, turbare ac pa-  
cificare, pro sua libidine possunt.

Quæ itaq; etiam in ordinariam & legitimam poten-  
tiam, pro humani ingenij uitiositate, cadere plerumq;  
uitia solent, non potuerunt in hac, Christo tam aduersa-  
ria tyrannide, nō immaniter existere, & sine modo per-  
uagari, facere scilicet quicquid liber, quasi nihil nō liceat  
& curare extinctos, qui uel uno uerbo moderari eorum  
libidini ausint. Quod malum utruncq; eo extitit in hisce  
hominiis importunius, & atrocius desauit, quo spi-  
ritus Antichristi in gubernādo hoc regno, uim suā præ-  
sentiore manifestauit. Cum enim quicunque ex Deo nō  
sunt, uerbum Dei, cuius semper prima uox penitentiæ  
est, hoc est, reprehensionis, audire nō sustineant: qui nō  
consequerentur, ut qui eo maxime ferunt spiritu cui perpe-  
tuū cū Deo & Christo bellum est, non solū omnia quæ  
inimica Deo sunt, cupidissime appetenter: sed horum  
etiam reprehensionem, ac omnem ueri admonitionem  
(regno enim mendacij, omne uerum exitiosum est) pe-  
ius morte & inferis odissent: nec solum a se depulsam,  
sed e mundo exterminatam, prorsusq; extinctam cupe-  
rēt, furiosoq; in id conatu laboraret. Inde uidemus, nul-  
lam uspiam gentium dominationem extitisse, quæ in  
eos, qui sua notare uitia ausi fuissent, & magis anxia so-  
licitudine inquisierit, & immaniore animaduerterit cru-  
delitate. Nam simul atq; aliquem missitasse audiunt  
contra suas illas tam licentiosas atq; effrenas libidines,

bb ij pra-

protinus ad iudicium, tanquam haereses reum, atque inde ad ignem abripiunt, et tunc se diuinæ maiestatis ultores prædicant. Cum autem fuerit hoc horribile Dei flagellum, ad puniendam mundi ingratitudinem, ut errore & illusione fascinarentur, qui lucem Euangeli respuerat, & mendacio subiacerentur, qui ueritati nolueran tobit perare, diu locum iræ suæ dedit. Eo igitur ueluti connuente, pauci fuerunt quos ad cōuellendam adeo recepta ubiqꝫ, totqꝫ seculorum consensione cōfirmatam impietatem, ipse animarit, aut quos, cum ad id animasset, successu aliquo donarit. Indes itaqꝫ corroborata omnis illa religionis oppressio, & impietatis cōmunitio & defensio, ad summum certe peruenit.

Atqui horum omnium malorum fons unus extitit, quod primum obscurata, deinde & de medio sublata ea doctrina fuit, que docet, unde, & qua ratione petenda sit peccatorum condonatio, placatio, & benevolentia Dei, tum, quæ sint grata a nobis Deo officia, qui cultus accepti. Nam statim ut propiciationem & beneficētiā Dei, non per unum Dominum nostrum Iesum Christum, ut ua fide, querere homines cōperint: ita fit, ut nec a uero Deo possint utranuis petere: qui ut cognoscí nisi per unum filium non potest, ita non nisi in eo solo inuocari. Vere itaqꝫ illi, ut nouas placandi colendiqꝫ Deirationes, ita etiam, quod Prophetæ, sane propriè loquentes, populo ueteri semper obiecerunt, nouos recentesque Deos, quos nec ipsi, nec patres eorum cognouerant, quia, nulla scriptura docente, receptos, adorauerunt.

Ad hunc modum orbe fascinato, cū diabolus captos ipsos teneret, omniaque in eis, ut ἐν τοῖς ἡρῷαπεθύαι, facere solet, pro libidine efficeret: quid aliud consequi potuit, quam ut silente Euangeli doctrina, tandem etiam maxima ex parte oppressa, una cum uera fide, omne etiam pietatis

tatis studium in populo obsolesceret, subiret autem eius  
loco omnis impietas, nequitia, & quodvis iniustitia genus, Ipsi uero duces & antesignani se contra Dei ierbū,  
& Christi spiritum, cuius officium est, mundum peccati  
admonere & redarguere, quibus poterant præsidij ar-  
marent. Hoc igitur fecerunt; atq; ut ad hanc pugnam es-  
sent instructi, ministerij dignitatē, Ecclesiæ potestatem  
ac opes, quæ pietatis instrumenta esse debuerant, huc  
conuerterunt. Interea uero complures, ut iam dixi, exci-  
tauit Deus, qui ueritati testimonium ferrent, sed quia nō  
dū tempus miserendi, & Sion ædificandi uenerat, inter  
primos conatus, uelut in ipsis carceribus, eos successus  
destituit, ut uideri possint in hoc excitati, quo temporū  
miseram deflerent potius, quam remedium adferrent.

At cū Dominus, Ecclesiæ suæ misertus, tantæ eius ac  
tam calamitosę oppressioni subuenire aliquando uellet, Erasmus  
Roterodamum primum in mediū produxit, qui magno acumine, uiuisq; argumētis, & qua pollebat  
eloquentia ac dexteritate, cōmonere cœpīt, salutem no-  
stram non posse, nec reparari, nec conseruari ceremo-  
nījs: sed fiducia uera in Christum: nec probari Deo pos-  
se opera, quæ non iuxta eius preceptum, eo spectent &  
ualeant, ut proximo, ad bene pieq; uiuendum commode-  
tur. Ac quo ista salutaris doctrina solide & penitus resti-  
tuī posset, author studiosis sacrarum rerum fuit, hucque  
efficacissima persuasione permouit, ut missis commētis  
scholasticis, quæ corruptiore illo seculo obtinuerant,  
scripta sanctorum Patrum, in primis autem Diuinis lite-  
ras summo studio legerent, & pertractarent.

Successit statim huic Lutherus, cuius tenuia primum  
initia fuerūt. Nihil. n. q; portentosam illā in prædicādis  
Pontificijs uenījs impudentiā redarguebat, easq; absur-  
ditates

Quibus min-  
istris Deus su-  
am Ecclesijs  
doctrinam re-  
uocare.

Erasmus.

Excitatus Lu-  
therus

**Notet.** primū ditates notabat, quætam crassæ erant, ut manibus fere indulgentie palpari possent. At cum Pontificiæ potestatis, eversores potius quam defensores, nullam, quamlibet moderatā receptarum abominationum redargutionem ferrent, & **ut pertractus** sua, cum recepti erroris irreligiosa defensione, tum falsa **Lutherus sit** & rabiosa uiri criminatione, effecissent, ut inauditū, nes ad repurgandum locos do- dum legitimo iudicio condemnatum, Pontifex Rom. Ecclesiæ consortio ejaceret, Satanæ traditum; hac ille & excitatus occasione, & necessitate officijs impulsus, ne sci licet susceptam semel ueritatis defensionem abiiceret, coepit quæ pie de Indulgentiis disputationar, totamq; dein de doctrinam de poenitentia, & impii iustificatione, res purgare, & explicare, hoc est, summū illud caput doctrinæ Christianæ, unde, & quanam ratione petenda nobis sit remissio peccatorum, & benevolentia Dei. Et quia nihil huius humanis uiribus aut operibus effici potest, in- **De iustifica-** ciderunt iuxta disputationes, Quænam sit in homine fa- **tione.** cultas ad parandam Dei gratiam, Quid ex se ualeat hominis natura, Quis status sit & quæ conditio hominis renati, tum cōsequenter, De peccato originali, quatenus ablutum sit, uel non ablutum, hoc est, quatenus nihil cōdemnationis afferat, nec hominem impellat ad peccandum ui insuperabiliter, uel quatenus hominem adhuc obstrictum teneat sub condemnatione, & ad peccandum uiolenter rapiat. Sequutæ sunt deinde & aliæ questiones cū illis coniunctæ, de fide, & fidei, cū causis, tū effectis, hoc est, gratuita operatione Spiritus sancti, in electis, tum ad illos luminandas eorum mentes, ut Christi iusticiam apprehendant, tum ad ipsos in nouam uitam regenerando, & corda eorum in obedientiam Dei formanda. Item de bonis operibus, quoq; precio hæc sint apud Deum, ac quam mercedem habeant.

**De uiribus in-** genij huma- ni, ex peccato originali.

**De Fide.** inde

Inde, quia sacramentis remissio peccatorum, & com- De Sacrae  
municatio Christi, ad salutē, & uitæ eterne participatum mentis.  
offertur, & exhibetur, cum ipsa doctrinæ saluifice conse-  
quentia, tum etiam aduersariorum in tuendis manifestis  
erroribus, importunitas, uirum & ad sacramentorum  
rationē explicandam pertraxit. Nam, ut dixi, uulgo sic  
homines edocti & assuefacti erant, ut magis externis ele-  
mentis & actionibus sacramentorum considerent, quā  
ut fide uera, Christi in illis beneficium agnoscerent, &  
amplecti stupererent. Sic uentum est, & ad Missā. Nec De Missā  
enim quicquam in ecclesia publice geritur, in quo homi-  
nes pr̄posteram salutis fiduciā magis defixam habeāt.  
Cum ea, publica, ut sacramēti corporis & sanguinis Do-  
mini, ita etiā precum, hymnorū, & oblationum, cum  
doctrina, & Euangeliū pr̄dicatione, esse debeat admi-  
nistratio, & dispensatio, eo instituta & exhibenda, ut  
homines magis magisque uiuant in Christo, & uiuen-  
tem illum in te potentius sentiant, & fruantur plenius.

A dhorum itaque omnium tractationem & illustrati-  
onem, uirum suscepta semel repurgatio, atq; explicatio  
loci illius, à quo, & qua uia percipienda sit peccatorum  
uenia, & cum Deo reconciliatio, hominem perduxit, &  
cum ab aduersarijs impeteretur, necessaria ueritatis de-  
fensio, compulit.

Iam uero fides solida, sine bonorum operum studio Locus de  
esse non potest. Spiritus enim Christi, qui animis sancto bonis ope-  
rum persuadet, eos esse filios & hæredes Dei, idem ue-  
ra sanctitate eos imbuit, & ad eorum operum studium,  
quibus rite colitur Deus, hoc est, que ad salutem & utili-  
tatem hominum conferat, excitat, animat, & promouet:  
itaque & alter princeps doctrinæ Christianæ locus, re-  
purgandus & explicandus se se obtulit, quid iam recon-

V N D E R E L I G I O N I S C O N T R O V E R S I A E  
ciliatis cum Deo, atque ita regenitatis, faciendum, quibus  
nam incumbendum actionibus sit, aut quæ grata Deo  
præstare officia possint, & debeant.

Ista occasione, examinanda uenerunt traditiones hu-  
*De traditi* manæ. Nam sicut uera et unica ratione placandi Deū ob-  
*onibus hu-* literata, & obscurata, plurimæ falsæ excogitatæ sunt, ita  
*manis* neglecta & ignorata pura & sancta obedientia, uero de-  
mum & unico cultu Dei, homines, omissis uere bonis  
operibus, quæ Deus mandauit lege sua, & adprobauit,  
infinita prope genera cōmentitiorum cultuum excogia-  
tata & inuecta, totaque ratio seruendi Deo à mandatis  
& doctrinis hominum, & ijs quidem, à quibus cauen-  
dum Christus & Apostoli monent, petita est.

Quæ cum pleraque sic essent, ut per se defendi, ne ab  
ijs quidem possent, qui quiduis receptum semel u'go,  
pertinaciter tuendum sibi putant, obiisci cœpit, taxanti ea  
Luthero, obedientia Ecclesiæ, & potestas p̄fectorum  
Ecclesiæ. Hoc uero pacto, ad huius quoq̄ loci tractatio-  
nem pertractus est, quæ traditiones patrum obseruandæ  
sint, quæ repudiandæ, quarum necessaria, & quarum  
uoluntaria esset obseruatio, & quanta in his Christianis  
spiritus Christi libertatem adferat, denique, quæ in his  
pastorum Ecclesiæ functio & potestas.

His autem commemoratis locis continetur, quicquid  
de religione in controuersiam, hisce uiginti annis, uenit  
*Omn̄es cō* inter eos, qui Roma, pontificis iudicio Catholici censem-  
*trouersia* tur, & inter nos, qui Lutherani uocamus, uel protestan-  
*duobus ca* tes. Ex quo intelligi potest, de quibuscunque inter nos  
*p̄tibus cō* aliquid, uel fuit, uel adhuc superest certaminis, ea uniuer-  
*tineri de fi* saistis omnino duobus locis comprehendendi, qua nobis  
*de, et bonis* ratione sit cum Deo redeundum in gratiam, eiusque  
*operibus.* beneficium.

beneficentia impetranda, & percipienda, & quæ inuenientur Deo à nobis probentur officia, sintque, ut ipsi grata, ita etiam uere bona opera.

Nam de alijs Christianæ doctrinæ dogmatis, quales sunt, de mysterio trinitatis, de incarnatione uerbi, de dogmatis duabus in Christo naturis, de personæ unitate, de prouidentia Nihil contingit, de mundus gubernatur, de extremo iudicio uiuorum & mortuorum. Item de natura ministerijs, ac lapsu angelorum, de rerum omniū conditione, nihil motum est, nisi quod multæ curiosæ & friuolæ circa hec mysteria disputationes, in scholis, dum iaceret doctrina fidei & operū, exortæ per se obsoleuerūt, ubi, quæ de his scripture tradunt, simpliciter ex ipso fonte, & religiosius tradī cœpta sunt, ad eum scilicet modum, ut inde & fiducia in Christum, & studium uerae pietatis accenderetur, & aleretur. Itaque summam omnium certaminum, quæ Lutherum à principio exercuerunt, & nos hodie exercemus, ad illa duo, quæ recensui, capita pertinere, claram est.

Interim uero dum in acie stat Lutherus, alios, uelut subsidiarios, qui in partem oneris subirent, Deus exigitur armis instructi, quæ ille nobis ministrauerat ( neque enim fateri pudet, quod res est, nos fuissent omnes eius discipulos, eiusque magisterio ac ductu ad lucem ueritatis peruenisse ) in arenam descendimus. Nam cum uideremus, omnes qui eum hinc inde impletabant, ad opprimendam Det ueritatem conspirasse, erat certe officij nostri, illam salutis doctrinam, cuius revelatione nos dignatus erat Christus, testimonio nostro non destituere, & si nihil aliud, capita nostra saltē obsecrare pro eius defensione, potius, quam ut tacendo essemus eius proditores,

## VNDS RELIGIONIS CONTROVERSIAE

Hic uero magis ac magis flagrare cœpit & hostium furor, & zelus eorum, qui recepta magis, quam explorata consecrari solent. Illi quicquid à nobis profectū erat, continuo exagitare clamoribus, conuictis uexare, calumniando detorquere, & trahere optima quæc in pessimā partem. hi fidem illis omnem accommodare, nobis dergare, illos ut ueteris ac probatę religionis adsertores, complecti & suspicere, nos tanq; nouarum & damnatarum hæreson inuentores & propugnatores execrari, & saeue admodum insectari. Nam duo fuerunt eorū genera, qui nos oppugnarunt. Alij in consyderato zelo doctrinam nostram adhuc incognitam, tantum quia noua uidebatur, hostiliter aggressi sunt. Alij aut uenris tantū studio, aut nominis sibi parandi cupiditate, nos sibi oppugnandos putarunt. Neq; spes eos in totum fefellit: siquidem eorum pleniq;, hac occasione, ad magnam dignitatem emersere, & honoratiore loco haberi cœpti sunt, tum etiā opulentis sacerdotijs aucti, quorum alioqui parua fuisset habita ratio. Sed in his impleri oportuit illud Erasmi. Pauper Lutherus, multos diuītes reddit.

Quemadmodum uero illorum, qui nostra hostiliter oppugnanda sibi duxerunt, ita & eorum, qui hos securi nostra sine hostili tamen acerbitate, ac publica insectatione, improbarunt haec tenus, & adhuc à nobis dissentiunt, duplex est genus. Alij enim uel Epicurei sunt, & flagitiosa uitæ turpitudine demersi: qui, quoniam uerbum Domini suis libidinibus aduersari audiunt, eius odio in rabiem exardescunt: uel receptis superstitionibus adeo ebrij et fascinati sunt, ut cōmuni præjudicio cōtentи, nostra oīa, tantum quia à consuetarum superstitionum præsidibus damnari ea audiunt, abiijcant, & condemnent, tanq; nulla consyderatione, aut dijicatione digna. Alij uero par-

tim

tim antiquitatis reverētia, & timore nouitatis, partim amore ac studio eius doctrinæ, & disciplinæ, in qua educati sunt, & ita profecerunt, ut aliquem locū teneant, partim etiam quod nostra agendæ ratio, uidetur insolentior, societatem nostram fugiunt.

At hi, quoniam Christi studio tenentur, etiā si in multis præter scientiam, non ita aduersantur nobis, quin plurima in administratione Ecclesiarum, quæ iam aliquando obtinet, correcta uelint, cum alijs tantum nostram infectanda ducant, & radicitus cupiant excisa; de emendatione rerum Ecclesiasticarum, quamlibet uitiatas esse difiteri non possint, non solum nihil solliciti, sed hanc etiam quantis possunt uiribus repellentes & impedientes. Agit enim hos, & pro sua libidine sic detinet spiritus aduersarius Christi, ut quead restitucionem doctrinæ Christi facere queant, per se oderint, cū tamen odij sui causam igno *Roma. ii.* rent. Cum enim Deo gloriā dare negligunt, confitendo scilicet in quibus erratum sit, & emendationem moliendo, obtenebratur cor eorum, ut euanescentes cogitationibus suis, uera pro falsis, bona pro malis oppugnant, & falsa pro ueris, malaq; pro bonis defendant, uere stulti facti, cum se sapientes profitentur. Inde uero, ut merito ihs accidere solet, qui traditi sunt in sensum reprobum, ea dedecora in uitam suam, cum aceruandis sacrilegijs, tum desingnandis flagitijs, admittunt, quibus facile conuincuntur quiduis potius quam Christi negotium agere.

Hos itaq; & quicūq; palam uentri suo & nomini, operam suam in oppugnandis nobis nauant, in hac inquisitione pī consensu, missos faciam, nec ullam cum huiusmodi disputationem in hac tractatione sanctorum conciliacioni dicata & instituta, ingrediar, nisi quantum alicubi necessaria ueritatis defensio requiret, habebunt enim

*cc iij*

*Quibus cū  
hec conci-  
liandi ra-  
tio suscep-  
pta fit.*

## V N D E R E L I G I O N I S C O N T R O V E R S I A B

satis eorum, qui eis secundum stultitiam suam respondeant, ne sapere libi uideantur, in eosq; solos respiciam, & ad eorū ingenium & rationem, quoad licebit, cuncta in hoc tempore attemperabo, quos, ut nobis aduersentur, partim commouet uniuersæ Ecclesiæ authoritas, & majorum reuerentia, deniq; innatus bonis & modestis ingenijs amor receptorum, præsertim de religione, partim offendit tantarum apud nos rerum intrepida nouatio. Deinde etiam orationis, qua pleriq; nostrum utuntur, insolentia (ut ipsi quidem iudicant) & acerbitas. In Domino enim conuenire nō possunt, nisi qui sunt Domini, & eius spiritu aguntur, eaq; re omnem iniquitatem detestantur, & omni ueritati congaudent. nullum enim esse potest iustitie cum iniquitate commercium, nulla luci communio cum tenebris, nulla Christo cum Belial consensio. Quocirca, cum instituerim ostendere quousq; iam conuenerit, & conuenire possit de uniuersa religione, ad eos tantum respondendum mihi est, qui Christi spiritu prediti, de hisce rebus iudicare & statuere ualent. Animalis siquidem homo, ista tam non potest capere, ut pro stultitia ducat.

Hos ergo qui uerè Domini sunt, & tamen nostra plebraq; nō probant, per Dominū nostrum Iesum Christum, qui omnino cōtemnitur & abiicitur, si ullum eius membrum & organum, contemnitur, & abiicitur, oro & obsecro, ne cum uel de Lutherio, uel de nobis, qui nos Lutheri discipulos profitemur, & uere præstare studemus, iudicant, aliud sentiant, aut persuaderi sibi sinant, qualescumq; uel simus, uel esse multis uideamur, q; nos regnum Dei querere, nec alio spectare nostra consilia, q; ut hoc Dei regnum ubiq; erigatur. Deinde sicubi offenduntur, ne illic aut iam concepto præiudicio, aut criminacionibus uulgo nobis obiectis, nimium immorentr: sed integrum ac sincerum iudicium, probe cognitis & excussis, que nō pro nobis, sed pro Christi causa afferimus, faciant.

Hoc profecto corām Domino testimonium dare Lu= Quo ani= therō, nīsi Christū negare uelimus, oportet, quibuscunq; mo Luthe= mo Luthe=  
mores & studia eius perspecta sunt, nihil eū in omni ista rebus causam  
sua tanta contentionē spectasse à principio, aut molitum  
esse, q; ut duo illa capita doctrinæ Christianæ, pura & so= reformatio=  
lida in Ecclesijs extarent, per unum Dominum nostrum  
Iesum Christum, & sola patris cœlestis gratia, omnem cō= nis Ecclesie suscep=  
stare nobis iustitiam, et salutem, solaç Christi pro nostris  
peccatis satisfactione fiduciam salutis nīti oportere, tum  
ihs incumbendum esse officijs, quæ Dominus ipse iniun= rit, quæ nimirum sola Deo grata, & hominibus  
utilia sunt, non quæ cītra uerbum Domini, humana exco= gitauerit curiositas, quæ nec probari Deo, nec commoda= re hominibus possunt. Veneratur, non contemnit uete= rem Ecclesiā, & quicunq; in ea fideliter ministrarunt  
ac proinde omnem non necessariam nouationem, autho= ritatisq; legitimē contemptum odit. Tranquillitatis & pa= cis publice, obedientieq; & reuerentię erga Reges, princi= pes, adsertor est & propugnator strenuus, nec minus acer  
omnis seditionis, contemptusq; legitimī Imperij, uindex  
& oppugnator. Ita innocentie, uereq; bonorū operum, si  
quisq; alius, hic certe prædicator & adhortator est arden= tiss. & impure, irreligioseq; uitę censor, & castigator seue= rissimus, frugalitatis quoq; moderationis, & temperan= tie, magnus amator, & persuasor est, hostis uerus cunctę  
nequitie, intēperatię, uitęq; dissolutionis. Animo deniq; in oēs, qui Christo modo suā gloriā saluam uolūt, q;libet  
sint imbecilli, ac etiam uitiosi, leuissimo, & qui compati= & indulgere multūm possit.

At quod cōtra plurimi, etiam qui nolunt uideri dona Vnde exti= Christi in quoq; paruifacere, de hoc uiro iniquius iudi= terint cōe= cant, suiç iudicij causas ex scriptis eius habere existimāt, lumniae in= id ex his omnino causis uenit. Lutherum

## Vnde Religionis Controversiae

Primum hi fere omnes, ad iudicandum de hoc organo domini accedunt, animis antea offensis, partim detestatione nouitatis, violentus enim est amor consuetorum, partim metu perturbandi presentis status, nam est carni non incommodus. Deinde Lutherus acer ac uehemens est, & in quamcumque rem fertur, in eam fertur maximo spiritu, & incumbit totus. Cum itaque uideret se in Vnde calū optima & sanctissima causa, adeoq; Dei ipsius, humana nia de con tantum, ut maiorum, publici consensus, & præjudicij tēptu legi. Regum & principum, autoritate, ab aduersarijs pre timae potestati, & diuinam ab illis paruifieri, sicque plurimum impec diri cursum doctrinæ Christi, de qua sibi satis conscienterat, in adserenda & extollenda autoritate uerbi Dei, recte iudicauit, se nimium esse non posse. Cum autem, ut necesse in hac causa erat, autoritatem diuinam, humanae tanto interuallo anteferendam doceret, quanto sunt infra Deum homines, idque, congruentibus sue uehementiæ hyperbolis, faceret, uisus multis est, omnem prorsus Ecclesiæ, & S. patrum existimationem, deinde etiam Regum atque principum maiestatem, non solum nihil facere, sed etiam seditione conuellere, cum utrancq; tamen nemo colat, sed suo loco & numero, religiosius.

Ad eundem modum, cum meritis Christi, nostra ipsorum; & diuinis mandatis, hominum traditiones, non æquari modo, sed preferri etiam à plerisque animaduerteret; ut nulla est horum inter se comparatio; ita ipse in comparabiliter, his illa antetulit. Hæc causa extitit, cur licentiae carnalis patronus, & austerioris uitæ nimis remissus predicator, haberi coepit.

Vnde Lut. in crimina tionem ue- nerit patro cinij uite dissolutio- ris Huc accessit, quod est ueritatis studiosiss. & hypocrisis, omnisque fuci osor maximus. Hinc enim factum est, cum tantā in cōficto illo cœlibatu, & simulatis lenocinijs,

et in suis turpidinem & uanitatem cerneret, tum etiam plurimas conscientias, ex uotis & præceptis de his rebus, misere excarnificari, alias uero non paucas, perniciofa earum rerum quoque fiducia inflari perspiceret, ut, imitatus prophetas & Apostolos, atque adeo Dominum ipsum, qui in nullum uitio orum hominum genus, acrius, quam pharisæos & reliquos similes hypocritas inuectus est, admodum seueriter & ipse, cum inexorabilem illum & prorsus tyranicum rigorem in his corporis exercitijs exigendis, tum in obseruatione hypocrisim, & impianam fiduciam exagitat, satiusque duxerit, ut est, equidem in ista tanta sanctimonie remissione, & ueræ pietatis castigationis corporis ignorantie, homines reuocare ad perpetuam frugalitatem, et moderationem, quæ præceptis multis ieunijs, & abstinentijs, uel de pellere in hypocrisim, aut certe manifestū Ecclesiæ contemptū, uel inflare falsa abstinentię fiducia.

Ita dum paucissimos uidemus, quibus datū sit diuinus, ut ea castrarent propter regnum cœlorum, maluit cum Cur ad me D. Paulo, Cypriano, aliisque ueris pudicitiae amatoribus, trimonium iuniores, ut uidoras, ita & puellas, adolescentes, & uiros, ac mulieres, simpliciter ad sanctam matrimonij castitate inuitare, quæ in tantorum, quæ passim extant, dedecorum, tantæque turpitudinis, qua adeo foede deformata & contumata Ecclesia est, relinquere discrimine.

Hinc uero factū est, ut multi, utinam tam casti, quæ cœlibatus seueri exactores, hunc virū insimulauerint, omnis disciplina corporalis, iejuniorum, & sanctæ abstinentiæ, laudatiæ tantopere, etiam ab ipso Apostolo, cœlibatus contemptorem, auctoremque & patronum licentiae carnis, incontinentiæ & libidinum. Sed uita utrinque probat, utrobi uerum moderationis, & humiliandiæ carnis, conservandæque pudicitiae studium uigeat.

V N D E R E L I G I O N I S C O N T R O V E R S I A E

Vnde cri-  
men ama-  
rulentie et  
acerbita-  
tis.

Sic postremo, cum eos, qui recepta in religione uitia, quamlibet manifesta, defendere, & clarissimam lucem doctrine Christi, profigare conarentur, excœpit, tractauitq; asperius, ut nulla profecto tanto scelere, digna uerborum acerbitas adhiberi potest, audire cœpit, amarulentus, saevus, rabidus, furens, cum reuera ingenio sit humannisimo & mitissimo in omnes eos, quos non iudicat de liberata malitia, gloriam Christi impetere, ac tentare salutem Ecclesiæ. At ubi hostem sentit regni Christi, insurgit animosius, & inuehitur spiritu prorsus heroico, tonat & fulminat, nihil q; mediocre adhibet. Sed si ex animo, ante oia petimus sanctificari nomen Dei, & aduenire regnum eius, qua tandem remagis cōmoueri nos, & incitari oporteat, q; cum sentimus de honestari nomen patris cœlestis, auerti, impediriue aduentum regni eius:

Lutherus  
non omni  
uitio & la  
psuundi-  
catur.

Hec uero oia que de hoc uiro testifor, indubie uera agnoscat, quicunq; nō uacuus Christi studio, uacuus aut studio sui, & earum rerum, que gratiore carnii, q; religioni cōmodiores sunt, doctrinā & uitā eius, rite ac penitus cognouerit. Nō tñ eò ista cōmemoro, ut illū omni peccato, in tanta tāq; multiplici & diuturna cōtentione eximere laborē aut diffitear, nō abusus in plerisq; rebus sic ab eo reprehensos, ut occasiōne inde multi arripiuerint, ea quoq; reīciendi & cōtemnendi, que uera, que sancta & salutaria sunt. Sed nec ipse agnoscit hanc laudē, uel postulat, ut nusq; lapsum eū, ut oia recte & ordine administrasse, dicamus: fatetur haud illibenter, se modū nonnūq; excessisse, nec ea, qua oportuit, cautioē, semp oia tractauisse. Nouit hominē esse se, q; obrem nihil humani à se alienum ducit.

Attū qui scripta uiiri, simplici, & nihil q; Christū querente et spectante animo, rejecta omni ante cōcepta offensioē, legerit, probeq; cōsyderauerit, quo spectet, et referat omnia.

Omnia, is haud diffitebitur, etiā si ei uitā illius proprius cōtemplari nō contigerit, nihil eū cōtendere aliud, q̄z ut homines discant à solo Christo, et ea ratione, quam ipse p̄scribit, p̄ solidam fidē, salutē petere, et ihs incumbere officijs, quę requirit Deus ipse, in quibus tota scilicet continetur pietas, frugalitas, & iusticia: nec facile quenq̄ existere hodie dicet, qui maiore spiritu, & feliciore successu, fiduciam ueram in Christum, ex qua sola, omnia uirtutum officia ducuntur ac fluunt, tum etiam quicquid ad solidam sanctimoniam, quicquid ad perfectā pertinet in oēs beneficentiam doceat, p̄dicit, & persuadeat.

Quis Lue  
therisco-  
pus.

Non dubito aut̄ quin hoc de Luthero testimonio of- sensurus sim nonnullos, quibus nec ego uerū Christi stu diū adimo: existimabūt. n. me id & locupletius multo q̄ p̄ar sit, et magis etiā partis studio, uel hominū gratię, p̄ ue ritati p̄ebere. nā libertate, uehementia & asperitate uiri, qua legunt illū & res et homines Ecclesias, iicos incessere, conuellere, exagitare, sic pleriq̄z, alioqui boni, offenduntur, ut eum, irreligiose audacē, temerarium, petulantem, omnis admonitiōis impatientem, s̄euum, amarulentum, & scurriliter quoq̄z dicacem iudicent.

His autē & omnibus filijs Dei, ego per Dominum nostrū Iesum Christū, scrutatorē cordium et iudicē iuro, me quicquid de hoc uiro testatus sum, id me corā ipso agnoscere, cum uerum esse, tum me testari debere, nec spectare hoc ipsum testando aliud, quām ut filij Dei, cum dona Christi in hoc eius organo Ecclesiæ suæ collata cognoscant, eisq̄z ad salutem suam perfruantur, tum conciliatio ni & reformationi Ecclesiarum inde certius & utilius cōfulant. Nec. n. poterunt Ecclesię in ueram concordiam, quę in Christo constat, reduci, si ulla germana Christi membra, nedum tanta & tam multa, Lutherum dico,

dd ij

V N D E R E L I G I O N I S C O N T R O V E R S I A E  
& qui huncut Christi Apostolum habent & sequuntur,  
ab̄n̄ciantur, & immerito condemnentur. Nam id etiam si  
homines ferrent, Christus tamen minime ferret.

Rogo itaq; hos, quicunq; regnum quidem Christi syn-  
ceriter querunt, & Lutherum tamen probare non pos-  
sunt, de me quiduis potius statuant, quam aliquid in hoc  
toto scripto, siue de Lutherio, siue de alijs, tā hominibus,  
q; etiam dogmatis, prudentem & scientem aliter scribere.  
& proferre, quam ut illud confido me Christo Domino  
approbaturum esse. Deinde etiam atq; etiam hos moneo  
& hortor, ut & seipso probe excutiant, ac dispiciāt quid  
potissimum se Lutherio infensos reddat, Christi nē ze-  
lus & cura Ecclesiarum, an amor sui, & eorum, quæ carni  
commoda uidentur. Etenim si eos urit neglectus bono-  
rum operū, discipline remissio, uita dissolutior, que mul-  
ti post exortam Lutheri doctrinam inualuisse clamitant,  
intueantur summos Ecclesiæ prelatos, totamq; cleri tur-  
bam, qui equidem soli gregis dominici duces esse uolūt,  
& debebant, & uidebunt quibus ob hęc mala irasci ma-  
xime debeant, quibusq; horū causam potiss. adscribere.

Si orationis tantopere displicet acerbitas, cogitent pro  
qua causa, & quibus cū hominibus illi certamen fuerit,  
utq; lenissimi spiritus Prophetę, Apostoli, Christus ipse,  
in eos inuecti sint, qui sumpta procuratione religionis, re-  
ligionem, uitaq; sanctimoniam maxime omniū euerterūt  
& profligarsit. Iam quid Christi ubiq; cogitetur, aut que  
ratur, in manifesto est. Deniq; non eos tantum Lutheri li-  
bros, in quibus ille pugnat, sed etiam in quibus docet, ad  
hortatur, consolatur, legant, et legant animo simpli, utq;  
omni perturbatione uacuo, ita uero Christi amore suc-  
censo, & mirabor, si in his lenitatem, humanitatem, ue-  
ramq; in omnes filios Dei charitatem, desideraturi sint.

At.

At quicquid in hoc uiro, iure uel iniuria cuiquam displiceat, nouit tamen Christus, ut dixi, me nihil illi prorsus tribuere, quam, quod ei tribuendum esse, coram Domino credo, nec eo quicquam querere aliud, quam ne que uere dona Christi sunt, non id esse agnoscantur quod sunt, neue non ea ex ihs utilitas ad filios dei perueniat, que peruenire merito debet, denique ne ulla Christi membra à quoquam qui membrum Christi & ipse sit, ignorentur, eaque de causa abijsantur. Tot sunt hodie myriades, non animarum tantum, sed ecclesiarum, quae omnes Lutheri doctrinam sequuntur, has nemo, qui non secundum carnem, sed ex spiritu ueritatis iudicium fecerit, alienas à Christo iudicauerit. Vel harū itaque gratia in meliorem partem accipiant, quod cum instituissim ex plicare, quibus capitibus controversiæ religionis maxime contineantur, undeque exortæ & auctæ sint, de Lutheri principe huius partis, deque eius initio atque progressu in hac causa, de proposito & animo testatus sum, quae & uera esse non dubito, & ad conciliationem Ecclesiarum, si recte & sinceriter accipiantur, haud parum collatura, certo scio.

At maior apud multos de nobis Lutheri discipulis quærela est, nec forsan ab re, ut enim defucis qui in nullo hominum ordine defunt, falsisque Lutheri sectatoribus taceam, per pauci discipuli, uirtutem magistri sui ad sequuntur, perfectus si quidem est, qui sit ut magister eius, nonnulli etiam, uitia præceptorum pro uirtutibus imitantur. Haud mirum igitur, si ille alicubi, nos in multis lapsi simus. Iuuenes enim imperitiq; propè omnes ad hanc tantam causam pertracti sumus. Nam ut hi reputent, quantum sit & quam arduum, quantumque omnem humanam industriam superet, hoc ministerium, rursum dd iij

*Quid Lu-  
theri disci-  
puli in hac  
causa*

V N D E R E L I G I O N I S C O N T R O V E R S I A E

quam pauci tot iam seculis extiterint, eius idonei magistri, is profecto facilem ueniam nobis daturus sit, etiam si quæ humana fragilitas est, in functione tam difficulti, sed eadem summe necessaria, quedam peccauimus, prima que sequentes, in secundis, tertius ue constitutus.

Cum enim tantum esset de officio & gratia Christi, de fiducia in ipso collocanda, de beneficio quod sua morte nobis comparauit, de legitimo ipsius cultu, de ueris officijs quibus charitas mutua alitur & conseruatur, & tota ferè salutis doctrina, silentium, quæ de ihs rebus, dono eius cognoueramus, silere, quoties loquendi opportunity ac locus daretur, haud potuimus, utcunque, nondum ea nos spiritus efficacia, eaç disciplinæ Ecclesiastice scientia, uel peritia ex longo usu, quam tantum munus requirit, instrucos agnosceremus.

Nam ut de me nunc solo loquar (nolo enim cuiq, nec tribuere quod nō habet, nec adimere quod habet) ut pri mū ex libris Erasmi, deinde Lutheri, tū utrūuscq monitu & ex scriptis S. patrū, maxime uero ex diuinis literis, quæ uera esset religio, & quæ ad eam pertinerent, cognoui, ita cōsideri ea, & dato docēdi publice loco, docere ac pro site ri palā mihi necesse fuit. Sunt n. ista de eorū gñe, quæ cū sunt audita in tenebris, efferti statim in luce, & cū dicta in

I. Cori. 9. aurē sunt, prēdicari in tectis oportet. Cūq euangeliū omni creature in toto orbe prēdicandum sit, uę mihi, si, quā-

Vnde tot tulūcunq, de eo Dñs quoq mihi tēpore reuelauerat, id hoc tēpore non, quibus licebat, prēdicasse. Hęc enim functio cōhæretici et missa mihi erat. Eadē conditione fuerunt complures aliij. ecclesiasti- cæ discipli ne contem ptores

Dum autem nos propter imperitiam, in confutandis inolitis erroribus, ac corrigēdis malis ritibus, eam, quam oportuit, cautionem & moderationē adhibere non ubique potuimus, huc alterum sed nō à nobis, neq ex uitio nostro incommodo accessit, quod prauī & sinistri inge-

I. Causa

nij homines, falsa & præpostera interpretatione, quæ bene à nobis tradita erant, corruperūt, ut nullo non tēpore ingens eorū turba est, qui non secus atq; aranei, ex optimis floribus tamen uenenum fugunt, ita ipsi ex quālibet pijs sanctisq; doctrinis & institutis, tamen occasiōne impietati & nequitiae sūræ arripiunt. Malū adeo seculis omnibus cōmune, ut ne Paulus qdē effugere illud potuerit.

II Causa

Tum qui primi, remergenti Christi doctrinæ manum III Causa præbere, & adesse, imo præesse nobis, in corrigendis eccliarum uitij debuerāt, Pontifices, Episcopi, reliquiq; cleri & monachi, damnare tantū, execrari, & extingueret totos iam uiginti annos conati sunt.

Ad hæc Dominus, ad probandā suorum fidēi, ut face III Causa re solitus est, quā documq; doctrinam suā clarius & potentius prædicari fecit Satanæ nūc quoq; pmisit, ut trās formatus ipse in Angelū lucis, suos in Apostolos Christi transmutaret, perq; eos omnē sanam doctrinā, stupendis modis corrumperet, insanas denique contra opiniones, conatusque in hominibus excitaret, ita ut apostolo rum & martyrum tēporibus factū legimus, qbus nimis rū constat extitisse portentosiss. illa deliria & exitiosas factiones, quarum Paulus ipse, deinde Tertullianus et Ireneus, alijq; patres meminerunt.

Hisce certe de causis, nemo profecto mirari poterit, qui de hisce mō rebus iudicare potest, & id facere nō maligne uoleat, si quę nos pia ac sincera prædicauimus, à multis male depravata sint, et ab unoq; adiras cupiditates detorta, q; etiā plurimę cōtra fanaticę doctrinę, et exitio se hereses, excitatę sint. Cum in ihs nihil nouum, nihil insolens acciderit, nihil deniq; quod non cum ipsis quoque Apostolis nobis commune sit, ut si quid hic nobis uitio uertitur, ab illorum accusatione incipere oporteat, nec aliter possit hac parte nostra pregrauari,

quin

V N D E R E L I G I O N I S C O N T R O V E R S I A E  
quin eorū causa hoc uelutī prējudicio damnetur. Quā-  
re mirandum sane, etiam eruditos quosdam ex eo, quod  
doctrinam nostram , istiusmodi incommoda , sicut ac-  
cessum solis , tot insecta & uenenata animalia, insecura  
sunt, cōcludi uolunt, non esse eam euangelicā, cum con-  
trarium potius hinc inferri debeat, nisi non uerū Euau-  
gelium prēdicauerint Apostoli & Martyres , quorum  
siquidem temporibus, multo portentiosiora quā unquā  
alias deliria , & nocentiores hereses extiterunt inter eos,  
qui Christi se nomine iactabant, cuius rei Irēneus & Ter-  
tullianus locupletes testes sunt.

Non igitur nobis, sed satanę & eius ministris, eorum-  
que peruersitati, qui abiecta dilectione ueritatis, meru-  
erunt immitti sibi efficaces errores, adscribendum est,  
quod dum nos, exorto aduersus eos certamine, qui Dei  
authoritatū suam, aliorumque hominum anteponerent,  
strenue & clara uoce, ut nostri officij erat, docuimus, uer-  
bum, legesque Dei uniuersę humanę sapientię, profe-  
ctisque ab ea constitutionibus, authoritatemq; Christi,  
omni reverentię quam eius sibi ministri uendicare que-  
ant, imperium denique eius cuncta mortalium potestia-  
ti, tanto anteferri oportere, quanto est Deus maior homi-  
nibus, & siue legum sanctitas, siue præsulum authori-  
tas, siue Principum Maiestas, contra iussa Dei obijcias-  
tur, dici debere cum Apostolis, magis Deo quam ho-  
minibus obediendum esse, continuo plurimi, accepta  
hinc occasione, quæsitoque prætextu, eruperunt, qui  
non solum eas humanas traditiones, eaçq; Praetatorum  
Ecclesiæ præcepta, ea denique iussa Principum, quæ  
pugnant cum mandatis Dei, sed ea quoque, quæ cum  
mandatis Dei consentiunt, illisque conseruandis inserui-  
unt, contemnere, abiçere, ac proterere etiam inciperent,

eoç

eoq; deniq; furoris euaderent, ut cunctis & Ecclesiarum  
& politiarum gubernatoribus contemptis, à nemine se  
doceri, regi, aut coérceri sustinerent, cunctaq; pro suo fu-  
rore & libidine auderēt et conarentur, iubato*s* & cœ  
lestium commertia iactitantes.

Ita nec illud prudentibus harum rerum, aut in expecta-  
tum euenisse, aut nobis attribuendum uideri potest, cum  
nos meriti Christi, contra hominimum merita, dignitate  
& precium extulimus, nostrorumque honorum operum im-  
perfectionem, & quæ illis perpetuo adhaerent sordes, di-  
ligenter exposuimus, extitile complures, qui ita se niti-  
Christi meritis facitarent, ut interim nulla propria quæ-  
rerent, sicque dignitatem bonorum operum negligeret, ut  
nullis omnino faciendis studerent.

Vnde ne-  
glectus bo-  
norū ope-  
rum.

Nec minus & proclive fuit, & non nostræ culpæ, cum nos in sacris ceremonijs, in precibus, ieunijs, alijsq; externis pœnitentia & castigationis carnis exercitijs, in omni disciplina Ecclesiastica, in distribuendis deniq; & usurpandis dignitatibus & opibus Ecclesiae, hypocrism modo, pericula conscientiarum, falsam externalorum operum fiduciam, tyrannidem, simoniam & sacrilegia oppugnauimus, sublataq; uoluumus, nec quenquam hominū, nisi qui Christi regnum aut proderet, aut infestaret, negligendum, nedum insectandum unquam putauimus, ut homines carnales & mancipia Satanæ, uera religionis opera reijcirent, disciplinâq; Christi omnē dissoluerent, eosq; qui suę non auerent licentia & distractioni, odissent, uerbisq; & factis, qua possent iniuria afficerent.

Multa sunt eius generis, quæ enumerare necesse non est, in quibus conatus est Sathan obliquis artibus doctrinam nostram infestam Principibus, bonis omnibus suspectam, toti mundo infamem & exosam reddere. Quid

60

## V N D E R E L I G I O N I S C O N T R O V E R S I A E

igitur : an accepta hæc nobis ferentur omnia : & tota culpa in caput nostrum congeretur : Atqui nos Dominus ipse sua uoce liberat , cum denotat id fore perpetuum , ut seminato Euangelio , diabolus ad illud uel suffundam , uel corrumpendum , zizania simul sparsurus sit .

Nostrī tamen aduersarij , quę ipsorum est æquitas , nihil horum non impingunt nobis : nec argumentum habent magis plausibile , quo nos , ac causam nostram in odiū trahant : cum tamen nemo hęc omnia , quę commemorauimāla & scandala , acrius , cum sacrī concionibus , tū scriptis detestetur , & oppugnet : dum ipsi ex alto , securi et ociosi nostros labores , uelut suaue aliquod spectaculum contuentur . At qui nostram doctrinam plane cognouerit , iudicareq; de his rebus integer uelit & possit , is nunquam negauerit , ex ea nihil aliud , q; ueram poenitentiam , solidā in Christum fidem , totiusq; pietatis , temperantie & iusticiæ certum studium disci posse . Interim uero ī , qui omnem Ecclesię dissipationem nobis solis tribuunt , non consyderant , ut pura Euangelij doctrina pridem in multis prouincijs plane consiluerit , & hodie adeo cōsilescat , ut Euangeliū Christi , imo tantū precationem dominicā habere lingua uernacula , capitale sit , quasi Lutheranum ut nusquam non humanis commentis pernitiose fermentatum sit , quicquid populo , nomine religionis Christi , traditur . ut Catechismi ubiç; non usus modo , sed & nomen , penitus interciderit , postremo , ut præter hęc impudentiss . sacrilegia , atrociss . scelera & flagitia , in ordinem eorum , qui sal terre , & lux mundi esse debebant , adeo importune inuaserint , & quodammodo exundarint , ut in nullum alium ordinem hominū importunius . Quid aut̄ sibi sic infatuato euenire potuit , quam ut , sicut prædict̄ Dominus , proijceretur foras , & cōcularetur ab homini .

hominibus. Factum est igitur, ut non ipsi modo Ecclesia  
rum prelati, tam uitiosi & perditi, contempti omnibus,  
& odio habeantur, sed propter eos, quęcunque etiam in Ec-  
clesia administrati nihil fiant, abiiciantur & coculcentur.  
Iam cum omnes Dominus ad resipiscendum, tam clara  
uoce, & potentis manibus, idq; tam diu, uocat, quis eum  
exaudit? quis suspicit? Tantum hoc, boni isti praeſules  
qui soli sibi clauem regni Dei sumunt, & Ecclesiæ guber-  
nacula tenere uolunt, hoc, inquam, tantum cogitant, con-  
ſultant, moliuntur, quomodo nos opprimant. Hinc eru-  
ditorum et disertorum hominum linguis et stylos redimūt,  
& in nos acuunt, hinc regū ac principum iras, in nos in-  
flammant.

At dum hi nos ut hæreticos & schismaticos insectant Mutua in-  
tur, nos eos ut Antichristos fugiendos docemus, & pro- fectatio, u-  
penihil est, quod non alteri in alteris damnemus, pluri- trofis; inui-  
ma certe eorum multitudo est, qui in eo, q; inuicem nos fideiq;  
criminamur, sic credant utriscq;, ut in ihs, quę recte utrincq;  
traduntur, neutrī ullam fidem accommodent. Id uero indignos  
quantum eo conferat, ut religio indies magis euaneſcat,  
ſenſimq; plane extinguat, non est opus explicare uerbis.  
Videmus omnes, quo prolabatur omnis in uulgo cura  
Dei, quanq; pauci ubiq; supersint, quos ullus teneat diui-  
ni iudicij metus.

Dedit Dominus nostris Ecclesijs, ipſi sit gloria, do-  
ctrinam synceram, quod ipſe bonis omnibus tandem co-  
probabit, dedit quotidianum uſum Catechismi, uerum  
uſum sacramentorum, & minime paucos, q; his recte & salu-  
tariter utant, at de disciplina adhuc non parū laboramus, Nobis deest  
& eo difficilius, quod qui à disciplina abhorret, ab hoc re disciplina.  
ligionis dissidio maximū suæ licentia presidiū, accipiūt.  
Sunt enim & apud nos plures uocati, q; electi, multoq;

VNDE RELIGIONIS CONTROVERSIAE  
maior eorum turba, qui uelint iugum hominum abijce-  
re, quā qui suave illud Christi iugum infere recipere. Quid  
autem nobis de sinceritate doctrinę ad posteros pollicea-  
mur, si non constitutam quoq; illis relinquamus & con-  
firmatam disciplinam;

Apud uos uidetur nonnihil alicubi superesse discipli-  
næ, at si non uigeat simul, simplex, puraç Christi doctri-  
na, quid eius non sit coactum, seruile, fucatum, inane,  
Confitentur quidem adhuc homines peccata sua sacer-  
dotib; certis temporibus, at quam multi id faciūt ex uera  
peccatorū pœnitentia, uero uenientia Christo petendæ stu-  
dio; Cōueniunt subinde ad sacra, religionisç curam sin-  
gularem nonnunç, maxime cōferratis ei rei diebus, prē  
se ferunt, at q̄tusquisç hisce exercitijs studet id, ad quod  
ea instituta sunt, ut fide in Christum fiat auctior, & chari-  
tates in proximos inflammatior; Imo q̄ nō pauci sunt, quos  
nullum harum rerum tenet desyderium, quiq; alius in  
sacris ceremonijs non querunt, quam ut liceat eis, diu  
ex suis sententia uiuere, & rebus præsentibus pro suis cu-  
piditatibus adfluere, hoc est, diu offendere deum, & mo-  
lestitis esse hominibus! Nam nusquam non occurunt, ut  
& antea memorauī, qui, cum istas discipline reliquias, ne  
dicam umbras, & inania simulacra, quam studiosissime  
colant, tamen nihil in omni uita sua demonstrent solidæ  
ace efficacis in Christum fiduciae, nihil certe & officiosæ in  
in proximos charitatis, nihil deniq; ueræ ac studiosæ mo-  
rum sanctimoniar; adeo se se in res & uoluptates uitæ præ-  
sentis ingurgitant, & ad fraudes dolosç & plusquam pe-  
cuinam nequitiam, abiiciunt.

His uero quid cōferat, quicquid disciplinæ reliquum  
obseruant, quam ut Dei in se iram, sicut securius, ita &  
grauius irritent, ijs ipsis Deū rebus, ut superius dictū, ex-  
rema

trema contumelía adficiētes, qua colere se eum maxi-  
me simulant. Sic enim cultum sui extēnum, sīne fide  
uera & potentia exhibitum, habet, ut in Prophetis ubiqp  
ipse testatur.

At si uel umbra disciplinæ, inquies, homines conti-  
neantur, ex illusoribus Dei, facile ueri cultores, ex simu-  
lantibus pœnitentiam, quos ex animo peccatorū pœni-  
teat, effici possunt. Verum id quidem est, sed si accedat  
& doctrinæ synceritas, & administrandi hanc per idone-  
os ministros sédulitas, pro quibus nos rebus contendimus.  
Quin nec illud infiōr, esse etiam in ista doctrinæ  
oppressione, & ministerij peruersione, qui Patrem Deū  
syncero pectore inuocant, nec in sacrī ceremonijs, om-  
nique Ecclesiæ disciplina, aliud quām peccatorum remi-  
ssionem, & spiritum pie rectep uiuendi querunt, & hęc  
a sola Dei patris misericordia, & gratuita benevolentia  
Christip Seruatoris merito. Sed quām exiguus est ho-  
rum ubiqp numerus.

Moueat ergo tandem nos tanta Ecclesiæ Christi cala-  
mitas, tanta ouium Christi dissipatio, salutisqp propriæ  
factura. Ne simus ex eorum numero, de quibus Domi-  
nus queritur, occupatos præsentis sęculi opibus & deli- Amos 6.  
tij, non dolere, non lugere confraktionem Ioseph, pro-  
pterea nec irę suę emendatione malorum occurrere. Sen Ies. 59.  
timus & fatemur pridem omnes, incumbere iram Dei in  
nos grauissimam, querimur dissidio hoc religionis, cū  
religione euerti rēp. interire & eripi nobis expetēda om-  
nia. Iam causas huius certissimi exitij nostri non ignora-  
mus has ipsas esse, quas cōmemoraui. quod uocantem  
nos ad pœnitentiam Deum, Patrem indulgentissimum,  
uocantemps tam diu, tamp instanter, non exaudimus,  
sed alij, quantis possunt uiribus, omnē pœnitentia præ-  
ee iij

V N D E R E L I G I O N I S C O N T R O V E R S I A B

dicationem, & huius administratos oppugnant, alijs impia  
socordia negligunt, hęc qui Christi tamen aliquo studio  
tenentur, se in Christo non agnoscant, non coniungunt,  
& quisq; in altero id magis quod est humani uitij, quod  
infirmitatis, quam quod est doni Christi, quod est spiri-  
tus Dei, consyderat, offensionisq; & alienationis à fra-  
tre causam sibi sumit.

Accusant nos qui in uestra parte timere & quærere  
Dominum uidentur, nos multa in ecclesia commouisse,  
quę præstiterat ne attingere quidem, eaque audacia sol-  
uisse populum, & disciplina, & sacrorum reuerentia.  
Iam ut in hoc crimine nos aliqua ex parte hæreamus,  
quid prospiccamus, si boni, & Ecclesiae bene cupientes,  
id in quo nos delinquimus, amaris tantum criminatio-  
nibus perpetuo exagitent, iisdemq; etiā ea, quae domini  
in nobis sunt, obscurent, suspecta & iniuisa reddant: inté-  
rim uero strenue dissimulent, apud suos nullam peni-  
tus partem sacri ministerij synceram superesse, doctrinā  
Christi cum disciplina, præter umbram illam, quae in po-  
pulo utcunq; retinetur, prorsus iacere, & contra, tam  
horrendas superstitiones & idolatrias foueri, sacrilegia  
nutriri, totiusque religionis peruersiōnē defendi &  
propagari.

Ego ingenue corām Christo & Ecclesia eius fateor,  
me, cum ad hoc ministerium pertraherer, communionis  
sanctorum, & disciplinę Christi, nec iustum scientiam,  
nec dignam curam habuisse: eoq; in retinendis huius  
comunionis & disciplinæ uinculis, non eam quam ope-  
tebat, & prudentiā adhibuisse, & operam ecclesię Chri-  
sti nauasse, quanquam id quoq; coram eodem Domino  
Iesu & Ecclesia eius confiteri ausim, & debeam, me nihil  
unquam, dum hoc ministerio functus sum, aliud insti-  
tuisse

quisse, & animo proposuisse, quam homines ad ueram et synceram Christi religionem reuocare, & repudiatis ihs, quæ cum Christi doctrina & institutis pugnant, ea restituere, quæ à Christo Domino tradita & cōmēdata sunt. Iam ubi ego impegi, ibi & complures symmistas meos impegissem, non nego: postquā in tanta ignoratione, rerum sacrarum omniū, in his densiss. tenebris, quibus tota ecclesiæ disciplina sepulta erat, ad hanc Euangelij administrandi functionem, pertracti omnes sumus.

At nos quicquid ad instaurandā ueriss. sanctorum cōmunionem, ad perfectiss. Ecclesiæ disciplinam facere ullo modo possit, id non amplecti modo parati sumus, & promouere: sed ut hæc cognoscantur ab omnibus & recipiantur, pridem summa cura, & fidelis opera elaboramus. Quin adiuuant igitur nos hic sudantes, qui Christi esse uestra in parte uolunt, utque & apud uos cum doctrinæ synceritate, ceremoniarumque religione, pia & uera disciplina, cum in clero, tum in populo restituatur, cum ipsis per se digno conatu student, tum nos socios, eaque, quæ nobis ad hanc rem Dñs contulit, non aspernentur. Dominus enim negligitur & reiçitur, cum eius membra, & dona, uel omnium infirmissima & minima negliguntur & reiçuntur, nec potest corpus Domini, quod est Ecclesia, instaurari & sarciri, nisi per omnem iuncturam, & opus cuiuslibet membra subministratio adhibetur: quod quia iam inde ab excitato Lutherò non fit, distracti manent sancti, & proditur Ecclesia Antichristis, causaque & facultas prebetur filiis diaboli, ut filios Dei dispersos, & magis inter se distrahant, & undique etiā opprimant, & impediunt. Cogitemus hæc tandem, & ad animū reuocemus, quicq d in Christo nō unū est, id nec Christi esse, adeoq in sua dissipatione perire. At q Christi

## VNDE RELIGIONIS CONTROVERSIAE

stis spiritu prædicti sunt, ut ipse fecit, in eo toti sunt, eaq; de causa missios se diuinitus agnoscunt, ut querant summo studio, quod perijt, & seruent, hoc est, reliquo domini gregi adducant & coniungant.

Extremum orabat dominus Patrem, et tam obnoxie, ut daret discipulis suis, & omnibus sibi horum ministerio credituris, ut unum cum ipsis essent, sicut ipse & Pater unum sunt. Cum itaq; tam multi utrinque existant, qui Christi frugi servi esse cupiunt, nec dubitari fas sit, utrincq; esse etiam plurimas ouiculas, et si dispersas adhuc, quæ tamē ad Christi ouile pertineant, profecto magnopere & mirandū, & magis etiānum dolendum & deplorandū est, tā non multos esse, etiā ex ihs, qui in corpore Christi cū primoribus mēbris numerandi sunt, quos satis commoueri uideas, tam exitioso in quo sumus, schismate, dingoq; flagrare zelo, restituendæ inter eos, qui tamen Domini sunt, uerę unionis & confessionis.

Excitemus igitur nos, & naturam corporis Christi, quod est ecclesia, diligentius intueamur, cōsyderemusq; paulo religiosius, quam cum uera in Christum fide dissentiat, quam cum germana Christi charitate pugnet, quam aduersetur toti professioni nominis Christiani, de religione, de doctrina Christi, de uita æterna, non solum non conuenire cum ihs, quos esse Christi negare nō possumus, sed nec ualde sollicitos esse, ut cum his aliquando cōsentiamus et coalescamus. Despirū & sensu Domini nobis non nihil omnes pollicemur, sed quando, ut ipse, uisis turbis misericordia commouemur, quod sint sicut oves disperse & dissipatae, quæ Pastorem non habeant, quando nonaginta nouem in deserto relictis, unā cente simam errantem, eo, quo ipse animo, studio, labore, periculo, querendam instituimus: quando tale aliquid in nobis

nobis sentimus: quale in se sensit Paulus, cum scriberet,  
Si qua igitur est exhortatio in Christo, si qua consolatio Philip.  
dilectionis, si qua communio Spiritus, si quæ iusta affe-  
ctio & miserationes implete gaudium meum, ut idem  
sentiatis, eandem habeatis dilectionem, sicut & unanimes,  
unūque sentientes, nihil per contentionem, aut inanem  
gloriam gerentes.

Excutiamus ergo nos ipsos, si in fide Christi simus,  
probemus nos, si in nobis sit Iesus Christus. Si n. est, quia  
semper, & in omnib. sibi similis est, nihil profecto in tota  
uita prius faciendū putabimus, nihil maiore solicitudine,  
nihil ardentiore conatu studebimus, quā querere quod  
perīt, et saluum facere, hoc est dispersas ouiculas Christi,  
caulisq; dominicis adhuc aberrātes, ad ipsum colligere,  
collectasq; in una ipsius fide, & charitate recte consolacio-  
re, & unitas, pura & consentiente & doctrina, & discipli-  
na, in eius pascuis, hoc est, in illa unitate fidei, conseruare.

Huic sane curæ, huic operi, totum sacrum Ecclesiæ mi-  
nisterium institutum, & destinatum est. Nam quos Do-  
minus Ecclesiæ suę dat, Apostolos, Prophetas, Euange-  
listas, Pastores, & Doctores, hos dat, quemadmodū D.  
Paulus docet, ut opere. S. ministerij, sibi inseruant ad  
coaptandum sanctos, ad ædificandum semper, & instau-  
randum corpus suum, donec occuramus omnes in unita-  
tem fidei, & agnitionem filij dei, & proficiamus in virum  
perfectum, aetatis Christi plene adultę, nec uoluamur &  
circumagamur omni uento doctrinæ. τὸν κατὰρτισμὸν  
τῷ ἄγιῳ, inquit Apostolus, hoc est, ad sanctorum, in  
corpo domini à legitimā ac concinnam compositionē,  
& coagmentationem. Nam sicut medicis, definito  
Geleno, καταρτισμὸς reductio est ossium, ex non naturali, in  
naturalem locum, ita in Ecclesia, quæ corpus est Christi

## Q V A R A T I O N E

Apostolo teste, electorum, hoc est, membrorum Domini, ex disiunctione, cœl luxatione quadam in suum locū, & ordinem repositio et recōcinnatio. In hoc enim omnis sancti ministerij opera ponenda est, tota cura fidelium ministrorum consumenda: quo nisi totos nos, quicunq; ad hoc ministerium uocati sumus, impenderimus, rationem impositi muneris Christo domino nunquam approbabimus.

Ex his itaq; cognoscere licebit, quibus ex causis dissidium hoc religionis, & ortum primum est, & auctum deinde, perductumq; adhuc & retentū sit, nunc & de eo dicendum, quonam pacto dissidium hoc tolli, & uera Ecclesiarum concordia restituī queat.

*Quibus rebus Ecclesie in piam concordiam reduci queant.*

**C**ERTVM itaq; cum sit, peccata nostra, sicut inter Deum & nos, ita & inter nos ipsos, distractionem facere; & uideamus omnes quantopere, quamq; diu iam pater coelestis nos ad ueram poenitentiam inuitet, sollicitet, urgeat: excitemur tandem, demusq; hanc ei gloriam, ut agnoscamus ex omni parte, quicquid peccauimus: emendareq; id, non extenuare studeamus: deinde quicquid uspiam domini est, id abolita omnium priorum temporum offensione, contemptoq; crucis scandalo, sincriter cognoscamus, & cupide amplectamur, quamlibet id humile & damnatum mundo habeatur: quicquid uero domini non est, quamlibet id splendidum & excelsum mundo existimetur, huic uale longum dicamus.

Nec enim nisi inter filios Dei, & in ihs, quæ uere à Domino tradita sunt, non excogitata à superba mente carnis nostræ, Christi consensio constitui potest. Quo circa, id semel, si quidē ueram et stabilem Ecclesiarū concordiam,

&amp;

& sinceram, ac solidam religionis instauratiōem, querimus, omni rejecta dubitatiōe, statuendum est nobis, ut cū ihs, qui non sunt nati ex Deo, quos non agit spiritus Christi, sed spiritus Diaboli, ex quo natū sunt, cuiuscō opera factū, nobis, qui Christi esse uolumus, nihil posse esse in rebus Ecclesiæ cōmune, sicut nec Christo cum Belial: sed sicut Christo, cum Belial perpetuum, *in eternō bellum geritur, ita nobis quoq; cū filijs Belial irreconciliabile, & irremissibile bellum gerendum esse.*

Quemadmodum igitur pī olim reges, ueriq; Prophētæ, de restituenda religione nihil prōrūs cum sacerdotiis bus sui temporis impijs, quamlibet illi indubitata sacerdotij successione, & amplissima illa supremi iudicij, illis à Deo concessi, prærogatiua pollerent, constituerent potuerunt, sed coacti sunt, Ecclesiam Dei cogere & in staurare, omniaq; cum ihs tractare & constituere, quos ad id animauerat & excitauerat Deus, quācunq; externam personam gererent, sicut Ioannem: Et Christum, & Apostolos oportuit Ecclesiam sanctorum colligere inuitis, & contra extremo conatu pugnantibus, qui tunc sacerdotij honorem tenebant: Vt deniq; tempore persecutionis, Ecclesiæ perpeſſæ sunt ab hæreticis, orthodoxos, tum ex clero tum ex plebe, uel ut conspiratione contra impios & hæresi infectos Episcopos, facta, ad sanam Christi doctrinam, & sanctam in ea cōmunitionem, per se congregari, & de religione constituere necesse fuit: Ita neq; hodie quicquā dubitandum est pīs, oportere nos, inuitis licet a reclamantibus summis sacerdotibus, scribis & legis doctoribus, & senioribus populi, hoc est omnibus, qui religionis sibi primam & iudicationem & gubernationem uendicant, ueritatem dei ab illis suppressam excitare, ac uindicare, excitatamq; & uindicatam amplecti, &

*In concilia  
tione Eccle  
siarum, nul  
la uel suca  
cessionis  
uel alia ex  
terna per  
sona respi  
cienda.*

## Q V A R A T I O N E

consecrati, ac nihil morari, quas sibi, qui Pontifices & Episcopi hodie uocantur, uel successiones, uel firmatas diu turna prior, tolerantia dominatioes, sumat, aut potestates iacent, sed sequentes uocem Domini, principis pastorum, cuius solius oves propriæ sunt, eiusq; brachio fretos, dare operam & eniti, ut ipsi, sub hoc ipso, solo bono pastore, primum ueris animis iungamur, penitusq; uniamur, indeq; quascunq; eius ouiculas, per errorumd iuerticula fusas ac palantes adhuc uidemus, in caulas eius, hoc est, pure doctrinæ & synceræ disciplinæ vinculo consociatas Ecclesias, cogamus, contempto omni furore & potentia eorum, qui in ouile Christi, non per Christum, sed aliunde ingressi sunt.

*Qui non intrant per hostiū ouile tantum oues uenient.* Nec enim ad aliud hi uenient, aut comparati sunt, q; ut gregem Domini diripient, & mactent. Non faciunt cum Domino, quod totus orbis uidet & deplorat, igitur nisi falsum dixit ueritas ipsa, contra dñm faciunt, non colligunt cum Christo, igitur dispergunt, cum Satana. Quo circa, citius a spinis fucus, & a sentibus uvas colligemus, quam ut horum consensu, & ope, Ecclesiarum reformationem ueram constituamus.

Si iam nullus locus, nullum nomen, nulla successio, nulla deniq; res, nulla potentia mundi, quenquam regenerat Deo, sensumq; dei inspirat, sed solus id præstat spiritus Dei, qui ubi uult spirat, & confert unicuiq; pro suo arbitrio, quod Ecclesiæ conduceat, quod omnis scriptura tam clare ubiq; prædicat, & adtestantur ad unum sancti Patres omnes. Si natū sunt ex diabolo, quicunq; faciunt opera diaboli, nec potest qui nō est ex Deo, sed ex diabolo natus, nō persequi, & perdere, quo ad eius fuerit, filios dei. Quid mortaliū miserrimi Germani, Romā, quid ad omnes

omnes eos respicimus, quos uidemus tam obstinate operari opera diaboli, quos agit & fert Spiritus Christo aduersarius, dissipator, & destructor gregis Christi, quorum omnia consilia, cunctae molitiones, uita tota, tam contradicit, & pugnat cum omnibus, dictis & factis Domini nostri Iesu Christi.

In manibus nostris nostram salutem posuit Deus, conciliatione doctrinæ suæ, & constitutione disciplinæ, utq[ue] hanc complectamus, nullo non modo & ratione, nullis non iuramentis, & incitabulis, uocat, excitat, impellit totos iam uiginti annos, & scilicet, hac omissa, imo abiecta, prorsus diuina occasione, expectabimus, dum Romaní purpurati, & alijs sub titulis Episcoporū, manifesti Ecclesiarum deuastatores, nobis de instaurandis Ecclesijs consulant & præscribant:

Qui in cathedra non illudentiū Deo, & hominibus, sed Mosi, & Apostolorum, sederint, hoc est, doctrinam Mose, & Apostolorum tradiderint, hos libenter audiemus, quicquid uiuant. At qui aliud, quam hi ipsi, Prophetæ & Apostoli, Euangelium afferunt, uel qui ut id, quod illi nobis attulerūt, etiam quamprimum extinguit, nihil prorsus relinquent intentatum, qui denique si cum Caipha prophetent, eam prophetiam sic cum eodem Vate, cum intelligunt, tum explicant & adhibent, ut morti dedant Christum, hi anathema nobis habendi, & ut lupi rapaces cauendi, ut Antichristi fugiendi sunt.

Ea propter, si qui sunt principiū, præsulum, doctorū, priuatorū, ut non pauci sunt, quos Dñs sui cognitione donauit, his, nisi scientes & prudentes, sempiternum sibi, suisque exitium accersere uelint, uidendum, annuentum & summis viribus elaborandum est, ut ipsi se se iungere studeant, & restitutionem Ecclesiarum molis

Q. V A R AT I O N E

antur, neglectis & repudiatis omnibus, quicquid nomi-  
nis, dignitatis, opum, in Ecclesia sibi uendicent, quie-  
quid externe umbræ aut formæ pietatis præ se ferant, cū  
uirtutē pietatis minime præstent, qui se Christi aduersa-  
rios, uerbis atq; factis declarant, qui, quæ carnis, nō quæ  
Spiritus sunt, sectantur, qui denique sua, non quæ Iesu  
Christi, & Ecclesiæ eius sunt, querunt. Manifesta sunt  
opera carnis, nec obscuri fructus spiritus: à fructibus igi-  
tur doctrinæ eorum, deinde etiam uitæ, discernatur, que  
sita Patre coelesti, quæ à malo sata arbor, qui ueri, qui  
Prophetæ falsi. Qui. n. in uestra, generose Domine, parte  
Christi spiritu prædicti sunt, non dubitabunt se apud  
nos ingentem habere fratrum copiam, quibus adherere  
ut membris debeant. Agnoscent enim in his facile, quo  
ipsi uiuunt spiritū, nec. n. poterunt non sentire membra  
Christi, eam, que inter ipsa est, cognitionem, & iuncturā  
sub cōmuni capite Christo. Enascitur quidē & in nostro  
agro plurimum zizaniarum, ut & supra confessi sumus,  
nec paucos putres pīces nostrum quoq; Euangeliū rete  
attrahit, nec desunt in nostro gregre foetidi hirci: at gra-  
tia Christo, minime contemnendus & eorum numerus  
est, qui Christo uere regeniti, & insiti, regnum eius syn-  
cero pectore querunt, idq; tota uita ipsi de se testantur,  
ut cognoscere eos sanctis difficile non sit. Qui itaque  
utrīcū huiusmodi sunt, hi se inuicem studiose inqui-  
rant, diligenter cognoscant, amice complectantur, sum-  
maq; cura, iungant et cōsident, penitusq; uniāt. Id ergo  
post ueram peccatorum poenitentiam, proximum est, in  
quo si ueram Ecclesiā & conciliatione & reformatio-  
nem querimus, nobis elaborandum est, ut scilicet quicū  
que Christi esse uolumus, i; si nos inquiramus, agnosca-  
mus, complectamur, omnesq; non filios Dei caueamus,  
fugiamus,

fugiamus, mundo que toti nos, & illum nobis crucifixum reputemus, nullius uspiam personę respectu impediti.

Tertium autem quod ad hanc rem necessarium erit, est, ut in nomine Christi, qui hoc spiritu prediti, atq; hac uoluntate in Ecclesiam Dei animati sunt, & uel docendi, uel gubernandi munere, eoq; siue ciuili, siue ecclesiastico funguntur, conueniant, & hoc ipso magistro cœlesti, in medio ipsorum præsidente, mentesque ipsorum, ut & scripturas, & quæcunque ad salutem pertinent ecclesię, recte intelligent & considerent, aperiente, sanctā synodū <sup>UT Syno-</sup> celebrent, ipsasq; scripturas in manus sumat, ac bona fide <sup>dus cele-</sup> & religione summa scrutentur. Tam n. idoneæ illæ sunt, <sup>branda</sup> & ad docendum quæ uera sunt, et ad confutandum, quæ <sup>2. Tim. 1.</sup> falsa, ut homo Dei undique absolutus, & ad omne opus bonum instructus reddatur.

Non enim sunt, ut impij blasphemant, nasus cereus, in quemlibet sensum flexiles. Vnum, certumq; & eum certissime ac familiarissime docent, sapientiamq; solidā prebent parvulis, lucerna sunt lucidiss. omnibus, in eas pie & attente adspicientibus. Euangeliū Christi nemini obscurum, nullum ambiguū, aut obiectum esse potest, nisi pereuntibus, quorum sensus, quod increduli sint, Deus seculi huius, excœauit. Ceteri in eo gloriam do- <sup>2. Cor. 4.</sup>  
mini reuelata facie, tanquam in speculo, clare contem-  
plantur, & à gloria in gloriam uitæ cœlestis, trāsfoma-  
tur, tanq; à Domini spiritu, eo certe, qui scrutatur pro-  
funda Dei, per quem nobis reuelat Pater, quæ donauit <sup>1. cor. 2.</sup>  
quæque præparauit diligentibus se, quæ alioqui, nec  
oculus uidit, nec auris audiuist, nec cor hominis appre-  
hendit.

Nec uero scripturis tantum hic iuuamur, tamē si sole ad plenā perfectam q; religionis restitucionem abunde sufficiant.

## Q V A R A T I O N E

sufficiāt, ita clare, simpliciter, certo, atq; copiose docent,  
quæ ad salutem pertinent omnia, sed accedit alterū quo-  
que non contemhendum subsidium . nam quid uete-  
res ecclesiæ crediderint, quid obseruarint, quid denique  
in omni uita sectatæ sint. id quoq; in scriptis Sanctorum

Alterū ad Patrum, indubitata luce & consensione, extat. Accedant  
piā concili modo amini, qui cupiant facere uoluntatem Domini,  
ationē ad= qui non ut ipsi, sed ut Christus regnet, ex animo querāt,  
iumentum hi enim soli de doctrina Christi, ipso testante, cognosce-  
scripta pa re & iudicare possunt.

trum      Vt autem audiēdi non sunt, qui à scripturis, ad homi-  
num responsa, hoc est, à sole, luceq; uitæ sempiternæ, &  
Explodēdi beatæ, in perpetuas gehennæ tenebras, seducere nos  
qui rogant conantur, ac illam omnium execratione dignam blasphe-  
nobis lice= re conciliū niam euomunt, nihil ex scripturis certum, nihil simplex  
sine ponti. proferri, ac statui posse, quasi uero homines simplicem,  
ro. assensu & unius certique sensus doctrinam adferre possint, Spi-  
celebrare ritus sanctus, omnis rectæ mentis, & sermonis unius  
author & largitor, non possit. Ita & illi refutandi sunt,  
qui mētiuntur non licere nobis concilium, sine Pontifi-  
cis Roma, assensu cogere, aut quicq; de religione, quod  
non ipse cum alijs nationibus simul approbet, statuere.  
Certe quod cum scripture Dei non conuenit, quod non  
est traditum initio, & obseruatum bonis Ecclesiæ tempo-  
ribus id ulla ætate admittere, & si uniuersi & angeli &  
homines assentiantur, nec ius, nec fas est. contra, quod  
docuit & instituit Christus, cū per se, tū per Apostolos  
suos, quod religiose coluit pia antiquitas, id amplecti, ac  
consectari necesse est, quicunq; Christi esse uolunt, &  
quicquid ab eo dissidenteum est, reijcere & fugere, etiā  
si reclament uniuersi simul superi & inferi.

Atqui quæ sunt commendata & instituta à Domino,  
quæ,

que securi ea non poterunt, ne Germanos quidem, quam Omnes qui  
libet tardos, & à malis Romanensibus bestias cognomi- de uolunta  
natos, latere; siquidem ea, inuocato spiritu Christi, in scri- te dei inqui  
pturis, & S. patrum monumentis, syncero studio inqui- runt, eam  
rant; Nemini enim petenti fide, non datur bonus spiritus cognoscere  
à patre cœlesti; & inueniri se sapientia dei patitur ab om- poterunt.  
nibus ipsam pie querentibus, imo his ultro ipsa sese inge-  
rit, & offert; nec quisq[ue] prece, & uero facienda uolunta-  
tis dei studio, adyta ista mysteriorum Christi pulsauerit,  
cui non ea confessim recludantur.

Et que, aut unde illa Ro. Pont. potestas in Ecclesia dei, ubi nulla, nisi pro ueritate, & ad ædificationem esse po- test: unde, inquam, infinitum istud imperium: ut nobis celebrare concilia prohibeat, ad inquirendum de precep- ptis domini, & seruatoris nostri Iesu Christi, de cœpi ratione, huc perueniendi, ut illis quoq[ue] uniuersi uiuamus; In con- flictis illis decretalibus, epistolis, quas Gratianus addu- Confictae  
cit disti, xvij. inter alia apocrypha, hoc quoq[ue] legit; multis decretales.  
nos A apostolicis et Canonicis regulis instrui, non debere absq[ue] sententia Ro. Pontif. concilia celebrari. At ubi ex- tant he regule: quibus constat eas concilijs definitas esse:  
aut à quibus Apostolis profectæ sunt?

Inter Canones qui indubitatæ fidei sunt, uereçp Apo- In singulis  
stolicí habentur, præceptum est, ut quotannis, in qualibet prouincijs  
Prouincia binæ Synodí habeantur, & in qualibet natio- bine syno  
ne, quoties Ecclesiæ id necessitas postulerit. Id grauibus di quotan-  
pœnis sanctum, & melioribus Ecclesiæ temporibus reli- nis.  
giose semper obseruatum est. Cumq[ue] obseruari negligen- Can. Apost  
tius inciperet, reprehenderunt hoc ueri Ro. Pontif. & p[ro]p[ter] Con. Nicæ  
Imperatores, ut certā desolationis Ecclesiarum causam, ni Can. 5.  
Tam abest, ut ullam nationem, uel Prouinciam, à Syno- Con. Milen  
dis celebrandis, absterrendam existimaretur. tinum  
Can. 9.

Q V A R A T I O N E

Ad generales quidem Synodos, Episcopi Rom. dum ueros hæc Ecclesia habebat, semper uocati sunt, sicut pri-  
mi inter Patriarchas habebantur. At non licuisse, nisi Ro-  
mani Pon. accedente authoritate, etiam generales Syno-  
dos indicere, & celebrare, nedū nationales & prouincia-  
les, uanissimū esse nemo ignorat, q̄ tenet historias Eccle-  
siasticas, & in ueterum scriptis mediocriter est uersatus.

Quām multa .n. concilia in diuersis nationibus cele-  
brata narrat Eusebius, & author Tripartitæ historię Ec-  
clesiasticæ, & pleraq; eorum admodum frequentia, & in  
quibus grauissimæ fidei controuersiæ decisæ sunt: quæ  
Pontifices ne celebrata quidem norant, ante quam sancti  
patres, qui in illis conuenerant, quę si atuissent, ipsi, ut ad  
alios primores Episcopos, ita etiam ad Romanos perscri-  
psissent. Idem Episcopos Aphricæ obseruasle, D. Cypria-  
nus, & Acta conciliorum Aphricanorum, quoties com-  
memorant.

Cyprianus  
Epi., lib. 1.

Procuratio enim & iurisdictio Episcoporum habet, ut  
Cyprianus ad Cornelium Rom. Pontificem, eam descri-  
psit, cum quidam in Aphricanis concilijs condemnati,  
ad Romanæ Ecclesiæ iudicium configiſſent. Cum statu-  
tum sit inquit omnibus nobis, & equum sit pariter ac iu-  
stum, ut unius cuiusq; causa illuc audiatur, ubi & crimen  
admissum, & singulis Pastoribus portio gregis sit adscri-  
pta, quām regat unusquisq; & gubernet, rationem sui  
actus domino redditurus: oportet utiq; eos, quibus præ-  
sumus non circumcursare, nec Episcoporum concordiā  
coherentem, sua subdola & fallaci temeritate collidere:  
sed agere illuc causam suam, ubi & accusatores habere, &  
testes sui criminis possint: nisi paucis desperatis & perdi-  
tis, minor uidetur esse authoritas Episcoporum in Aphri-  
ca constitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum  
conscien-

conscientiam multis delictorum laqueis uincitam, iudicij  
sui nuper grauitate damnarunt.

Hæc ille, quæ & Cornelius Ro. Episcopus, ita nititur iure  
Ecclesiæ nouerat, ut causam istorum, qui ab Africana-  
nis concilijs damnati, Romam uenerant, admittere cum  
clero & plebe sua noluisset, anteçipè Cypriani de ea re epि-  
stolam accepisset.

Hinc itaq; clare intelligitur, quarumlibet nationū Epi-  
scopos, si quid existit erroris aut uitij inter ipsos, aut in Ec-  
clesijs eorum fidei creditis, debere ipsos per se cōcilia sta-  
tim cogere: & quod dominus dederit, pro ueritate con-  
tra mendacium, pro synceritate disciplinæ, cōtra omnēm  
dissolutionem morum, decernere & statuere. Quod etiā  
tam firmum & ratū haberi debet, ut nec per Rom. Ponti.  
rescindī possit, id, quod sanctiss. martyr in eadem Episto-  
la certissimis & necessarijs argumentis probat.

Ex eodem igitur Ecclesiæ iure, postea in Concilijs  
Africanis decretum est, eum excommunicandum esse,  
qui à suę nationis Concilijs Romam prouocasset. Nam  
in Niceno & alijs concilijs constitutū fuit, eos, qui se sen-  
tentia conciliij alicius inique premi putarent, non ad  
unum aliquem Episcopum, sed ad maius, frequentiusq;  
conciliū appellare deberet. Ex his quis non uideat, quam  
uanum illud sit, nulla debere celebrari cōcilia, sine assen-  
su Romani Pontificis?

Hæc uero omnia eo nituntur, q; non est in Ecclesia po-  
testas, nisi ad ædificationem: quare & moderari omnem  
in Ecclesia, & distribui potestatem oportet, prout illud  
ad pietatem ubiq; retinendam, restaurandam, & proue-  
hendam facere queat. Cū itaq; dubitari nō possit, spiritū  
sanctum singulis quoq; Ecclesiæ moderatorib. inuoca-  
tū benigne adesse: nec minus facile mentem suā inspirare

Q V A R A T I O N E

multis, atquè uni Romano Pontifici, ut uere & pie patres Aphricani Romano Pont. Celestino obijciebant: & qui- què sivarum Ecclesiarum incommoda propius sentiant & certius cognoscant: id recte à S. patribus ita constitutū & obseruatum est, ut singule per se, & Ecclesie, & Prouincie, & Nationes, quę religionis Christi sunt, procurent: quę contra uitia irrepserint, corrigant, & ad regulā Christi cuncta conforment: ad quam ab omnibus alijs, & Ecclesijs, & Episcopis, & hoc ab unoquoq; studiosius adiuuari debeant, quo ampliorem quisq; in Ecclesia potestatem accepit: impediri uero à nemine. Paulus enim & Cephas ipse, Paulo teste, Ecclesiarū sunt, non Ecclesiæ horū, aut ullius creaturæ, sed Christi. Verū hac de re infra in articulum de Ecclesia, plura & explicatoria dicemus.

Sed uictus uiu eritatis Gratianus, & sentiens, quam manifesta sit earum, quas adduxisset, decretaliū uanitas, subiecit initio statim sequentis distin. Episcoporum concilia, licet non ad definiendum, & constituendum, tamen ualida esse ad corrigendum, ad exigendum, atq; in dicendum, quod statutum est. Quanq; autem id falsum scribat Gratianus, quod non & horū conciliorum sit disiniire & statuere, quę ad Christi religionē pertineant, ut iam ostendi, tamen uel id permittant nobis Romanenses, quod Gratianus concedit. Nam nos nihil amplius petimus, q; ut quod statutum, et definitum est, à Christo ipso, ac S. Patribus, reuocetur, & ualeat. Siquidem igitur oves Christi sumus, non Pon. Ro. prohibentem, sed Christum praeipientem habere Concilia, audiamus, et in eius nomine couenire festinemus, pie inquisitum, quæ illi in nobis probentur, quę secus, nihil addubitantes, eū in medio nostri, non modo ad futurę, sed etiā per eū, quęcunq; salutis nostrę intersunt, nos cū pro his, in nomine eius cōsentienter rogauerimus, impetraturos.

Sunt

Sunt uero & alijs, & quidem ex eorum numero, qui <sup>Qyibis de</sup> religioni quam optime consultum cupiunt, qui tamen à <sup>causis et bo</sup> Synodis abhorrent, existimantes pijs modo concionibus instandum esse, Dominum facile uiam inuenturū, uteos inter se tandem, quos suos nouit, ipse coniungat, religionemq; suam restituat, uias eius non esse, ut sunt uiæ hominum. Deum, cū in omnibus, tum maxime in rebus Ecclesiasticis, præter, ac sæpe contra rationem nostram, agere. A synodis etiam Sancto, Patrum temporibus, plus ferè malī, quam boni ecclesijs allatum esse. Proque confirmatione sententiae suæ, adducunt sententiam Gregorij Nazanzeni, scribentis ad Procopium, se nullius Synodi bonum finem uidisse, nec synodos fuisse ullam, quæ non malorum potius incrementa, quam solutionem attulissent. Postremo dicūt doctrinam Christi, nunclibris tam copiose & luculenter explicatam, ut qui horum lectione, accedere ueritati nolit, eum nec accessum, si multæ synodæ celebrentur.

Hos uero rogatos uelim, ut inuicem hæc quoq; considerent. Primum, prædicatione Euangelij, religionis, totam ut institutionem, ita & restitutionem nitit: fides enim ex auditu prædicationis Euangelicæ, at Domum hunc tamen ordinem in reparatione religionis tenere, ut initium quidem à concionibus faciat, ad quam suos præter omnem rationē huius seculi uocare, & excitare solet, ita uti Mosen, aliosque Prophetas, deinde Apostolos, & alijs temporibus, alios uocauit & excitauit, sed quando per conciones aliquousque progressa est ueritas, ac collectus est Christo aliquis populus, consueuisse semper, ut qui electos suos instar membrorum, in se connexos & coherentes habeat, id quoque dare, ut corpus hoc sanctorum, ex ipso coaptatum, & com-

Q V A R A T I O N E

Ephes. 4. pactum, ipsum sui incrementum, & ædificationem sui faceret, per subministracionem cuiusque iuncturæ, & secundum operationē, cuiq; membrorum pro fidei modo ad mensam. Nullum enim potest in corpore Christi membrum esse oiosum, quodue non habeat peculiare aliquid, quod, pro suę fidei portione, ad communem totius corporis utilitatem, conferat.

Hinc Mosi statim concilium adiunctum est seniorū, & sacris præfecta est ingens multitudo leuitarum, & selectorum ex his sacerdotum. Hosq; pīj semper Reges in conseruandis & reparandis religionibus, religiose consuluerunt. Nec enim Dauid sacras ceremonias tam magnifice instituit, nec Ezechias & Iosias restituerūt, absq; sacra synodo seniorum, sacerdotum, prophetarum, & leuitarum. Ita & Apostoli, quicquid incideret magni, mox cum senioribus conuenierunt, totaq; sape ecclesiam adhibuerunt. Expendantur quę diuus Lucas scripsit de electione Mathiae, septem diaconorum, de discussione quę stionis illius, an necessarię essent ceremoniæ Mosi, dec̄ Pauli ad ecclesiam Hyerosolymitanam purgatione. Erat D. Paulus spiritu Christi omnium maxime instructus, nec deerant Romanis, Thessalonicensibus, alijsq; ecclesijs suę cōciones, tñ hictantus Apostolus, cū propter suā ipsius, tum illorū fidem confirmandā, tātopere cōuenire cum eis, sanctamq; synodus celebrare, expetebat.

Est quidē hęc uia & ratio, naturae quoq; consentanea, ut dum aliquid in rep. turbatur, cumq; existit inter ciues dissensio, ut aliquot prudentes, boniq; uiri cōueniant, & componendi quod turbatum est, & redigendi in cōcordiam ciues dissidentes, consilium captēt. sed hoc ipsum, beneficium & opus est spiritus diuini. Nec enim ideo ecclesiam aliquid nō decet, aut non suscipitur ex Spíritu Domini

Domini, quia congruit cum natura, & hac duce usurpatur etiam à viris politicis. Nam & in naturæ ratione spiritus Dei, lumen suum elucere aliquousque facit. Utq; contra uitiatam naturam semper, & præter hoc, quod in hominibus reliquum mansit iudicium, sæpe, non tamen contra eas rationes agit, quas animis hominum ipse indidit, fatalia miracq; sunt opera Domini, at nō monstrosa, non sine ratione. Non igitur moretur nos, quod & natura duce homines, perturbatis et afflictis rebus ciuitatū, conueniunt, & in commune querunt, atque deliberant, quomodo morbis reip. remedium adhibeant, cum idem facere & in scriptura spiritus doceat.

Nec ab eo absterreat, q; & Ecclesiastici conuentus, sepe non optimū finem sortiuntur. Ita, n. est rerum humana rum cōditio, ut quo per se quidlibet magis necessarium, & utile est, hoc plus ab eo incōmodi percipiatur, si quando corrumpi id contingat, uel peruersti. Quid magis salvificum, & hominibus æque necessarium, atq; doctrina religionis, & sacræ ceremoniæ: at quæ rebus humanis exitialior adueniat pestis, & præsentior inferatur perniciēs, quā si doctrina administretur insincera, & ceremoniæ uitientur? Si quid mali extitit à conuentibus Ecclesiasticis, id certe non extitit uitio conuentuum, sed hominum, non in nomine Christi cōuenientium. Si mali homines singuli & seiuicti multū incōmodant, quid mirum, si magnas turbas ciēant, cū se plures iunxerint? Interim tamen manet firma promissio, si uel duo de re aliqua super terram consenserint, pro qua rogēt, eam à Patre cœlesti impetraturos: & medium fore Christum, ubi cuncti uel duo, aut tres tantum in eius nomine conuenerint. Non pendet quidem doctrina ueritatis, & conscientiarum pacificatio, nec à multitudine, nec à conuentu hominum

QVA RATIONE

hominū, sed à solo spiritu Christi: at hīc sese iuxta promissionē suam, tū maxime exercere & uim suā explicare solet, cum secuti promissionem Domini, nos ut membra Christi, maxime iungimus: & ad ministrandum nobis inuicem, pro modo fidei, & doni cuique īpartiti, nos met studiose coaptamus.

Erant tempora Nazanzeni admodum turbulenta, propter Valentis, qui cum Arrianis faciebat, imperium, multum que grassabatur in sacerdotum ordine malum contentionis & ambitionis. Quamobrem non bene terminari synodos, mirum non fuit. Tamen optimus certe finis fuit synodi Constantinopolitanae, quæ auspicijs Theodosij celebrata, hunc ipsum Gregorium ei ecclesiæ Episcopum prefecit. Sic etiā Nicenæ, & multarū aliarū synodorū optimus finis extitit, magnaç in illis uis malorum sublata, & multa facta bonis est accessio. Quocirca dictum illud Gregorij, quod uir pius, excessu quodam indignationis (ob eā, quæ tum inter sacerdotes inualuerat, φιλονικίαν καὶ φιλαρχίαν, ut queritur, ad amicum) epistola priuata, scripsit, non est, ut uniuersalis de synodis sententia usurpandum.

Sunt igitur Synodi, atque ecclesijs conferunt, pro ut h̄ fuerint, qui synodis conuenerint. Si planè malí, hoc certe plus damni Ecclesijs dabitur, quo plures, et maiore cōfessione, quod prauū est, statuerint. Si uero, non qui dem omnino malí, tamen sui amantes, & proprię tenuitatis ignari, qui docere quam discere, dare leges q̄ accipere, præesse quam subesse malint, facilius quoque excitatis contentionibus, turbas ciebunt, & mala Ecclesiæ reddent acerbiora, quam ut excitatas perturbationes, sedare, morbisq̄ Ecclesiæ remedia inuenire queant. At si uere p̄j, & timentes Deum, in nomine Christi, non suo suique

Suiq; ipsorum studio & cura reiecta, cōgregrati fuerint, certe quo fidelius h̄i se in Dño coniunxerint, hoc magis spiritu suo prēsentē sentient: quoq; singuli se ipsi capitū suū, ut membra, in salutem totius corporis dirigendos accommodauerint, hoc plura etiam per eos in edificationem Ecclesiae ipse perficiet. Quæ itaq; nostra uitia sunt, ne Synodis adscribamus: sed, his correctis, in nomine Christi pure conuenire, & quæ illius sunt, non quæ nostra in conuentibus querere studeamus: & eam sentiemus domini prēsentiam, spiritusq; eius efficaciam experiemur, qua plurima, quæ se iuncti nunc possemus, & mala ab Ecclesijs depellemus, & bona ac salutaria constituemus. Deus cōfessionis & unionis, uult & sacris Synodis suam gratiā & authoritatem constare, utq; suos cōiunctionis in se studio magis inflammet, non parua subinde dona coniunctis largitur, quæ negat se iunctis.

Deus uult  
suos cōiun  
ctim agere,  
ideo con-  
iunctis  
prēsentius  
adest.

Est deniq; & illud inconsyderate dictū, extare libros, quibus cuncta religionis mysteria abunde explicata sint, ad horum lectionem esse inuitandos eos, quibus nostra nondum satisfaciunt, non frustra tot subeundos labores conueniendo, tantasq; faciendas impensas, nec enim conuentibus doceri posse, qui librīs non potuerint. Quām uero nō digna sit ista prudentib; rerum Christi oratio, inde satis cognosci potest, q; cottidie experimur omnes, quām multorum conscientiæ uiua uoce foeliciter expediuntur, & ad salutem erudiuntur, quę nullis scriptis expediti, recteq; institui potuerant. Vtq; multa est omnium in cognoscendis Christi mysterijs imbecillitas, si desit qui scripta explicet, quām proclive est, quamlibet dilucide, et cautim composita sint, ut in prauū sensum detorqueantur. Etsi scriptis satis doceri homines possent, id certe diuinis potius, quam nostris librīs, effectū pridem uideremus.

Scriptis nō  
posse que  
Christi sūt  
satis cogno  
sci.

Q V A R A T I O N E

Iam non est in sacris conuentibus uiuæ tantum uocis  
**In Synodis** beneficium, quæ ad docendum homines, scriptis semper  
 multa do- est efficacior, adsunt ibi quoq; multi, quorū singuli suis  
 na, multi donis pollent, singuli suam habent in cōmune commo-  
 doctores. dandi facultatē, magnum est etiā, cū presente Domino,  
 quæ uniuersæ Ecclesiæ eius conducant, quæruntur, &  
 quæruntur à multis, quorum neminem Dominus àσύμ-  
 βολογ esse sinit: quo certe fit, ut s̄pē unde minime expe-  
 ctabatur, consilium, & ratio adfertur, cuius latiss. utilitas

**In conuen-** patet.

**tib. pericu** Verum adhuc unus supereft scrupulus, Religionem  
 lum est ob- negant rem esse, de qua liceat pacisci, aiunt nephas esse, ut  
 securande, ueritas obscuretur, & inuoluatur conuentis, ac transactio-  
**& circun-** nibus hominum, quod quidem in his conuentibus, qui  
 scribende ad conciliandas Ecclesiæ instituti sunt, fieri soleat. Nam  
 doctrina qui in errore, & uitio sunt, nihil de errore suo cedere, aut  
 et liberta- uitiosis ritibus, nisi eis inuicem, etiam de ueris dogmatis,  
 tis Christi. & probis ritibus aliquid remittatur. Est quidem hæc in-  
 genij humanilabes, ut agnoscere errorem suum egre su-  
 stineat. Quare quæ homines diu in dogmatis & ritibus,  
 religiose secati sunt, & coluerunt, ut ea simpliciter abiici-  
 ant, i.e haud ita facile persuaderi patiuntur. Quærunt itaq;  
 quas possunt uias, & colores, ut quam minimum con-  
 ceſſile uideantur.

**De concor-** Nos autem antea diximus, non cum ijs esse, uel con-  
 dia Eccles. uenientum, uel tractandū de religione, qui nobis agno-  
 cum ijs tan sci non possunt, filij dei, & Christi spiritu prædicti. Est  
 tum agen- quidem omni poscenti, eius, quæ in nobis est, spei redden-  
 dum, qui da ratio, at de sanandis morbis Ecclesiæ, deq; explicanda  
 Dominum doctrina, & instauranda disciplina Domini, deliberan-  
 querunt. dum cum ijs tantum est, in quibus appetit esse sensum  
 domini, esse studium restituendi Ecclesiæ eius. Tamen  
 quia

Quia charitas non patitur, nimium acre de *hs*, qui se Christi esse profitentur, iudicium facere, sed quenque ex dictis suis, nisi facta aperte reclament, & iustificat, & condemnant: & mira artifex est, ad simulandam pietatem hypocris: hoc diligentius animus in agendo aduertendus, & religiosius omnia consideranda, & excutienda sunt, tempus quoque iustum sumendum, nemo sanctorum non consulendus et audiendus, denique assidue pro doctrina, et ductu spiritus sancti orandum est, ne quid ueritati, ne quid gloriae Christi, decidatur. Nam ut Christi nomen quam auctiss. sanctificetur, & regnum eius quam amplissime restituatur, id quod non obscuranda, aut implicanda, sed & illustranda, & explicanda Christi doctrina, fieri potest, unice spectandum in sacris conuentibus, & religio-ne summa querendum est. Si ulla igitur in re, tum est maxime cum de religione agitur, & statuitur, ceu scopulus fugiendum omne uerbum ambiguum, omnis oratio multiplex, omnis definitio non clariss.

At uero non ideo quia difficultis, & periculosa est religionis conciliatio, omitti quicque debet, aut intentatum relinqui, quo d ad inueniendam, & perficiendam eam, momentum aliquid conferat, ne dum id, sine quo illa reperti, atque confici haud unque poterit, uti est, conuenire in Dominio, et rationes uiasque eius, cōmunicatis cōsilijs inquirere. Est per se imbecilla admodum mens nostra ad recte intelligenda, & infans lingua ad explicanda, quae Dei sunt; tum factum est contentionem tot annorum, cui accessit immanis illa crudelitas, qua in nostros, tanque mortalium omnium maxime impios & noxios, supramodum desauit, ut animi ultro citroque exacerbati, minus libenter se accommodent ad faciendā pacē & concordiā: & sicut tam diu iam, tacque obfirmate alteri de alteris nō optime iudica-

Q V A R A T I O N E

runt, ita nō semp in meliorē partē, scripta & dicta utrīc̄p accipere proclive est. Quo plurimum contulit indefatiga bilis illa carpendi, mordendi, calumniandi libido, qua i, qui ut reformationem effugiant conselerat̄ & flagitiose uitæ, bellum pīe, sanēc̄p doctrinę indixerunt, in omnibus nostrorum scriptis, dictis & factis, nihil non aliò, q̄ scriptum, dictum, & factum est, detorquent & peruerterūt.

Hinc, cum in omni, tum uero potissimum in sacrorum  
Vnde ut al dogmatum explicazione, deflexus in utrāc̄p partem sint,  
teri alteros nec possit media ueritas ita diserte exponi, quin animus  
maligne in insyncerus, uel charitate infirmior, suspicionem facile ad-  
telligant. declinatiōis in alteri, extremū fit profecto, ut homi-  
nes utrīc̄p sumus, ut nō pauci loci in controuersia adhuc  
hāreant, ob hasce tantum iniquas, & suspicione et inter-  
pretationes, de quibus re ipsa utrīc̄p idem, boni dun-  
taxat & Christi uere studiosi, sentiunt, utcunq̄ non idem  
utrīc̄p loqui uideant̄. Exempli gratia, locus de reliquias  
peccati originalis in renatis, duo habet præcipitia, alte-  
rum, si ita ille exaggerentur, ut & natura, opus Dei bonū,  
damnetur, & gratia baptismatis, quae noxam earum su-  
stulit, eleuetur. alterum, si sic extenuentur, ut nō appareat,  
quanto adhuc mōrbo detineamur, & quam necessaria  
curatio sit Christi quotidiana & perpetua. Iam si quis, ut  
homines excitet, quo se Christo curando penitus tradāt,  
& crucifigendo, abolendo c̄p in se per iugem pœnitentiā  
uetere Adamo, sibi ipsis acrius instēt, paulo plenioribus  
uerbis, de eo, quod à uitiata origine in regenitī malum  
superest, differat, idc̄p iij ex altera, qui non plane candidis  
& synceris animis sunt, audiant, uel legant, statim offenduntur,  
condemnari c̄p naturam hominis cum Manichē-  
is, aut cum fanaticis euacuari gratiam baptismatis suspi-  
cantur.

Ita

Ita si quis in altera parte, dona naturæ, & regenerationis amplificet, malū autem, quod in uitiata, dum hic uiuitur, natura, sanctis inhæret, non amplificet, in prōptu suspicio est, presertim ijs, qui in hac parte cū sint, illius rectā fidem & sententiam nondum perspectam habent, tribui naturæ quod gratiæ est, & dissimulari, ac negligi necessitatem perpetuæ curationis, quæ à Christo iugiter petenda, & nostro quoque studio nunquam non prosequenda est.

Ad eundem modum dum de bonis operibus disputatur, si alter ea, ut Christi meritum commendet, & fiduciam propriæ iusticiæ deiçiat, parui, alter uero ut ad faciendum bene extimulet, & liberalitatem Dei, amplissima mercede benefacta remunerantis, prædicet, magni facere uideatur, facile utrinque suboritur iniquior iudicatio: eo, quod hic alteri uideatur de Christi merito maligne de humano nīmis benigne, sentire, alter uero huic, exhortatione ad bona opera esse negligētior, & diuinæ bonitatis infaciētes quæ bona sūt, præcor dissimulātior.

Idem usu uenit in omnibus locis, de qbus adhuc controuersiæ reliquæ sunt, uel esse uidentur. Nam de necessarijs ad salutem, non potest esse re ipsa dissensio inter eos, qui aliquo cum fructu, de religionis consensione consultare & deliberare simul possunt, quod scilicet non nisi uere credentes Christo, & prædicti spiritu Christi possunt. Attamen sic saepè non satisfaciunt alteris, quibus alteri utuntur, loquendi derebus sacris formæ, & rationes in mysterijs Christi explicādis, ut nisi inter se cōueniant, seseq̄ placide inuicē audiant, & doceant, nō sit speranda solida inter eos, ut cumq; utrinq; Dñi sint, concordia.

Potest quidem illos Dominus & alijs uij consenti.  
hh ij

QVA RATIONE

entes reddere, nobis tamen hoc, ijs ujs querendum est, quas ostendunt promissa Domini, quasque aperuerunt Spiritu Domini instincti, Patres, Prophetæ, Apostoli. Fides ex auditu gignitur, nec aliter perficitur, aut cū languida est, recreatur, cum insyncera, purgatur, dum pusilla, augescit: nec alio uera erga fratres uel roboratur cum infirma est, uel si quando sopia fuit, excitatur & quasi reaccenditur charitas. Et quo auditus hic fuerit familiarior, hoc ad utrumque solet esse efficacior. Huic autem auditui non est locus commodior, non opportunitas fructuosior, quam in sancte religioseque coactis synodis. Ad conciones non omnes ueniunt, nec in quibusque concionibus omnia, de quibus boni adhuc ambigunt, tractantur: nec, quæ est, & à natura uitiata, & à diu nimis agitata & exasperata discordia, etiam in sanctis imbecillitas, simpliciter, & recte, quæ in concionibus probe tractantur, omnia intelliguntur. Idem usit uenit scriptis.

*Qualiter conuenienter dum*  
Si itaque colligi oues Christi, quæcunque adhuc dispersæ aberrant, si collectas & doctrina pura, & disciplina beneordinata pasci optamus, danda profecto opera est, ut pijs bonique moderatores & doctores, utrinque conueniant, & conueniant in nomine Christi, positis cunctis offensionibus, remotis suspicionibus, a legato omnium rei priuatæ studio, prostrato fastu omni, et ingenij cōfidentia conculcata, flagrante vero studio illustrandæ gloriarum Christi, amplificandi regni eius, quaerendæ salutis humani generis: audiantque se inuicem & doceant, non secus ac coram Domino, inter ipsos præsente & præsidente, eoquè cum timore & tremore, hoc est, religione summa, humanitate & charitate effusa, candore purissimo, simplicitate rectissima.

Istuc

Istuc si studebimus, ut uere in nomine Christi & conueniamus, ueroque Christi studio consensum in ipso queramus, ipse ueras indubitate & salutares concordiae rationes patefaciet, ostenderet, & exhibebit. Videbimus que in ihs, in quibus consistit religio, & quæ ad salutem sunt creditu necessaria, nullū esse inter nos, nisi de modo & ratione ea mysteria Domini tractandi & explicandi, dissidium. Præterea non ita magno negocio discutiemus, quo etiam loco habenda sint, quæ uidentur aliquibus ad salutem necessaria, cum non sint, aut cum necessarijs congruere, cum non congruant, aut commodare illis, cum incommodeant. Dabitque Dominus eam statuere concordiam, quæ puram, synceramque doctrinam Christi, & rectam, salutaremque disciplinam, illustret, & confirmet, non obscuret, aut debilitet; quæ mendacia & hypocrisim Antichristi detegat & profligat, non pingat & stabiliat: quæ denique Ecclesias ubique in Domino uere uniat & instauret, non distrahat & dissipet. Hæc promisit Dominus in suo nomine conuenientibus, & ea, uera spiritus consensione querentibus, huius igitur tam præclarum, & infallibile promissum, longe plus nos debet inuitare & animare ad conueniendum, cum ihs, qui Christum nobiscum inuocant, & inuocare ex animo merito iudicantur (nam peccatoribus in concilio iustorum, locus patere non debet) cumque ipsdem sancta synodo congregatis, Ecclesiarum conciliationem, pio studio querendam, quam remorari & deterrire, uel Antichristorum tyrannis & malitia, uel hypocitarum doli & fuci, uel denique, siue propria siue aliorum imbecillitas, & contra uim & artes satanæ, mens imparior, animusue instructus debilius.

Cauendus qdē ubiq̄ est, et obseruādus hic hostis, qui se

Q V A R A T I O N E

se filijs Dei nunq̄ non studiosiss. autē dum de religione agitur, immiscet, sed ita cauendus, obseruandusq; est, ut contra insultus eius religiosa cautione aduigilemus, & eū pia prece repellamus, nō ut propterea inertes ab officio cessemus, & cum nostra ipsorum, tum fratrū nostrorum salutem, permanente isthoc tam exitio so dissidio, negligamus. Præsens enim & præsidens in tali synodo Christus, satanam facile pedibus nostris subiçiet, dabitque suam causam agentibus, os & sapientiam, cui resistere ne mo omnino queat, & instruet ihs armis spiritualibus,  
**z.cor. 10.** perque Deum potentibus, quibus cunctas deiçiemus munitiones, & cogitationes, omnemque celsitudinem, que se aduersus cognitionem Dei attulerit, & captiuam ducemus omnem intelligentiam in obsequium Christi. eorum scilicet, qui ad uitam sempiternam deputati sunt: reliqui, quoniā quicqd pater cœlestis nō iplantauit eradicari oportet, mittendi sunt, ceci nimirū duces cæcorū.  
**Math. 15.**

Hæc ergo, ut in pia synodo, pia de doctrina & disciplina Christi cōsensionem summo studio queramus, & nulla alia, quam nos quidem inire deceat, uia & ratio est, qua erroribus & superstitionibus depulsis, uera & salutifera de religione consensio, pia & iusta Ecclesiarū reformatio, & patriæ quoquę pax solida, & tranquillitas certa constitui, & conseruari possit.

Quo autem cognoscatur, nobilissime Domine, quā paucæ, ihs quidem, qui Dominum uere quærunt, controuersiæ de religione supersint, quam etiam haud diffculter, quæ supersunt cōponi queant, percurram ordine articulos, in colloquio Ratisponensi, et conciliatos, & nō conciliatos, paucisque ostendam, cum in quibus uere cōsensum sit, & in quibus secus, tum qua ratione & de ihs consensus statui queat, de quibus uel uidetur nondū cōuenisse, uel re uera nondum conuenit.

De Pri

# QVAE CONTROVERSIAE<sup>33</sup>

RELIGIONIS RATISPO<sup>N</sup>AB COMPO<sup>S</sup>

sitæ, quæ minus, & quomodo hæ  
quoq<sup>ue</sup> componi queant.

## DE PRIMO ARTICULO, qui est, de conditione hominis ante lapsum.

**D**E hoc quidem articulo nihil controversum fuit, tamen quia doctrina de reparatione hominis constitui hoc loco debuit, non ineptū initium factum est, à conditione eius ante lapsum. quare Eccius suam merito calumniam, de superfluitate huius articuli, inter suos cōpotores continuisset, nec Principib<sup>us</sup>, ad impediendam Ecclesiarum conciliationm, obtrusisset, pr̄sertim, cum post fidem Imperatoriae Maiestati data<sup>a</sup>, se candide & sincere in hoc negocio uersaturū, hunc articulum in colloquio non taxarit, ut nec causam taxandi habuit.

*De articulo, qui est, de Libero arbitrio.*

**H**AC de re pugnatum quidem est, atqui à nostra parte id solum, ut agnosceretur, sic nos nasci filios ire, & seruos peccati, ut nisi per filium liberemur, & spiritu filiorū inspiremur, inefficax sit uoluntas nostra, ut confiteatur huius articuli, parag: secundus, etiam ad inchoandā, nedum ad efficiendam iustitiam ueram, & opera coram Deo bona. Quod eò ualere nobis debet, ut Christo Dominō nos restituendos, & liberandos, solidiore fide per-

*Quid Pro testimoniis in hoc articulo contene derint.*

DE LIBERO

mittamus, & consecremus, diffisi de viribus nostris.

*Liberū esse  
homini ar-  
bitrium, à  
Protestan-  
tib. nūquā  
negatū est.*  
Propria propensiōne uoluntatis, nec coacte facere ho-  
minem, quicquid facit boni uel malī, nunquam à nobis  
negatum est. Vt enim ratione, & propria uoluntate ho-  
mo conditus est, ita proprio arbitrio uitam suam instituit,  
ac degit: perperam, dum in uetusitate carnis permanet, &  
sibi ipsi relinquitur; bene, dum in Christo regenitus, eius  
etiam spiritu agitur: nec id tamē, nisi quatenus ingenium  
nouum & renatum, actumq; sequitur spiritus. Alioqui,  
nec in renatorum carne habitat bonum, sed peccatum,  
quod facit ea, quæ legi Dei consentiens internus homo,  
mala habet, & odit.

*De necessitate  
et con-  
tingentia  
actionum  
humanarū*  
Extiterunt uero certamina, circa hunc locum, de neces-  
itate & contingentia actionum humanarum, et de eo, an  
homo in bonis operibus tantum patiatur, uel etiam agat.  
Item de præparatione hominis ad gratiam, & precio fa-  
ctorum extra gratiam, de merito congrui. Sed dedit Do-  
minus, ut hec questiones sic explicatae, & complanatae pri-  
de sint, ut extet iam repressis erroribus, salutaris ueritas,  
obtineatq; pius consensus, intempestiuis, & infrugiferis  
altercationibus consopitis. Quare huiuscmodi disputa-  
tiones, ut iam superuacaneæ, ac eiusmodi, ut doctrinæ  
Christi plus caliginis quam lucis inferant, nullo modo  
renouandæ sunt.

Efficit quidē Deus omnia in omnibus, et ea certo, ac in-  
fallibili consilio, ut quantū ad ipsum attinet, ex necessita-  
te eueniant omnia, nec n. potest fieri, ut Deus agat, alia q; agit,  
cum nō possit quicq; agi melius, tamen quia nos fin-  
xit, iudicio & uoluntate in utramq; partem flexili, & cau-  
fas quoq; agēdi in utramq; partē inclinantes subiçit, ma-  
net nihilominus, & id quoq; opere Domini, cōtingentia  
in actionibus nostris. Quęcunq;. n. agimus, quantum ad  
nos;

nos, & proximas causas attinet, & ea non agere, & agere aliter possumus, quanq̄ bene recteçp, ut dixi, nunquā, nisi agente nos, & impellente spiritu Dei bono.

At quia animus noster uidere nequit, quomodo, si Deus omnia in omnibus certo et immutabili consilio efficit, esse queat, uel actionū humanarē contingentia, uel etiam humanarē uoluntatis libertas, perturbatur; & uel de prouidentia, actionisçp Dei in rebus humanis certitudine, uel de libertate suarē uoluntatis, actionūçp suarē in utramuis partem mutabilitate, dubitare incipit. Sed cogitandū est: istam rationem, qua Deus nostra incerta, & pro nostre uoluntatis libertate, in partē utramlibet variantia, ipse certo, & immutabili consilio agit, et efficit: ab humano ingenio cōprehendi non posse. Proinde scripturis simpliciter credendum esse: quę p̄d̄icant Deum facere quę uult, in cœlo & terra portare & moderari omnia uerbo uirtutis sue: sicut eadē ex nihilo condidit: efficereçp, ut cetera in rebus omnibus omnia, ita etiam & uelle, & operari in hominibus. Homines tamen ipsos quoçp agere pro suo arbitrio, quæcunq̄ agunt, & bona & mala. Si mala, id suo uictio, sua culpa: Si bona, dei dono & actu, Vitam & mortē, benedictionem & maledictionem proponit Deus: homo Deut. 30. eligit, mortem & maledictionē, sibi relictus; uitam & be nedictionem, à Domino doctus & tractus: cum dederit Deut. 29. nimirum ille cor intelligens; oculos uidentes: & aures audiētes.

Nec enim propterea q̄ ab actione Dei, tota actio humana pendet: & nequit homo quicq̄ habere, quod non acceperit diuinitus, Deus uero agit omnia necessario, aliquid libero hominis arbitrio detrahitur: aut impeditur, quo minus homo propositis bonis et malis, sua ipse spon

DE LIBERO

*Libertati  
uoluntatis  
coactio, nō  
necessitas  
contraria  
est.*

te eligit & aggrediatur, quæ ei uidentur. Nam non necessitas, sed coactio libertati uoluntatis aduersatur. Quæ enim homo certo nouit sibi bono esse, aut fore: ea non potest non expetere, non consecutari: ita quæ malo, non fugere & declinare. quare qui à patre plene audiuit, & didicit, in Christo æternam sibi salutem & felicitatem propositam, in mundo uero mortem, & perditionem sempiternam: is non potest nō relicto mundo uenire ad Christū. Sed hoc uenit libētius, & ideo liberius: magis scilicet sua sponte, & uoluntate, quo magis necessario, hoc est, quo perfectius Christum nouerit. Sicut nemo agit liberius Deo, quo tamē etiam nemo agit magis necessario. & nos quoq; tum uerè, pleneq; liberi erimus: cum tantum quæ Dei sunt, & nihil quod non Dei est, uelle poterimus. *μὴ γοργίαν οὐδὲ τὸν αὐτοῦ πόλεμον, τὸν ἐν τοῖς ιωανταῖς ταῖς.* Id. n. quod uiolentum dicitur, non quod necessarium, uoluntario ad uersatur: at uiolentum id tantum homini est, cuius principium ita extra eum est, ut ad id nihil de suo ipse cōferat. Cum itaq; quicquid homo agat, semper suam ad id uoluntatem ipse accommodet, utcūq; principium actionis aliunde existat, nihil agit inuitus, sed omnia uoluntarius: ideo nec culpam actionis suæ, si mala sit, cuiq; alij, quam sibi ipsi adscribere potest.

Id ergo p̄ijs ex hac questione didicisse, satis fuerit, sic agnoscendum, & cōfitendum, hominem libero arbitrio à Deo conditū, & agere omnia pro sua uoluntate: ut tamen agere Deum omnia in omnibus, & efficere in nobis omnem bonam uoluntatem & actionē, non dubitemus, & religiose p̄edicemus. Ruisus sic deum efficere omnia in omnibus, ut homo tamē in omnibus agat sua uolunta te: eoq; si peccet, sua eum tantum culpa peccare: et nullam eius partem in Deum reīci posse.

Hec

Hæc cum Deus ipse clare & copiose testetur in scripturis suis uerbo eius, ut par est, simpliciter acqescamus, etiam si nihil huius ratione nostra assequi possimus, arro gatię cordis nostri id obijciamus. Quid habes, quod non accepisti? Deus dixit, & est: mandat & existit, quod cumque uoluerit in cœlo & terra, & similia, desidia uero & culpæ in Deum reiectioni, Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos, & noluitis? En uoca ui, & uos renuistis; expandi manum meam, & nullus est, qui aduertat. Si uolueritis, & audieritis, bona terræ co medetis: si nolueritis, & repugnaueritis, gladio consumemini, & eiusdem generis alia,. Hæ & similes sententiæ, quarum innumeræ in sacris Biblij nobis propositæ sunt: facile quèlibet pium animum, in medio ueritatis conseruabunt: & ne in alterum præcipitium, uel presumptionis, uel socordiæ, aut impiæ reiectionis nostræ culpæ in Deum declinet, retinebit.

Ex hac uero quæstione, & illorū philosophia extitit, agamus ne qui disputerunt, nos pati potius quam agere, dum bona agimus. Efficere enim Deum in nobis & uelle, & operari, quod bonum est. Sed eo ipso, quod Deus in nobis nis operi uelle, & operari, efficit, cōcluditur: nos et uelle & operari. Ad quod Apostolus hortatur, cum ait, cum timore, & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Sed hoc, ut dictum, dum agimus, acti agimus, iuxta illud. qui cuncti spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Rom. e.

Verum hæ disputationes ut dictum, pridem commode discussæ sunt, & res omnis ad scripturę simplicitatem explicata est, idque maxime opera Philippi Melanthonis, qui in tota nostra doctrina, quicquid bonos iure offendere potuit, magno studio, nec minore dexteritate sic enodauit, & mitigauit, ut certamen de his rebus reuo-

DE LIBERO

candi, nisi à suo ipsius uitio, morboque contendendi,  
causam nemo habeat.

*Error in disputatione de lib. arb.* At uero in reliqua de libero arbitrio disputatione, id multos impediuit, quod cum quereretur an libera, id est, non coacta uoluntate, homo agat, quemque agit, à multis qd' alij de disputari coepit, non de libera agendi uoluntate, sed libe. uolun de libera potius facultate efficiendi. Cum enim constet, tate, alij de Deum efficere in nobis omnia, etiam ipsum uelle, & effi lib. potesta cere, idque suo, & nullius creature arbitrio (ut & rno te efficiēti evolutionis enim dicit Paulus, & indubie Dei placitum disputarū intelligit) recte dictum est, homini non esse liberum arbitrium, hoc est, liberam, & non pendentem à Dei arbitrio facultatem, & potestatem statuendi, & faciendi, que ipsi uideantur.

*Philipp. 2. terem. 10. Prove. 15.* Nam non solum non potest homo, quæ uere bona, grataque Deo sunt, uel uelle, uel facere, nisi in eo opere tur Dominus hoc ipsum, & uelle, & operari: sed nec in rebus, & actionibus naturæ, quicquam ualet, uel cogitare, uel dicere, uel sacere, quod non dederit Dominus, uel cogitare, uel dicere, uel facere, sicut propheta dicit. Scio Domine, quia non est hominis uia eius, nec ambulantis, ut dirigat gressus suos. Cumque datum homini est, ut corde recte proponat, tamen à Domino est respon sio linguae, & directo gressu, hoc est, cum ipsa & uerba, & facta, tum operæ premium utrorumque. Efficit enim, omnia in omnibus Deus, & suo arbitrio regit, agitque uniuersa: quare etiam hominis cuncta, & cogitata, & di cta & facta, & euentus.

Interim tamen, etiam hoc uerum est, hominem quæcunque ipse quidem agit, hoc est, cogitat, dicit, facit, ea omnia suo agere arbitrio, suo iudicio, sua uoluntate & sponte. Ad quæ enim homo non suum iudicium accō modat,

mo dat, & uoluntatem applicat, uel propter ea ipsa per se, uel propter aliud, ut in his rebus sit, in quibus mixtū uoluntarium est, id non agit ipse, sed patitur, etiam si per eum fiat, ut si sine proprio motu impellatur, uel deſciatur aliquo: idque uere uiolentum est, quod uoluntario aduersatur, cum non solū principium actionis extra hominem sit, sed nihil etiam ad id, is qui patitur, conferat. Recte itaq; ac uere & hoc dicitur, homini esse liberū arbitriū, sed id nō efficiendi quę uelit, sed agendi, faciendiq; omnia libere, quęcunq; uel solo animo, uel etiā instrumentis corporis agit, & facit. Nec enim coacti quidq; hoc est, contra suā ipsius propensionē, agit, facit, ab externo sci licet agēte impulsus, ipso nihil ad id conferente. Quę n. homo agit, ideo agit, quia uult: quę non agit cum possit, ideo non agit, quia non uult. Vult autem, & non uult, prout bonum sibi aliquid, uel malum apparuerit.

Necphoc pacto tribuere homini liberum arbitrium, Q[uod]modo cum eo pugnat, non esse homini liberum arbitrium, si ista inter se hoc nomine intelligatur libera, hoc est, non pendens ab arbitrio Dei, efficiendi quae uelis, siue in animo, siue ex tra animū, facultas, & potestas. Nam nec alia possumus cognoscere, quam quorum cognitionem, nec uelle, quam quorū expetitionē, nec facere, q[uod] quorū efficientiā dedit et efficerit in nobis D[omi]n[u]s, efficiens in omnibus omnia. um

Comodius tamen erat dicere, non esse in hominis arbitrio & potestate actiones eius, & euentus earū: quam non habere eum liberum arbitrium: uel non agere libero arbitrio. Quanq; n. ut homo ipse, & res uniuersæ, ita etiā actiones cunctæ hominis, ex Dei arbitrio totæ pendant: nihilominus tamē quicquid agit homo, suo agit libero arbitrio & propria uoluntate: habetq; in eo suum & liberū arbitriū. Quare si male quippiā homo egerit, at

pœni-

Aristo. 5=  
thic. Nic.  
lib. 3.

DE LIBERO

pœnitentia animum eius merito subit, & pœnas pro eo iuste pendit.

Ista autem, esse nostras actiones totas in arbitrio Dei: & tamen simul nos eas agere nostro arbitrio, atque ideo illas suo modo, & in nostro arbitrio ac potestate esse: ut inter se consentanea sunt, quia ratio humana uidere non potest, non parum illis offenditur. Sed subiunctionea est uerbo Domini: cumque illud utrumque testetur, utrumque simpliciter credere debemus, & orare assiduo Deum, ne nos inducat in temptationem: sed doceat, regat, & deducat in uis suis: tum etiam uigilare, & obseruare nos ipsos: & in uerbum eius quam religiosissime respicere, ne nostram ipsi uoluntatem ad ullam rem, quæ non ad sanctificandum nomen Dei, & amplificandum regnum eius ualeat, accomodemus, iuxta illud Do-  
Math. 26. mini præceptum. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.

Nam utcumque nemo homo, non libere agat omnia, tamen ut dictum est, & dici sapientis debet, quo nos Christo plenius consecremus, quicumque extra Christum sunt, ac ideo adhuc animales, quæ Dei sunt, quæ salutis nostræ, ne cognoscere quidem possunt, tam abest ut ea uelle, amplecti, uel agere queant. Quamobrem, quandiu Dominus, qui miseretur cuius uult, & indurat quem uult, id est, uocat, iustificat, & glorificat, secundum propositum ac arbitrium suum, quos nimurum ipse, sua libera uoluntate, ad id præfinierit et designarit, nos spiritu suo non innouarit, nouamque & suam mentem, atque arbitrium indiderit, libere quidem, quia non coacte agimus omnia, nihil autem boni, nihil quod probari a nobis Deo possit: male arbores sumus, ideo bonos non possumus et malos tantum fructus ferimus: in omnibus contemperatores Dei, & bone

& bonę eius uoluntati rebelles, delictis & peccatis, plane mortui. Etiam cum renati sumus, & Christum induiti, habemus ēam, quām gratiam gratum facientem, & habituale donum Scholastici, Paulus uero, sanctificationem nostri, & innouationem uocat, id est, ad Dei uoluntatem, applicationem & coaptationem, tamen sine actu, impulsu spiritus boni, nihil recte, uel cogitare, uel dicere, uel facere possumus.

Hæc & Thomas Aquinas, & quiq; saniores scholasti ci agnouerunt, solus Scotus, & pauci quidā alij, et quidē obscuriores, ne non in re, in qua minime oportebat, argutuli essent, n̄sque contradicerent, quibus esse nonnullā au thoritatē inuidarent, operibus non renatorum, aliquid obedientiē erga Deum, & quandam ad gratiam præparationem, meritumq; congrui, tribuerunt.

Quæ Scotus cum suis ideo affirmauit, quia contra apertam scripturam, & contra S. Patres, obedientiam le-  
gis diuinę ausus est definire, facere id opere tantū, quod lex indicit, etiam si desit intentio, quam lex requirit, hoc  
est, etiam si non fiat uero studio Dei. Thomas autem, ut  
dixi, & omnes grauiores scholastici, sicut non fieri iudi-  
carunt, quod lex Dei iubet, nisi id fiat uero Dei studio, ita nec præparationem, nec ullum meritum gratiae, uel de  
congruo quidem, quod uocant, actionibus nondum in-  
sitorū Christo tribuunt: imo nec in suis Christo tribuunt,  
quicq; boni facere posse, sine speciali motu, & ope Dei,  
adeoq; totum opus bonum, à Deo esse agnoscunt.

*Tho. pri-  
ma secun-*

*dæ.*

*quest. 109.*

*articulo*

*23.4.5.*

*q. 114. art. 1*

*q. 112. art. 3*

Hoc ergo facilius bonis omnibus persuadebitur, ut hunc locum, de libero arbitrio, ita ut in Imperatorio libro descriptus, & explicatus est, conciliatum agnoscant, sentiantq; & doceant, quibus hoc muneris incumbit, esse omnibus quidem hominibus liberum in omnibus rebus

DE LIBERO

arbitrium, ut sua ipsorum uoluntate, non coacti, non contra suam ipsorum propensionem impulsi agant, quemcunq; agunt, bona, uel mala: at que uere bona, & Deo a nobis, grata sunt, neminem posse, uel uelle, uel operari, nisi Dominus pro sua liberali, & gratuita bonitate, propter Christum filium suum, ea ipsa & uelle, & operari, in nobis effecerit, tamen, quanq; ita sit, quicqd peccamus, nobis, no Deo imputandum esse, quod ipsa cuiusc; conscientia, infundente se luce diuini iudicij, probe tandem agnitura sit, ita, ut ludam id agnouisse legimus; qui, cum iudicio Dei ueretactus esset, quanq; summe peruersus & impius, dicere tamen cogebatur, Peccavi ego, qui sciens, & uolens, sanguinem tradidi iustum, non Deus: qui mihi non dedit, quod Petro, quod Apostolis alijs, ut in dilectione, & obseruantia præceptoris mei, ut illi, perseverasset.

Hæc iam concorditer gratia Domino, a bonis, timen-  
tibusq; Deum, ubiq; ita agnoscuntur, & docentur, ut tra-  
dit, & explicat liber ab Imperatore oblatus. Cum itaq;  
hunc articulum, non solum Imperator, Electores, Prote-  
stantes atq; reliquæ Ciuitates, sed & cæteri Principes, qui  
tñ delibro Imperatorio, secuti Eccij præiudicij, iniquis  
iudicarunt, inter eos articulos numerauerint, de quibus  
nulla supersit dissensio, constat, inter Status Imperij om-  
nes, hunc articulum haberi iam conciliatum.

Quod enim Protestantes in quinto. para: huius articu-  
li, ubi habetur: Christianum hominem, quod ad gratia-  
m quæ est in Christo Iesu attinet, posse se continere a  
peccato, obedire Deo, & facere eius mandata: maluis-  
sent ponî. posse resistere peccato, & praestare inchoatam  
obedientiam, in eo nulla est rei dissensio. Optabant tan-  
tum Protestantes, uerbo inchoatae obedientiae, id clarius  
exprimi, quod legi Dei nunquam hic satisfacimus; et ca-  
uere,

Articulus  
hic inter  
omnes con-  
ciliatus.

uerere, ne quis existimaret, ijs qui Christi gratiam perceperunt, tribui, continere se ab omni peccato, & perfecte obediere Deo, mandataq; eius perficere: id quod & in responso suo de conciliatis articulis exposuerunt.

Sed cum subiectum sit eodem parag: Diligenter hominibus inculcandum esse, tantam in renatis ad bonum infirmitatem, & ad malum inclinationem remanere, quæ uim spiritus remoretur, & prauas cupiditates gignat, im<sup>a</sup> Legib<sup>o</sup> pellatque ad ea facienda quæ nolumus, Galatas. 5. ut ne<sup>r</sup> nemo satis mo sit in hac uita sine peccato: his certe admodum clare fecit. hoc ipsum expressum est, neminem sanctorum, dum in hoc saeculo degit, se continere ab omni peccato, aut perfectam Deo praestare obedientiam, mandataue eius perficere, & legi eius satisfacere. Nec enim aliud hoc loco liber Imperatoris adfirmare uoluit, quam id, quod scriptura ubiq; tradit, omnem regenitum & uiuentem in Chri<sup>t</sup> Ephe. 4: sto, quantum attinet ad gratiam, & internum nouumq; hominem, qui secundum deum conditus est, in uera iustitia & sanctitate, non peccare, sed seruare mandata eius, & facere quæ sunt placita coram eo. Nam qui non facit iusticiam, hoc est, non prestat obedientiam mandatorum dei, non est ex deo.

At quia & uetus ille homo sanctis adhuc adhaeret, is qui erroneis cupiditatibus disperit, nec quicquam aliud quam peccat, fit, ut sancti, in hac quidem uita, quæ mandauit deus, nunq; perficiant, nunquam maneat in cunctis uerbis legis: adeoq; quod ad ipsos attinet, sub maledictione legis semper detineantur, atque semper necesse habent peccata sua agnoscere, maledictum legis per deum deprecari, & p hunc semp patri coelesti acclamare. Remitte nobis debita nostra, id quod & xii. par. sequentis articuli, libri Imperat. copiose confitei. Est igitur solida & perfecta.

kk ij

C V I A D S C R I B E N D A

de hoc Articulo inter omnes Christum uere inuocantes,  
concordia, Id quod cū Imperatore, uniuersi quoq; Prin-  
cipes in hisce Comitijs agnouerunt.

*De articulo tertio, qui est, de causa peccati.*

*Ro. 9.*

*a. Cor. 4.*

*Iesu. 4.8.*

*Rom. 9.*

**N**echic quicquam nostra unquam à Catholico con-  
sensu doctrina variauit: tametsi id nobis pleriq; fal-  
so impegerint, et hodie impingant: propterea, quo d cum  
scriptura & orthodoxis patribus prædicamus, neminem  
hominum, ullum uel conatum bonū habere posse, quem  
non acceperit liberali & gratuito dono Dei, qui quidem  
ut miseretur quorum uult, ita etiam indurat & in sensum  
reprobū tradit quos uult, sed iusto tamen id semper iu-  
dicio, & omni ratione peccati hærente in ihs, qui legem  
eius uel transgrediuntur ipsi, uel à transgressoribus cum  
tabe transgressionis natū, nec per Christum renati sunt.  
Offenditur quidem mens carnis nostræ, & rationem iu-  
stitiae in hisce Dei iudicij non agnoscit, dum audit, nemí-  
nem quicquam uel bonæ cogitationis aut consilij habere  
posse, nedum dicti aut facti, nisi id à Deo acceperit: quo s-  
dam præterea à Deo indurari & excæcari, & in mente re-  
probam tradi, ne audiant uocem Domini, nēue conuersi  
à uia sua praua sanentur à Domino; & damnari tamen  
quicunq; non audita uoce Domini, & conuersi ad Do-  
mīnum, cogitant semper, dicant & faciant, quæ pia & san-  
cta sunt. Occurrit enim semper illud. Quid igitur ego  
reprehendor, qui ex me nihil boni possum? Sic Deus  
me indurat, quis eius uoluntati resistat? Verum isti-  
usmodi contra iusticiam Dei iudicia, iniustæ & irre-  
ligiosæ carnis nostræ cogitationes, non ad ullam discus-  
sionem,

sionem, & dijudicationem admittendæ sunt . Sed ut Apostolus docet & fecit , reprimendæ statim, & ab animo propulsandæ sunt, idque hisce iustis & prijs cogitationibus . Nunquid est iniquitas apud Deum ? Quis tu es, ô homo, ut respondeas ex aduerso Deo ? O altitudo immensæ sapientiæ & scientiæ Dei , quam inscrutabilia sunt iudicia eius, &c.

Ro. 3.9.11.

Hæc qui religiose secum reputet, primū, Deus supremus omniū est iudex, ideoq; summa iustitia: nihil igitur potest admittere iniqui. Tu uero figmentū Dei es, à quo accepisti omnia : nephias igitur est, te exposcere à Deo factore tuo rationem, quid te fecerit, quidue de te statuat. Postremo, ea est sapientiæ & scientiæ Dei altitudo, adeo inscrutabilia iudicia eius, & imperuestigabiles uiae eius, ut ad ea cognoscenda mens humana pertingere, & rationem eorum inuenire & assequi nullo modo possit. Hęc inquam qui pie secum cogitarit, is sibi ipsi peccatum suū omne, & cunctam iniquitatem adscribet, & Deū nullius peccati, uel iniquitatís, sed omnis boni & recti causam & authorem confitebitur, & prædicabit. Tibi ( dicet cum Daniele ) Dñe iustitia, nobis autē ignominia & pudere, Dani. 9. propterea quod contra te scelerate agimus, nobis ignominia & probrum, quia peccauimus in te. Quæ.n. Deus, ut D . Augustinus de gratia & lib. arb. ex diuinis scripturis docte & pie concludit, sicut in cæteris suis figurantibus, quæcunq; sunt in celo & in terra, ita & in cordib; hominum operatur ad inclinandas eorum uoluntates quo-cunque uoluerit, siue ad bonum, pro sua misericordia, siue ad mala, pro meritis eorum, ea omnia operatur iudicio suo , aliquando quidem aperto , aliquando occulto , semper tamen iusto . Malitiam enim ipse non facit, sed aut trahitur hęc originaliter ab ipso Adam, uel cre-

kk iii

## CAVSA PECCATI

scit per propriam uoluntatem, suggestore & incentore  
Satana. Cui uero ista loci huius explicatio, & ad obiecta  
rationis nostræ responsio, minus p'aceat, huic cum D.  
Augustino dixerim, ut quærat doctiores, sed caueat ne  
inueniat presumptores.

D e spiritu  
& litera  
cap. 34.

Nos uero quia nihil aliud in his adferimus, quā quod  
scripturæ diuinæ diserte tradunt, & has non aliter intel-  
ligimus, uel interpretamur, quām uere catholicus &  
orthodoxus pater & doctor Ecclesiæ, Augustinus, nemo  
causam à nobis quidem habere potest, ullius nos erroris  
in his insimulādi. Utq; uere id sentimus & prædicamus,  
quod articulus hic libri Imperatorij breuiter quidē, sed  
pie et orthodoxe tradit: cui nemo piorum, et de his rebus  
recte iudicantium, non subscriperit, ita merito & hic  
articulus inter uere conciliatos habendus est.

De quo ideo paulo explicatius loq uolui, quod sint,  
qui nos ex ihs, quæ in sequentibus duobus articulis, de  
peccato originali, & iustificatione, iuxta scripturas Dei  
& sententiam S. Patrum, pie & necessario confitemur et  
docemus, criminantur, articulo præsentí non planè assen-  
tiri. Ea enim dicunt à nobis in illis duobus articulis ad-  
ferri, ex qbus necessario cōsequatur, Deū esse authorē &  
causam peccati. Conducet itaq; quæ hoc loci attulimus,  
ad id, ut facilius agnoscat, quām iniuste & nulla uera  
cōsecutione, istā nobis calūniam aduersarij intendant.

## De articulo peccati originalis.

**D**E hoc, persuasit Eccius suis Principibus, non Regi  
nospurgi, sed Vuormaciæ conuenisse. Cōuenerat  
quidē, sed Eccio tantum & Munsingero, ab altera  
parte, ab hac Philippo Melan. & mihi in formulā quādā  
quæ

summatis complectitur, quæcunq; in hoc articulo Imperatorij libri, fusijs, ut res tata poscebat, explicata sunt: sed conuenerat ea lege, ut utriq; eam formulam ad suos examinandam referrent, quod per Eccium & Munsingerum factum, & eorum qui his à sua parte ad colloquium adiuncti erant, consensum impetratus audiuiimus: nos uero ab hac parte, propter inexpectatum ac subitum discessum Illustris Domini de Granuella, ac omnium legatorum qui Vuormacię conuenerant, referre hanc formulam ad omnes nostros non potuimus. Verum quod ad sententiam attinet, nihil fuerant nostri ei formulæ cōtradicturi, tametsi definitū tum per nostros nihil fuerit, sed Reginospurgi primum, ubi huic articulo, ut in libro Imperatorio descriptus est & latius explicatus, libenter assensi sunt, sicut is & Impera, Maie, Electoribus, alijsq; multis Principib; & Ciuitatibus satisfecit.

Nec etiam in eo articulo cum ijs, qui Christi, nō suam causam agunt, alia dere dissensio fuit, quām quid illud uitij uocari debeat, quod à deprauata origine in baptizatis & sanctis omnibus superesse, nemo sanctorum non queritur. Lutherus enim cum Paulo & orthodoxis patribus omnibus peccatum hoc uocauerat: id uero aduer <sup>Quid circa</sup> ca hunc artarij eò rapuerant, quasi affirmasset, solam uitiatam natum in turam, & uim illā praeceps cōcupiscendi, primosq; eius modi controueritus, quos mens non modo non amplectatur aut probet, <sup>sia fuerit</sup> sed repellat potius & execretur, tale peccatum facere, quod æternę damnationi, etiam eos qui in Christo sunt, obnoxios teneret: indeque calumniari cœperunt, euacuari ab eo gratiā baptismatis, ut qua non agnosceret tolli omnia peccata, atq; reatū damnationis dissolui uniuersum.

At uero nec Lutherus, nec nos, quicunq; illum, imo Apostolum Paulum & omnes S. Patres cum illo in hac doctrina

## DE PECCATO

doctrina sequuti sumus, hoc naturæ peccatum, tale peccatum facimus, quod eos qui iam Christo insiti sunt, reatu condemnationis constringeret. His enim nihil condemnationis esse cum Apostolo omnes gloriamur & predicamus. Sed id propter meritum atque satisfactionem Christi, non quod non uel ob unum hoc malum depravatae naturæ, etiam si nulla uel actionis uel consensus nostri iniurias adiiceretur, condemnationem mereremur.

Iure enim Deus abiecit, & condemnat, quicunque suæ bonæ uoluntati aduersantur, ac ideo iniungi & prauis, sibi quæ inimici sunt. At quamvis sancti non omnino ipsi, id est, non pleno mentis suæ iudicio & uoluntate, sed hoc ipsum Peccatum, quod in eis superest, concupiscentia scilicet illa, quæ contra legem Dei sanctam, contra spiritum bonum fertur, illa prava atque turpia desyderia ex se gignit, legi Dei aduersatur, malumque id operatur, quod sancti ex spiritu Dei, cum Paulo oderunt & detestantur: tamen sancti, suo modo etiam ipsi contra Deum concupiscunt, aduersantur Deo, repugnant bonæ uoluntati Dei, malumque quod mente renouata & spiritu Christi ioderunt & fugiunt, carne ac ueteri homine, qui adhuc adhæret, faciunt, habentesque in se sensum carnis, qui est inimicitia cum Deo, sunt et ipsi hactenus inimici deo.

Roma. 7. Vnde Paulus, Ego ipse, mente seruio legi Dei, carne uero legi peccati, quod idem profecto est, atque legi Dei repugnare. Recte itaque de se & illud questus est: Misericordia homo, quis eripiet me ex corpore mortis huius. Enim miserum se, quod nemo nisi Deo exosus & abiectus esse potest, & in corpore mortis, quæ non nisi à peccato, mercenaria condemnationem, uenit, detineri se queritur, eoque uere perditum & condemnatum, nisi succurrisset ei gratia Domini nostri Iesu Christi, qui de peccato, hoc est, de hostia

hostia peccati expiatrice, carne sua, peccatum hoc in sanctis reliquum condemnauit, hoc est, uim ei perdendi condemnandiq; abstulit.

Nihil itaque condemnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu: etiam si in carne illorum inhabitet adhuc peccatum, quod ex se nihil quam prava & noxia desideria, rectiq; ac boni fastidia & odia gignit, idq; φρόνημα, eum sensum, qui est inimicitia cum deo: sed additū est. Siquidem non ambulent secundum carnem, sed secundum spiritum, hoc est, non concedant huic peccato regnum in mortali corpore suo, non obediant concupiscentijs eius: uestrum spiritu has interimere, & cunctas eius actiones extinguere studeant. hoc enim nisi studeant, in Christo Iesu non sunt, ut cuius spiritu non agantur. At quod his, qui in Christo Iesu sunt, nihil est propter reliquum à peccato originali uitium, condemnationis, nō ideo est, quod non hoc malum et peccatum, condemnationē mereat, sed quia Christus Dominus meritam condemnationem, sua morte ab ijs, qui in se manent, submouit: cumq; nihil immundum ingredi in supernam Hierusalem possit, ipse suos hac labore repurgat, tandemq; sibi & patri absq; omni macula & ruga exhibebit, plane sanctos & immaculatos.

Atqui, nec de eo, quod malum hoc in sanctis supersit, postquam orthodoxam Augustini doctrinā boni p̄ijq; omnes sequuntur, nec quod non nisi per Christum reatus huius mali dissoluitur, inter eos qui Christi aliquod studium habent, dissensio fuit. sed tantum ferè de nomine non conuenit. peccatum enim illud vocari simpliciter ac proprie, non ferebant alij: propterea, quod peccati nomine intelligent tantum cogitatum, dictum aut factum, aut omissum aliquid contra legem Dei, à sciente & uolente: alij uero ideo, quod peccati nomine intelligat eius-

*Quae causa  
dissensio-  
nis in his.*

DE PECCATO.

modi peccatum, quod reatu condemnationis obstringat; nam reatum formale peccati faciunt, id est id, quo aliquid peccatum sit, & proprie dicatur.

Verum, non hoc solum, proprie & simpliciter peccatum dicitur, quod est à prudente & consentiente contra legem dei, uel admissum, uel omissum: alioqui peccatum originale nec in nondum renatis peccatum uere re-  
cteque diceretur: sed nec id etiam, quod nos in iudicio Dei reatu obstringit, nam licet ad rationem peccati propriam consequatur necessario, facere nos irę iudicioque Dei obnoxios, eo q̄ non possit Deus non odisse iniquitatem, & per se pœnę obnoxiam habere, non est tamen hoc in ipsa ratione peccati, cum aliunde dependeat, & remoueri ab eo, quod tamen in se peccatum est, possit.

*Quid pro-  
prie pecca-  
tum.* Peccatum itaque proprie est, ut Iohannes inquit, iniuntas, cū natura, uis, aut actio non respondet suę regulę, & præfinitę à Deo rationi: Quanq̄ pro errato actiōis hoc non men maxime, etiā in scripturis, usurpari soleat. Proinde cū homo ad imaginē Dei conditus, hanc regulā cum nature & uiriū, tum actionū suarę habeat, ut diligat Deum toto corde, tota anima, et tota mente: eandemque imaginē, hoc est, Christum dominū, primogenitū sanctorę, omni uita sua exprimat. Apostolus uitiū illud naturę humanaę, quod ex uitiata origine contractum, in sanctis reliquum manet, recte & proprie peccatum uocat.

Eiusmodi n. malum est, quo etiā à percepta cōmunione Christi, sic mens contenebrata, & uoluntas infirmata, & inferiores uires ad malū propensę manent, ut quę Dei sunt, nemo sanctorę unq̄ hic satis consyderet, unq̄ satis uerit: nec sepius feratur ad ea, quę merito oderit, auerseturque ea, quę iure expetit. Ergo sicut hoc mali quedā humani ingenij iniquitas, et aduersus Deum, quanq̄ imminuta spiritu.

spiritu Christi et debitata, rebellio est: ita ei peccati appellatio propria est. Hinc Apostolus id non semel, sed feret perpetuo peccati uocat; nisi quod alicubi etiam corpus peccati, carnem, ac ueterem hominem. Ad Romanos certe, non alio quam peccati, et legis peccati, nomine, illud appellat.

Vt cum dicit nos in Christo peccato mortuos, crucifixos cum Christo, ut corpus peccati abolere fit, ne amplius seruimus peccato. Itē cum hortari, ut caueamus ne regnet peccatum in corpore mortalium nostro, ad obediendum ei in concupiscentiis suis; ne prebeamus membra nostra instrumenta iniusticie peccato, ne dominet nobis peccatum. Et cum affirmat fuisse nos seruos peccati, nunc non esse, sed liberatos a peccato, seruos factos esse iusticie et deo. Sic & de seipso, cum querebas, uenit datum se sub peccato: ne habitare in carne sua bonum, sed peccatum: quod faceret id, quod ipse nollebat atque odisset: uolentibus bonum, malum sibi incumbere, peccatumque existere in membris suis, atque sic repugnare legi mentis suae: ut se captiuum duceret sub lege peccati, quem sit in membris suis, secundum ipsum mente legi dei, & carne seruire legi peccati.

En toties Apostolus, immo spiritus sive Apostolum, cuius mysteria, quod magis diserte, magis proprie & recte enunciatur: illud quod ab infecta peccato origine malum in sanctis superest (quia in ipso Paulo tam eximię sanctitatis Apostolo superat) peccatum uocat. Non. n. hec, quae ex 7. cap. ad Ro. adduxi, ille de aliquo neophyto Iudeo, ut Pelagiani falso affirmabat, sed de seipso, & ex uero sensu ac dolore huius mali, questum esse, non nos primi, nec cum solo Augustinus adseruimus: sed multo ante nos, & Diuum Augustinum, sive Patres, Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Gregorius, & ceteri Ecclesię sancti, notique doctores, adseruerunt: id quod in iis authoritatibus, quas D. Augustinus 2. contra Julianum libro adducit, perspicue legitur.

D E P E C C A T O

Quare iniuriam Eccius Vuormaciæ D. Ambrosiofa  
ciebat, cum negaret eum, quæ ex 7. ca. ad Ro. adduximus  
intelligere, ut dicta ab Apostolo de se ipso. Sic n. scripsit  
hic vir dei in libro de Sacramento regeneratiōis, quem lo-  
cum D. Augustinus 2. contra Julianū libro adducit: Ne-  
mo sibi blandiat, quod aliam figuram induerit, mystica  
præcepta acceperit, ad continentię disciplinā applicuerit  
animū. Nō quod uolumus, hoc agimus, sed quod odio  
habemus, hoc facimus. Multa operaſ in nobis peccatū,  
nobis reluctantibus rediuiue plerunq; uoluptates resur-  
gunt. Luctandū nobis aduersus carnem est, luctatus est  
aduersus eam Paulus: deniq; ait. Video aut̄ aliam legem  
in membris meis repugnantem legi mentis meę, & capti-  
uantem me in lege peccati. Nūquid tu inquit fortior Pau-  
lo: Nectanq; sedulę carni tuae confidas, & te ei credas, cū  
Paulus clamet. Scio enim quia non habitat in me id est, in  
carne mea bonum. Nam uelle adiacet mihi, perficere aut̄  
bonum non inuenio: Nō enim quod uolo facio bonum,  
sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo hoc  
ago, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me  
peccatum. Hęc ille.

Iam si Paulus, imo spiritus s. in Paulo istud in sanctis re-  
liquiū à uitata origine malū, peccatum uocat, nō dico pra-  
ua desyderia, quæ hoc malū, ex se gignit, sed malū, et uitium  
ipsum, ex quo illa turpia & illicita desyderia in nobis exo-  
riuntur, et cōmouentur, cur nobis uitio uertatur, quod &  
nos id peccatum appellamus, atq; esse etiā affirmamus?

Nouimus D. Augustinū alicubi dum uocem peccati,  
& ipse uulgi more, uel de actu uitioso usurpat, uel de eo,  
quod tenet aliq; reatu, negare hoc malum peccatum esse.  
Concupiscentia, etiā si inquit, uocat peccatum, nō utiq;  
quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic uocatur,  
sicut

sicut scriptura, manus cuiusque dicitur, quod manus eā effecerit. peccata autem sunt, quæ secundum carnis cōcupiscentiam, uel ignorantiam, illicite fiunt, dicuntur, cogitantur. Hæc ille cōtra duas Epistolas ad Bonifaciū ca. 13. Eadem scribit, de nuptijs & cōcupiscentia ad Valerium lib. 1. cap. 23.

At contra Julianum lib. 2. addit etiam alteram causam cur hoc uitium peccatum dicatur. Quamuis, inquit, iam non eodem modo appelletur peccatum, quo facit reum, sed quo sit reatu prīmi hominis factum, & quod rebellando nos trahere nititur ad peccatum. Hic uides, quod non solum ideo peccatum appellari hoc malum agnoscat, quia peccato inuestum sit, sed etiam quia rebellat bona menti, atq; rebellando ad peccatum trahere nititur. Id quod expressius testatus est lib. contra eundem 3. cap. 3. Concupiscentia carnis, aduersus quā, bonus concupiscit spiritus, peccatum est, quia inest illi obedientia contra dominatum mentis: & poena peccati est, quia redita est meritis inobedientis: & causa peccati, defectio ne consentientis. Obseruandum uero hic, quod diserte de ea concupiscentia Aug. loquitur, contra q̄ bonus cōcupiscit spiritus quę tñ sanctorū concupiscentia est, qui dei spiritu, relicte in se malæ cōcupiscentiæ aduersantur. Quo circa satis ex his ipsis uerbis Augustini apparet, uānū esse, quod Eccius Vuormaciæ dicebat, Augustinū dum scripsit concupiscentiam, peccatum esse, id confirmasse de conscientia nondum regenitorum.

Ob eandem uero causam quam hic expressit, testatur & D. Ambrosium hoc reliquum in sanctis naturæ uitium, iniuriam uocasse, quod iniquum scilicet sit, ut caro concupiscat aduersus spiritum, libro contra Iuli. 2. Vbi & D. Hilariū adducit qui id malitiā appellauit.

DE LIBERO

Ipsis inquit (loquitur de Domino) Apostolis, uerbo licet iam fidei emundatis atq; sanctificatis, non deesse tñ malitiā, per conditionē cōmunis originis, docuit, dicens. Si uos cū sitis malí, nostis bona dona dare filijs uestris.

Non igitur uocatur modo, sed est etiā peccatum hoc, de quo agimus, malum: ut hi S. Patres Hilarius, Ambrosius, & Augustinus docuerunt. Iniquitas enim est, quod testatur Ambrosius, malitia ut docet Hilarius, Vnde Apostolus, ut annotauit idē Augustinus in Ioh. tracta. 42. dixit, non regnet peccatum in uestro mortali corpore, ad obediendum desyderijs eius. non ait, non sit, sed non regnet, quamdiu enim uiuis, subiicit Augu-

*Augusti.* necesse est peccatum esse in membris tuis: saltem illi regnū auferatur, non fiat quod iubet. Et memineris Christiane lector, huius, quod D. August. ait, quamdiu uiuis, necesse est peccatum esse in membris tuis: faciet enim id, ad cognoscendam ueritatem in sequentibus.  
*Dum uiui-*  
*mus nece-*  
*se est pecca-*  
*tum esse in*  
*membris no-*  
*fis*

Ex his itaque perspicuum satis fuerit omnibus, qui ueritatem hac in re, non contentionem querunt, nos cū relictum in sanctis uitium, peccatum, & esse, & recte dici contendimus, nihil nec uoce, nec sensu nouare: sed quod traditum est in scripturis, & prædicatum ab Apostolis, creditum & contestatum ab omni ueteri Ecclesia, id sentire, confiteri & tueri. De quo multo plura adducere testimonia S. Patrum possem: sed nolo esse longior, legat qui uelit librum Augustini contra Julianum 2. ubi hæc copiose comprobantur.

Erat in ecclesijs altum de hoc tanto malo, nobis dum corpus mortis huius circumferimus, adhærente, silentiū: neq; enim uim tantum istam prauam, hostem legis Dei bona q; menti, legi Dei consentienti, nunquam non reluctantem, in se homines negligebant: sed ne ipsa etiam turpia

turpia & illicita desyderia, quæ ex hac peruersa affe<sup>c</sup>ctio-  
ne existunt, poenitenda satis; & deploranda putabant, si  
que assensus hisce foedis animi motibus non accederet;  
de quo tamen ipso, rarissimus erat qui recte iudicaret; sa-  
tis mundos se à peccato, & sanctos, vulgo existimarunt.

Lutherus igitur, & qui hunc sequuti sumus, haud ab  
re iudicauimus, esse in officio nostro, qui poenitentiam *Que res*  
& remissionē peccatorum in nomine Christi prædicare *Luthe.ima-*  
debemus ( quam ne suspicari quidē potest, qui hæc tanta *pulit reli-*  
naturæ uitia non recte agnouerit) ea, quæ non nos certe *eto in san-*  
excogitauimus, sed quæ spiritus sanctus per Paulum ali-  
*Elis pecca-*  
osq; luos interpretes, Prophetas et Apostolos, de his ma-  
lis nostris testatus est, paulo diligentius, quam ante ali-  
quot seculis factum, explicare, quāmcp pudenda, dete-  
standa & omnibus modis oppugnāda sint, sanctis decla-  
rare et contestari. Idcq; nulla alia de causa, fecimus, q; ut ho-  
mines ad uerā atcq; solidam poenitentiam, perditionisque  
propriæ agnitionē adduceremus; indecq; ut gratiā atcq; re-  
demptionem Christi, & cognoscerent plenius, & ample-  
cterentur cupidius, excitaremus. Medicum enim nec di-  
gne complecti, nec sentire salutarem potest, morbum su-  
um qui nondum satis intelligit.

Hæc itaq;, ut tandem bonis, pjsq; hominibus appro-  
bauimus, absoluimus hi nos ea criminazione, qua grauiſſ.  
certe aduersarij multorum contra nos animos iritauerāt;  
quasi uero baptismatis gratiā eleuaremus: (quam tamen  
extollere, et reddere hominibus, ut est, q; amplissimam,  
summopere studemus); & naturā hominis, opus Dei  
bonū cum Manichæis in iniuriā creatoris condēnare-  
mus: cuius peccato uitiatæ restitutionē ut à Christo dño  
omnes petant, quanta possumus diligentia elaboramus.

Ista & in Vuormaciensi colloquio ita explicauimus, et  
alienos

## DE PECCATO

Aienos nos ab illis criminibus, circumscripsi baptisnatis, et uituperatæ naturæ hominū demonstrauimus, ut Eccius q̄q; cum aduersus hanc, non nostræ, sed spiritus sancti sententiæ explicationem, nihil, quod obijceret, haberet, eā nobiscum formulā Vuormaciæ subscriptserit: in qua  
ut cōcor= hoc ipsum expressum est, ideo peccatū hoc malum dīci,  
dia de hoc quod insitei inobedientia contra dominatum mentis, &  
articulo aduersetur legi Dei. Quod, quoniā in libro ab Imperato= re oblato, sicut cætera, quæ de hoc malo docēda sunt, sa= tis explicatum esset, maxime 9. & 10. Paragra. merito huic explicatiōri articulo, uti in libro Imperatoris descri= ptus est, subscriptissimus.

Nam quod in responso nostro de actis Colloquij Impera, Maiesta, datum, tantum ob maiorem lucem, & ad auertendum contentiosorum cauilllos, adjici opta= De adiecti= uimus, esse hoc malum uitium repugnans legi Dei, id one prote= in eo omnino cōprehensum, imo etiam satis expressum stantium est, quod liber ex Augusti. adducit Parag. 9. Esse ma= lum hoc in sanctis relictum, peccatum: nec tantum pe= nam, aut causam peccati, quia illi insit inobedientia con= tra dominatum mentis. Hæc enim inobedientia contra dominatum mentis, inobedientia quoque & rebellio est contra legem Dei: quam mens nimirum diuinitus sibi impressam, et doctrina Dei confirmatam, dominatu suo sequitur.

Manifestum ergo est, nihil in hoc articulo inesse, de quo non conuenerit: idq; non modo Collocutoribus, Vniuersi ordinib; inter quos & Eccius fuit, sed uniuersis quoque Imperij de ordinib; Electores enim Principes omnia ea recipien= hoc articula censuerunt, quæ ut cōciliata Imperatori à Collocuto= lo confense ribus oblata sunt: inter quæ & hic articulus est: cæteri ue= runt ro Principes, qui Augustano decreto adhærere se dicūt, nume=

numerarunt hunc articulum inter eos, de quibus nulla fu-  
erit dissensio: tantum adiecerunt, eum conciliatum esse  
Vuormaciæ: nihil autem liber in explicatione huius arti-  
culi habet, quod non contineat in ijs ipsis uerbis, de qui-  
bus Vuormaciæ conuenit: Protestantes deniq; eundem  
articulum approbarunt, quod enim adiūci petierūt, id, ut  
iam dictum, & in articulo Vuormaciæ composito conti-  
netur, & in libro satis, licet alij s uerbis, expressum est.

Hic igitur consensus, quia uerbo Dei nititur, uereq;  
Ecclesiæ sententia catholica, ratus merito & confirmatus  
ab omnibus bonis habebitur: Deoq; ipsi, Ecclesia Christi,  
& ordinibus Imperij, aduersabuntur, quicunq; doctri-  
nam de hoc loco, ut in libro exposita est, conuellere cona-  
buntur: nec facile, ut arbitror, erunt, quorum quidem ra-  
tio habenda sit, qui id faciendum sibi putent.

Alberto tamen Pighio, qui hunc consensum nomina-  
tim, & in eo catholicam Ecclesiæ doctrinam de peccato  
originali oppugnandam sibi sumpsit, respondendum es-  
se existimo, ut enim excellenti hic doctrina prædictus, & si  
quisq; alius in excutiendis quæstionibus methodicus, &  
tractandis reb. disertus est, sicutum facile fecerit ihs, qui sen-  
tentiam scripturæ non satis firma fide teneant: & ratione  
humanæ, in iudicia dei, aliquid inquisitionis permittant.  
Dolendum uero admodum est, ingenium tantum, tamq;  
præclare & natum, & disciplinis excultum, se regno Papæ  
potius propugnando, quam Christi instaurando, ma-  
gisq; receptis, usitatisq; administrationis Ecclesiasticae  
corruptelis adserendis, q; ueteri & germanæ disciplinæ Ec-  
clesiæ reuocandæ, dedere uoluisse.

Alberti  
Pighij Cæ-  
pensis do-  
tes.

Eiusdem  
præsumptu-  
dium.

Quas enim studij & instituti sui in insectandis nobis,  
causas pre se fert, zelum domus dei, & curam ueræ certeq;  
doctrine & discipline Christi, minime sequit: neceo, quo

DE PECCATO

Principiū  
Pighij I.

uideri uult, ad uindicandam Ecclesiæ Jerarchiam, operā laboremque suum confert. Requirit in Ecclesia doctrinę fidicę summā certitudinē: & administrorę sacrosanctam authoritatē: Et sunt hęc quidē religioni & Ecclesiæ Christi propria: nec est ibi regnum Christi, ubi dubia doctrina, & incerta fides est; ubi deniq; ij, qui doctrinā & disciplinā administrant, non ut Christi ministri audiunt, & in precio habentur. At certitudo illa & fidei firmitas, uerbi Dei, nō humanę traditionis est: & testimonio, persuasione & spiritus s. nō ullius in terra loci, aut hominis oraculo, aut definitione cōstituitur: audiendiq; sunt Ecclesiarum pr̄positi, ut Christus ipse, & obseruādī: sed dum Christi uerbum pr̄dicant, & negocium agunt.

Principiū  
Pighij II.

Orauit dominus pro fide Petri, ne ea deficeret, iussitq; conuersum suos fratres confirmare: Petro tamen ipsi Paulus in faciem necessario restitit, non recto pede ad Euangelium Christi ambulanti, fratresq; infirmanti, non confirmanti: nec minus hic, minimus licet A postolorum, fratres ubiq; confirmare conuersus studuit, quām Petrus: nam plus alijs, indubie etiam Petro, laborauit. Tū, quicquid Petro spiritualis eminentiæ delatū sit: Cū nec nasci ex sanctis quicquam conferat ad donorę spiritualium participatum, quid huius pr̄ster successio loci, et potestatis?

Principiū  
III.

Haud minorem in Ecclesia noui quām ueteris populi authoritatem & potestatem spiritualē esse oportet: at si cut Dominus, qui in ueteri populo Ecclesiæ authoritate & potestate abutebantur, ac dissentanea à uerbo suo, uel docebant, uel gerebant, nō audiri, sed reprehendi per seruos suos uoluit: ita neq; modo istuc ulli nomini, ulli fastigio, ulli dignitatis successioni tribuendum est: ut aliena à Christi doctrina docenti, uel pr̄cipienti, auscultemus; aut ut sine dijudicatione & agnitione uocis Christi, quicquid

quicquid eiusmodi præcipiant, arripiamus, et sequamur.  
Omnia probāda pīs sunt, ergo & quē hī adferunt; cumq; alioꝝ omnīum sp̄iritus explorandi sunt, cur non et istoꝝ?

Ecclesia Christi regnum Dei est, non hominū; huius sunt Apollo, Paulus, Cepha, & horum uniuersi successores ueri: non Ecclesia horum, aut ullius creaturæ; totaq; Ecclesiæ administratio, & ierarchia, eō tantum instituta diuinitus est: ut agnita, & percepta in domino nostro Iesu Christo saluifica gratia Dei; & abnegata omni impietate, & cupiditatibus seculi huius repudiatis: temperate, iuste, & pie in præsenti seculo uiuamus. Pro hac ueritate, & ad hanc corporis Christi ædificationē data est: quaecunq; in Ecclesia potestas, ueris Christi ministris, tradita est. Quamobrem nulla sanctis potestas, nulla authoritas, agnosceda est, quę contra istam ueritatem, & ad destruptionem corporis Christi conuertitur. Sed hac de re infra suo loco.

His pauculis lectorem admonere tantū uolui, ex quibus principijs Pighius sua contra nos argumenta ducit: quibusq; maxime confidit, nosq; sternere et conficere nihil dubitat. Nunc uidendum, quę nam hic aduersus, non nostrā, nec D. Augustinū tñ: sed totius Ecclesiæ fidem, et doctrinā de peccato originali, argumenta: quamq; alia & nouā sententiam ea de re adferat.

In Ecclesia affirmat nō esse definitum, quid peccatum Sententia  
Alber. Pig  
bij de pec  
cato origi  
nali.  
originale sit: sed tñ, q; sit, quicq; eīus in nobis effectus sint: inter quos tñ numerat, non mortem solū, & alias corporis molestias: sed pugnā etiā carnis aduersus sp̄iritū; mentis, ad uidenda uera bona, cæcitatē: & uoluntatis, ad ea constanda, infirmitatē; naturalēq; ad carnis desyderia, prontitatem: deniq; q; ob id ipsum nascamur filij iræ: extorres à regno dei. & damnationi obnoxij:

## DE PECCATO

Damnat itaq; nos cum D. Augustino; & quod definit  
Quo Alb. re quid hoc peccatum sit, nobis sumiserimus; & qd de-  
Pighius finiamus impiè: quia in Deū contumeliose id, & blasphemie: contendit enim nostra definitione Deum inscribi au-  
damnat in thorem peccati. Idq; confirmat facere nos longe atrocio  
Protestan. re impietate et blasphemia, quam Augustinum: eoq;, nec  
etiam Augustini sententiam sequi: quia rebellionem con-  
tra Deum, non tantum in ui concupiscente, uti Augusti-  
nus: sed in ipsa quoq; mente, & spiritu, & uoluntate pona-  
mus: tu concupiscentiā in sanctis relicta, peccati primo  
& perse faciamus: quam August. negat per se peccati esse.

Hec ille in nostra sententia, ut impiā, audacia definita,  
& blasphemie asserta, insectanda sibi putauit: indeq; odio  
nostrī, quo inflāmatus uidetur maximo, indulgens, mul-  
to quam uel homini Ethnico concedendum sit, subinde  
crepatilla: doctrinam & sententiam nostram de peccato  
originali uniuersam, esse falsam, impiam in Deum, natu-  
ræ nostræ cōditorem, blasphemam, impossibilē, se ipsam  
infinitis modis euertentem, & secum pugnantem in om-  
nibus. Agnoscis uerba odij efferati, & animi debachans-  
tis. Ista ergo, & ad huncmodum, Pighius in nostra doctri-  
na oppugnat, damnat, execratur, contra autem, suam hu-  
iusmodi sententiam affert.

Sententia  
Pighij de  
peccato  
originali.

Vult peccatum originis, nihil aliud, q; ipsius Adę, nō  
filiorū eius, peccatum esse: quo ille & se, & suos posteros  
omnes, morti, alijsq; miseris huius uitæ, obnoxios; & re-  
gno cœlestis Hierusalem, fecerit, extorres. Nam æternā  
damnationem, cui nasci obnoxios filios Adę fatetur ni-  
hil aliud intelligit, q; sempiternam supernaturalis fœlici-  
tatis parentiam: quam tamen iij, qui nullo quam originali  
peccato inquinati hinc discesserint, boni & æqui faci-  
ant; sorte sua probè contenti; Censet enim hos naturali  
beatu=

beatudine perfriu, uelut in paradiso quadam terrestri, iu-  
cundissime atq; fœliciter uiuentes: quapropter, deū etiā  
ex toto corde, tota anima, tota mente ament: eūq; de tam  
ampla erga se benignitate, & tantis beneficijs, laudent,  
& gratias agant. Hanc tñ sententiam suam, ut proba-  
bilem adfert: non definit esse necessariam,

Ne igitur bonis, & Christianæ concordiæ appetenti-  
bus, Pighius suis hisce commentis offendiculum aliquod  
obijciat: paucula ad illius criminatioñ nouamq; doctri-  
nā respondere institui: primumq; defendam, quæ ille in  
nostra doctrina reprehendit: tum quid sententia eius  
cum diuina traditione pugnet, exponam.

Reprehendit ergo Pighius in ijs, quæ nos de malo ori-  
ginis credimus & docemus. Primum, quod nobis sum-  
pserimus explicare, quid illud sit: cum ueteres Ecclesia-  
stici doctores, satis omnes habuerint, explicasse, q; sit,  
& quæ eius effecta. Deinde, quod definimus hoc pecca-  
tum esse concupiscentiam. Tertio, quod concupiscentiā  
hanc intelligi uolumus, rebellionem omnium uirium  
humani ingenij aduersus Deū. Quarto, quod concupis-  
centiam innatam hominī, propriè peccatum esse affirma-  
mus. Quinto, quod dicimus in his nos sequi sententiam  
Divi Augustini.

Hæc quinq; taxat Pighius, & pro sua in nos uel in-  
dignatione, uel inuidia & odio, admodum inhumaniter  
exagitat: id etiam ubiq; nobis obijciens, non solum nos  
nostra non satis explicare, aut ulla ratione quæ ingenio-  
so hominī probabilis uideri queat, commendare: sed  
nec ipsos quidem ea intelligere: ut quæ multis modis, &  
inexplicabiliter pugnant, & secum, et cum omnium, qui  
ullo ingenio prædicti sint, sensu & iudicio.

Vt primum ergo criminē nos purgēmus, temeritatis

DE LIBERO

& audaciæ, quod definiamus, & articulum constitua-  
mus, de eo, de quo libere sententiam dicere sancti Pa-  
tres omnibus permiserint: ostendemus nos in defini-  
tione peccati originalis, nihil ex nobis, sed ea tantum ad-  
fere, quæ tradita sunt diuinis literis: & credita, explicata,  
defensa à S. Patribus.

**Definitio** Definitio itaq; peccati originis, quā ex scripturis Dei,  
peccati ori & doctrina Ecclesiæ catholicæ de promimus, sic habet:  
ginalis. esse illud depravationē, & uitium totius hominis, quo qui-  
cunq; ex Adam cōmuni ratione progeniti sumus, Deū,  
& quæ placent Deo, uera scilicet bona, nec mente cognos-  
cere, nec uoluntate amplecti possumus. sed peruersis cu-  
pitatis agitat, nihil suo loco, & numero habemus: at-  
que peruersē iudicamus, appetimus, & facimus omnia,  
manemusque propterea filij iræ, & damnationi semi-  
piternæ obnoxij, nisi per Christum eā liberemur. Aut si  
requiras hæc dīci breuius, definimus, peccatū originale,  
esse uitium hominis, qua totus aduersatur Deo.

Hanc definitionem scite quidem & eleganter, ac co-  
piose ut Pighius agnoscit, Ioannes Caluinus noster, præ-  
clarum illud Christi organum, explicuit: sed eadem mul-  
tis librīs, & Lutherus, & Philippus, alijq; nostri Symmi-  
stæ: & sic quidem dilucide & explicate tradiderunt; ut  
nemo qui horum libros legerit, animo duntaxat paulo  
liberiore, nec odio nostri prorsus excæcato, ampliorem  
horum declarationem defydexaturus sit.

**Buceri de**  
**hac re ex-**  
**plicatio in**  
**cōmenta-**  
**rijs suis ad**  
**Roma.** Ego quoq; quanquam his non conferendus, & qui  
minime disertus sum, peculiariq; obscuritatis uitio la-  
bore: tamen fidem nostram de hoc malo naturæ nostræ.  
ira exposui, tractata hac quæstione in 5. caput ad Roma-  
nos: ut non Pighius modo, homo tanti ingenij, sed ru-  
diores quoque & tardiores homines, haud difficulter  
cognoscere

cognoscere ualeant; quid de hac humani ingenij corruptione sentiamus; utq; id etiam, cum secum, tum cū scriptura probè consentiat. Quare opus non erat, ut tantas Pighius de labore suo, in eruenda & proferenda sententia nostra. quærelas moueret; multo minus causæ habuit, ut nos callidæ & astutæ dissimulationis, uel obscurationis insimularet: qua sententiam nostram de peccato originali, siue in Confessione, et Apologia nostra, siue in Colloquio Vitoriacensi, uel præteruerimus, uel texerimus. Sed relinquamus istas querelas, criminationes, & glorias ihs: qui, sicut suā in Christi negotio causam agūt: ita non suos q̄q; actioni admiscere adfectus nō possunt.

Nos desumptam esse, cum ex diuinis scripturis, tum traditione Ecclesiæ catholicæ, quam uitij originalis definitionem attulimus, ostendemus. Primum dicimus, hoc malum esse uitium naturæ humanæ totius. Deinde, uitium, quo aduersamur Deo toti: Postremo, uitium, quo æternā meremur dñationem. Ex his forsan etiam parū ingeniosus intelliget, quid de uitio originali sentiamus.

Atqui uitium esse, hunc tractum ab Adam morbum: & uitium totius hominis. mirum cur Pighius negare uoluerit: cum fateatur ab Adæ peccato, in nos peruenisse, & mortem, morbosq; corporis: & internum dissidium: & assiduam pugnam carnis adversus spiritum: & uoluntatis infirmitatem quandam: & naturalem pronitatem ad carnis sui hospitis desyderia: & rationis à sensibus dependentis, ad cōprehendenda illa uere bona inuisibilitia, pigritudinem, ac tarditatem, atq; adeo cœcitatem.

Hæc enim tam uitanda ac uituperanda mala: tantaçp ad eas actiones, que homini ad imaginem Dei condito natura competunt, impedimenta, quis non agnoscat uitia recte uocari, ac uere esse: & uitia eiusmodi, quibus uitiatuſ CIC. 4. TUS. Questionū Quod uitu peribile est per se ipsū, id eo ipso uitiū nominetur puto.

## DE PECCATO

uitiatus sit homo totus, natura hominis universa; nam uitato corpore: uitiatis inferioribus uiribus: iudicio, & appetitu sensuum: uitiata denique uoluntate, & ratione, quid quæsto in homine reliquum est, quod uitio uacet?

Cum ergo Pighius, hæc omnia quæ recensui mala & incommoda, agnoscat à peccato Adæ in nos inuasisse: & esse transgressionis Adæ effecta: consequens certè erat & illud agnoscere, eadem uerè esse uitia, quibus tota hominis natura uitiata sit: præsertim, cum et illud agnoscat,

*Iustitiae originis mutuorum.* hec ipsa uitia, per iusticiam, quam originalem uocamus, uel auferenda, uel mitiganda fuisse, quos enim uirtus tollit aut mitigat animi morbos, hæc uitia recte dicuntur & sunt. At uirtutem fuisse iusticiam originalem non inficiabitur, quæ homo, & corpore, & animo, & cunctis utriusque uiribus recte usurpus fuisset: cum iam istis malis, quæ peccato Adæ accepta ferimus, uitiati & corrupti, tam peruerse & iniuste omnibus partibus nostri utamur: omnino contra eam uiuendi rationem, ad quæ conditi sumus. An ne igitur recte ac proprie hæc ipsa mala dici *κακία*, idest, uitia debeant: quæ, non modo illis uitib[us], quæ iusticie originalis nomine comprehenduntur, contraria sunt: sed eas quoq[ue] sustulerunt?

Ex his ipsis igitur, quæ Pighius ultro fatetur, certo concluditur: ea quæ ille peccati originalis effecta facit, uitia esse: non conditiones naturæ, quod ipse nulla profecto ratione affirmat. Nam ea modo naturæ sunt: &

*Quid naturae.* naturalia uocari possunt: quæ cuique rei, ex sua intima conditione adhærent. Homo autem ad imaginem Dei conditus, è natura factus est, ac etiamnum prædictus:

*Cicero defit.* cum qua ista uitia pugnant. Vnde Stoici, atque *nib. lib. 3.* ipse Cicero, summum bonum in eo posuerunt, quod est, consentienter, congruenterque naturæ uiuere: perturbationesq[ue]

bationesq; nulla ui naturæ, sed uitiositate, quæ naturæ aduersatur, commoueri affirmarunt.

Sed nō estanimus anxiè de hominibus disputare: nec etiam cum Pighio decertare de argutijs Philosophorum. Hic de eo hominis morbo agimus: quo ignorato, sanitio Christi, nec queri, nec percipi potest: quare exscripturis quid is sit, & uocari debeat, discere oportet.

Scriptura tota prædicat nos ad imaginem Dei conditores: hac uero ad Dei imaginē formatione, indicata est nobis lex, quæ requirit studium huius imaginis conseruandæ, & perficiendæ summum. hoc est, ut mentem & uoluntatem uniuersam, ad glorificandum deum, omni sanctitate, & optima rerum huius mundi usurpatione, indies magis accommodemus, itaq; Christum filiū Dei, imaginē Dei inconspicui, expressumq; diuinæ substantiæ charactera, plenius referamus, & exprimamus. Nō, n. dubitari potest, quin Deus uthominē finxit initio & formauit: ita uiuere eum, sicutq; omnia instituere uelit ac perficere. Cū igitur Deus hominem ad imaginem suam, quæ in Christo domino perfectè expressa est, considerit: & condiderit iudicio & uoluntate prædictum: quis non uideat necessario consequi, Deū ab omni homine iure suo poscere, ut ad hanc se ipsius imaginem, toto corde, tota anima, tota mente, & omnibus uiribus, comparet & comfirmet.

Hoc certe præcepti Deus, hancq; legem suam animis omnium hominum ita inscripsit & insculpsit: ut etiam ij, qui spiritu regeneratore nondum donati sunt, & in quibus effigies illa Dei, creatione indita adhuc peccato obtruta, & tantum nō deleta est, tamen aliquid legis huius in se sentiat: quæ eos à prauis cōsilijs & rebus reuocet: impel latad recta & honesta studia, et cōdemnet deniq; tacitoq; conscientię flagello exagitet: si quid contra hanc legem

Ad Imaginem Dei factus homo, legem accepit ut imaginem Dei in se et hibeat;

## DE PECCATO

Rom. 1.

admisericnt. Inscriptum enim habent omnes homines, in cordibus suis opus legis: unde ipse inter se animi cogitationes ad cusant & defendant, etiam in die domini.

Minos Pla-  
tonis.

Id Ethnici quoq; Scriptores agnouerunt: unde natos ad iustitiam homines, & non opinione, sed natura constitutum esse ius docuerūt. Huc enim lumine, quod Deus naturæ humanæ reliquum seruavit, excitante illud spiritu domini, peruererunt: ut intelligeret hominem, animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenū rationis & consilij, esse præclara quadam & diuina conditione generatum, agnationisq; & stirpis coelestis ac sacram quoddam Dei in terris simulacrum dedicatū: quod cum Deo, sicut rationis, & recte rationis, ita & sapientiae atq; uirtutis, societatem quandam habeat: & eiusmodi societatem, ut dum perfecta in se sapientia & uirtus fuerit, sibi nunquā satisfaciat, nunquam se bene & recte uiuere arbitretur. Manifestum igitur est, cuiq; id sua ipsius conscientia attestante, hanc omnibus hominibus legem diuinitus inditam, et infixam esse in ipso ortu, ut diuine sibi impressæ imagini per omnia respondeant & congruant: uitiumq; & peccatum esse, quicquid in homine cum hac Dei in se effigie discrepat, & dissentaneum est.

Quicquid  
in homine  
cum uita  
Christi non  
congruit,  
id uitium  
est damna-  
bile.

Rom. 9.  
1.Pet. 1.  
2.Pet. 1.

Et quia filii Dei non dubitant se ad eam ipsam uitæ perfectionem initio conditos & formatos esse, ad quam per Christum Dominum restituuntur, nunquam diffitebuntur, quicquid in se à perfecta illa Dei imagine, quæ Christus est, alienum atq; dissentiens fuerit, id damnabile, & damnans uitium atque peccatum esse. Norunt enim se sicut præfinitos, ita & conditos esse, ut confor- miant imaginis filii Dei, ut ipse primogenitus sit inter multos fratres, renatos scilicet semine incorruptibili, uerbo Dei, & factos consortes naturæ diuinæ, Norunt se fas-

se factos ut non peccent, permanente apud ipsos semine <sup>1. Iohann. 9.</sup>  
Dei, sed faciant opera Dei in omni iustitia & sanctitate,  
gestentq[ue] ita imaginem Adam celestis Christi, quemad-  
modum generatione carnis gestamus imaginem terreni. <sup>1. Cor. 15.</sup>  
Quare cum nascantur omnes homines cum imagine ter-  
reni, ea scilicet natura, ut que Dei sunt, satis, nec mente co-  
gnoscere, nec voluntate amplecti, nec in senioribus virib.  
persequi possint, sed contraria omnia & probent animo,  
& expertant voluntate, & sectentur reliquis viribus, non  
possunt, qui sensu Christi praediti sunt, non sentire se  
totos, ut ab Adam natu sunt, uitiosos esse, & cuncta in  
se depravata, quia ab illa Dei imagine, ad quam facti &  
effigiati sunt, demutata. Nec enim nasci denuo oportet,  
nisi quicquid ab Adam natum est, uitiatum & cor-  
ruptum esset, & caro, ac eiusmodi caro, cuius sensus  
inimicitia sit cum Deo. Hinc quis non clare uideat  
malum originis, quod a peccato Adae, humanum ge-  
nus totum inuasit, uitiumesse totius humanæ naturæ?

Sed Pighius nō facile recipit definita Scripturis, quan-  
tumlibet clare illa & aperte definita sint, nisi accedat aqui-  
larum suarum. i.S. Patrum, qui ad corpus Christi conuo-  
lant, consensus. Quanquam uero hi ipsi Sancti Patres  
sua, ut per se incertæ fidei, per Scripturas, cum ipsi pro-  
bent, tum probari ab alijs uelint, eo quod secus facere,  
sit humanam diuinæ authoritati præferre, tamen ne  
quis putet nos Sanctorum Patrum consensu hac in re  
destitui, adducam, quid de hoc loco Sancti Patres cre-  
diderunt & docuerunt.

Irenæus lib. 5. aduersus hæreticos. Propter effusionem  
Inq[ue] spiritus, spiritualis & perfectus homo est, & hic est,  
qui secundum imaginem & similitudinem Dei factus est.  
Sensit ergo Irenæus spiritum Dei bonum, spiritum Chri-

## D E P E C C A T O

sti, quo aguntur quicunque filij Dei sunt, pertinere ad eam conditionem, qua homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est. Iam peccato Ad hunc spiritum amissum esse, ne mo orthodoxus negauerit. Perdita itaque est diuina illa cōditio, & Dei in homine imago uiolata. Desit certe hinc omnis homo, qui ex semine viri nascitur, esse spiritualis & perfectus. Vitiata igitur est tota humani generis natura.

**Tertullianus** scribit aduersus Marcionem. Hæc ergo imago censenda est Dei in homine, quod eosdem motus & sensus habeat humanus animus, quos & Deus. Hos uero diuinos motus & sensus, quis non & in se, & in omnibus hominibus desyderat, idque tam in mente, quam in parte sensibili & corpore toto? Vitiosa igitur est hominis natura tota, quandoquidem in qualibet hominis parte, non solum non idem motus & sensus, quos Deus habet, existunt, sed successerunt his motus & sensus, quos mentem detestantur & deplorant, quicunque Christi sunt, in quibus reparare Deus imaginem suam coepit.

**Cyprianus** D. Cyprianus de hac res sic testatur in Epist. de opere & eleemosynis. Cum Dominus adueniens sanasset illa, quæ Adam portauerat uulnera, & uenena serpentis antiqua curasset, legem dedit sano, & præcepit ne ultra pecaret, ne quid peccati grauius eueneret. Et in Epistola De Patientia Dei. Nam cum in illa, inquit, prima transgressione præcepti firmitas corporis cum immortalitate discesserit, & cum morte infirmitas uenerit, nec possit firmitas recipi, nisi cum recepta & immortalitas fuerit, oportet cum hac fragilitate atque infirmitate corporis luctari semper & congreedi. Quæ luctatio & congressio non nisi patientiae potest uiribus sustineri &c. Hæc ille.

Quæ uero illa uulnera importata ab Adam, quæ uenena infusa à serpente, quæ denique hinc consecuta in-

fir-

ORIGINALI.

firmitas & imbecillitas, nisi ignoratio & incredulitas  
mentis, depravatio & uanitas uoluntatis, & inferio-  
rum uirium peruersitas & turpitudo; quibus uitios fit, ut  
nec intelligere legē Dei, & fidem habere uerbis Dei, nec  
probare & sectari quae recta sunt homines possint, sed  
in contraria ferantur toti, mente, uoluntate, ac cæteris ui-  
tibus. An non merito igitur fatemur nostotos in uitio,  
& Deo rebelles nasci?

Quid? ista innata nobis uulnera, D. Cyprianus etiam  
in sanatis eo ualere fatetur, ut nemo in hac uita esse sine  
peccato possit. Ita enim scripsit in Epist. de opere & ele-  
mosynis: Ne quisquam sic sibi de puro atq; immaculato  
pectore blandiatur, ut innocentia sua fretus, medicinam  
non putet adhibendam esse uulneribus, cum scriptum  
sit. Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis glo-  
riabitur mundum se esse à peccatis? Et iterum in Epist. Io 1.10h.1.  
hannes ponat & dicat, Si dixerimus, peccatum non habe-  
mus, nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis non est.  
Hæc ille. Ergo hæc uulnera à primo parente importata,  
uitia esse naturæ humanæ, etiam uetus Ecclesia credidit,  
D. Cypriano teste.

Audiamus nunc et D. Ambrosij testimonium, Iscon Ambrosius  
tra Nouatianos scribit, Omnes homines sub peccato na-  
scimur, quorum ipse ortus in uitio est, sicut habes lectū,  
dicente David, Ecce in iniuitatibus conceptus sum, & Psalm. 50.  
in delictis peperit me mater mea. Item in Apologia pro-  
phetę David, Antequam nascamur, inquit, maculamur  
contagione, & ante usuram lucis, originis ipsius excipi- Cap. II.  
mus iniuriam, in iniuitate concipimur. Item de Domi- Macula-  
no loquens, Dignum etenim fuit, inquit, ut qui non erat  
habiturus corpore peccatum prolapsionis, nullum senti- mur conta-  
ret generationis naturale contagium. Merito ergo David: Naturale  
contagium

## DE PECCATO

Inquinamē flebiliter in se deplorauit ipsa inquinamenta naturæ, & tu naturæ. quod prius inciperet in hominē macula quām uita. Item De Archa Noe: Per unum igitur, inquit, Dominum Iesum, salus uentura nationibus declaratur, qui solus potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi esset natu-

Generalis obnoxia. tus ex uirgine, qui generationis obnoxia prīuilegio nime teneretur. Ecce, inquit, in iniuriatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea, dicit is, qui iustus præ cæteris putabatur. Quem igitur iam iustum dixerim, nisi horum liberum uinculorum, quem naturæ

Vincula naturæ. Ipsa habet natura contagium. Paruuli à natura reformatur. communis uincula non teneant: Etrurus in Apologia Davidis. Sed & ipse partus habet contagia sua, nec unum tantummodo habet ipsa natura contagium. Et in Euangeliū Lucæ, Iordanis, inquit, conuersus retrorsum, significauit salutaris Iauacri futura mysteria, per quæ in primordia naturæ suæ, qui baptizati fuerint paruuli, à malitia reformantur.

Ecce hic uir Dei testatur ortum nostrum esse in uitio, maculari nos contagione priusquam nascamur, & ante iniuriam excipere originis, quām usuram lucis, esse in omnibus, præter unum Christum, naturale generationis contagium, sanctissimos homines deplorare inquinamenta naturæ, prius in homine incipere maculam, quām uitam, omnes communis naturæ teneri uinculis, non unum tantummodo habere ipsam naturam contagium, inesse paruulis, à qua in baptismate reformatur, malitiam. Ita sensit de malo originis Ecclesia tempore Ambrosij. Quis iam dicat haec generationis naturæq; contagia, originis iniuriam, nostri maculam, naturæ inquinamenta & uincula, malitiam, esse conditiones naturæ, non uitia?

Ex his ergo intelligi satis potest, etiam à veteri Ecclesiacre-

sia creditum esse, malum originis esse uitium humanæ naturæ, non conditionem naturalem, & uitium multiplex, quo tota hominis natura, & cunctæ eius uires uitia tæ sunt, & à conditione naturali detortæ.

Huic uero conclusioni si contradici non potest, ut à Hominem  
nemine potest, qui scripturas Dei, & S. patrum explicatio-  
nem, sequi uelit, confessum & illud est, quod secun-  
do loco probandum suscepī, esse hoc originale malum  
eiusmodi humanæ naturæ uitium, ut eo homo infectus & totus ad-  
deprauatus Deo totus aduersetur. Nam constat Deum ueretur  
requirere ab hominē, ut se agnoscat conditorem, guber-  
natorē, et seruatorē, hoc est, Deū suū, à quo solo omne bo-  
nū petat, & de cuius prouidentia & ope nunque dubitet,  
quem toto corde, tota anima, totisque uiribus amet & co-  
lat, cuius legi toto pectore studeat, atque ita nihil omnino  
expetat, nihil usurpet, nisi recte & ordine, hoc est, pro ut  
ad sanctificandum nomen Dei, & amandū proximos ali-  
quid conferat: nihil fugiat, aut declinet, nisi quod à recta  
ratione, id est, à lege Dei discrepet. & ut uno verbo dicā.  
Deus poscit ab hominē, ut in id quod est piūm & hone-  
stum, totus feratur & incumbat, & ab eo quod contrari-  
um est, totus abhorreat, & se alienum custodiat. At ui-  
tio originis fit, ut homo nec agnoscere Deum, nec ama-  
re, iussisse eius obedire ualeat. Mens enim rationē Dei,  
quat tamē sola uera et recta esse potest, nunquam, nec in  
conditione rerum, nec in gubernatione, satis probare  
potest: sed reperit semper, quod in ea culpet, quod muta-  
tum cupiat. Fidendum esse penitus prouidentia & chari-  
tate Dei, mens statuere certo non potest, nec unquam de  
ea dubitare definit. uoluntas quae Deus præcipit, sola que ue-  
rē bona & expetenda sunt, constâter prosequi non ualeat,  
Inferiores uires perpetuo in ea feruntur, superioremque  
uolunta-

## DE PECCATO

uoluntatem ad eadem rapiunt, quæ ipsi quoq; homini, quamlibet uitiato, fœda & turpia habentur. homo itaq; malo originis uitiatus, Deo totus aduersaſ & repugnat, id quod in ſe iplſis deprehendunt & queruntur nimii ue- rum eſſe, quicunq; legem Dei, uel eam, quam animis om- nium inſculpsit, recte intuentur.

Vt uero iſtam in nobis contra Deum rebellionē non ſentiremus, quam tamen non poſſumus non ſentire, qui cunq; nō proſuſ ſtupemus, & uel aliquatenus in nos de- ſcendere uolumus, ſatiſ tamen eſſe debeat, quod Scriptu- ra de ea tam clare teſtatur.

Paulus ad Rom. 5. ſcribit, nos per unius hominis ino- bedientiam conſtitutos eſſe peccatores, & eiusmodi pec- catores, qui priuſquam cum Deo, per mortem Christi re- cōciliāmūr, impij ſumus, & inimici Deo. Si enim, inquit, Cum infirmi eſſemus ſecundū tempus, mortuus eſt pro impijs. Item: Si enim Deo, cum inimici eſſemus, reconci- liati ſumus per mortem filij eius, multo magis reconcilia- ti ſeruabimur per uitam eius. Quid hiſ teſtimonijs aper- tius: Priuſquam reconciliati cum Deo per mortem filij eius ſumus, & inimici Deo. Nos, inquit Apostolus, non tantum caro noſtra: nam ſi haec ſola Deo aduersareſ, ſolaq; impia eſſet, & inimica Deo, nō dixiſſet, nos eramus impij & inimici Deo, ſed caro noſtra, uel pec- catum inhabitans in carne noſtra. ita ut dixit, non ſe, ſed inabitās in ſe peccatum id malum facere, quod iam re- natus mente oderat. Sed priuſquam per Christum reſti- tuimur in gratiam Dei, & ad pietatem refingimur, impij & inimici Deo ſumus, & mente & uoluntate, & uitribus uniuerſis. Id ergo cum unius Adæ delicto & inobedien- tia nobis acciderit, conſequitur, id uitij, quod à deprauata origine ab Adam trahimus, quoq; peccatores conſtitui- mur,

## ORIGINALI.

mur, esse eiusmodi uitium, ut eo perdit, aduersemur Deo toti, & non solum alieni simus a uero eius cultu, i. a. c. l. 6. sed etiam odio quodam eorum, quae Deus præcipit, quibusq; uerus eius cultus constat, adeoq; Dei ipsius, teneamur, quod & Christus testatus est, cum dixit, mundum se non nosse, sed odisse, & spiritum ueritatis percipere non posse. Ioh. 14. 19.

Hanc uero cum Deo inimicitiam, quæ omnibus filijs Adam, a peccato primi parentis ingenerata est, plenius Rom. 8. adhuc Apostolus describit, cum ait: Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt curant, qui secundum spiritum, ea quæ spiritus. Sensus enim carnis mors est, sensus autem spiritus uita & pax. Propterea sensus carnis inimicitia est aduersus Deum, nam legi dei non subiicitur, nec enim potest. Qui uero in carne sunt, Deo placere nō possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: siquidē spiritus Dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi nō habet, is non est eius. Ex his uerbis Apostoli discimus primum, legi Dei non subiisci, esse inimicitiam aduersus Deum, probaturus enim Apostolus, sensum carnis esse inimicitiam aduersus Deum, subiecit, nam legi Dei non subiicitur. Ex hoc igitur loco certo concluditur, nos omnibus nostri partibus esse inimicos Deo, nulla enim nostri parte legi Dei subiicimur, non mente, quia non iudicamus ea omnium optima, quæ præcipit Deus, non expectamus certissima, quæ dominus siue bona pollicetur, siue mala minatur, nec uoluntate, quia quæ mandat & offers Deus, nō summa auuditate amplectimur. De uiribus inferioribus nemini dubium est, eas legi Dei repugnare.

Deinde ex hoc Apostoli dictio animaduertendum est, quod adiecit, sensum carnis non posse Deo subiisci, ex quo existit, ipsam carnis nostræ naturam legi Dei repug-

DE PECCATO

gnare. Quicquid enim non cum ipsa cuiuscum rei natura dissidet, id fieri in re qualibet potest: quare si carnis sensus legi Dei subiecti ne potest quidem, naturae eius est, sed uitiatae, aduersari Deo. Quod Dominus eo quoque declarauit, cum affirmauit, necesse esse hominem renasci, & non renatum regnum Dei uidere non posse. & Apostolus, in Christo non essentis nouam creaturam. Inimicum igitur est Deo, natura illa, quam ab Adam traximus uitiatam, quicquid in homine est, nam totum hominem innaturari necesse est, nouamque coelitus naturam accipere, qui ex humano genere redire cum Deo in gratiam debeant.

*Iohann. 3.* Tertio obseruandum in adducto loco Apostoli & hoc est, quod spiritui, & spiritui Christi, carnem opponit, ex quo intelligitur, carnis nomine significari hoc loco hominem uniuersum, ut natus est ex homine, iuxta ille luc Domini, Generatum ex carne, caro est, & generatum ex spiritu, spiritus est. Non quod renatis desit caro, aut non renati, nihil aliud sint quam caro, sed quod in renatis principatum obtinet spiritus Christi, uis illa diuina, a Deo electis suis attributa, qua credere Deo, eidemque fidere & studere ualeant: in non renatis regnet sensus peruersus carnis, id est ueteris hominis, totius scilicet eius creaturae, qua ex Adam progenita est.

Quarto in eodem Apostoli dicto considerandum est, quod ait, Qui in carne sunt, Deo placere non posse, & qui Christi spiritum non habent, non esse Christi. Ex eo enim efficitur, cum Christi spiritum nemo filiorum Adae nondum in Christo regeneratus habeat, omnes qui renati nondum sunt, esse in carne, & placere deo non posse: eoque omnes filios Adae priusquam in Christo regnatur, Deo & mente & voluntate, ac proinde totos aduersari,

ORIGINALI.

fari. Nec n. aliud Deo displicet, quam quod uoluntati  
sua optima aduersatur & repugnat.

Ad probandum ergo pijs animis hominem malo ori-  
ginis uitatum, Deo totum rebellem esse, hæc quæ ad-  
duximus loca satisficerint.

Ad tertium igitur eorum, quæ adstruēda suscepimus,  
cōfirmandū progrediamur, quod est, damnari homines  
propter uitium originis, etiam si nullū adiūciant propriū.  
Hoc uero ex p̄missis certo consequitur. Quis enim sub-  
iectiūs mentem suam D. Scripturis nesciat condemnari  
iure ad æternā supplicia, qui sempiterno uitio obnoxii  
sunt, semper impij, semper rebelles & inimici deo. At qui  
non renati in Christo, ac solo originis uitio deprauati, in  
perpetuo uitio sunt, nec unquam non repugnant & ini-  
micantur Deo.

Hoc etsi nullo adhuc opere declarent infantes, ea ta-  
men natura sunt, cui doctrina Dei, stultitia est, cuius om-  
nis sensus & iudicium ad malum propendet, & legi Dei  
subiectiūs non sustinet. Natura igitur filij iræ sunt, & quia re-  
gnum dei uidere non possunt, exterioribus tenebris, ubi  
est fletus et stridor dentium, addicuntur. Manet enim ira  
Dei super eos in finem, quandoquidē ab hac solus Chri-  
stus liberet, & liberet eos tantū, quos in se regignit. Scri-  
ptura certe duas tantū conditiones hominibus attribuit,  
regnum dei, et gehennā, hanc alienis à Christo, illud Chri-  
sto insitis, nec ulla scriptura tertiae conditionis meminit:  
nec Ecclesia unq̄ esse talem credidit, qualem post Pelagia-  
nos Pighius primus adserere audet, in qua infantes non  
renati, non solum sine poena sensus & damni sint, sed na-  
turali etiā felicitate beati, in qua nimis Deum supra oīa  
diligant & celebrent, nihil uel sentientes aduersi, uel de-  
syderantes boni. Ergo sicut etiam infantium caro & san-

<sup>1. Cor. 2.</sup>

<sup>Ioh. 3.</sup>

D E P E C C A T O

guis, dum renata non sunt, hæreditatem regni Dei non percipiunt, sed rebellia sunt legi Dei: ita infantes, quotquot non renascuntur in Christo, natura filij iræ sunt & manent, dum per Christum Deo reconciliantur, & ab ea ira Dei, cui obnoxij nati sunt, liberantur. Manente autem super eos ira Dei, felices esse nequeunt, & dum extores regno Dei sunt, exterioribus tenebris, addici recte creduntur.

Rom. 5.

Hæc Apostolus clarissime tradit, cum scribit, Per unum hominem peccatum in mundum ingressum est, & per peccatum mors: & sicut omnes homines peccatum peruersit, propterea quod omnes peccauerunt. Item, Mors regnauit ab Adam usque ad Mosen, etiam in eos, qui peccauerunt non eo modo transgressionis, quo Adam. In hoc sermone nemo orthodoxus negabit Apostolum loqui de ea morte, qua nos Christus liberat; ea autem est non tantum mors corporis, sed & animæ & mors æterna, ipsaq; gehenna. Si iam hæc mors regnum obtinet in omnes filios Adam, etiam eos, qui non ea transgressionis similitudine ac modo peccauerunt, quo Adam, hoc est, lege preposita, & scientes acuolentes, cōsequitur, omnes ab Adam progenitos, ab eius peccato sic uitiatos, & peccatores ipsos quoque factos esse, ut tyrannidi mortis æternæ obnoxij sint & ea teneantur, donec per Christum Dominum in ipso regenerati, illa liberentur.

Quid sperandum de infantibus nondum tinctis Christo.  
Hæc uero affirmo de non renatis, uel ut Pighij uerbis utar, de ijs qui ad Christi societatem & regnum non pertinent, non de non baptizatis. Confido enim Dominum ijs infantibus ad quos pertinet illa promissio, Ego Deus tuus, et Deus semini tui, etiam dum baptismate, nulla ad ipsos perueniente culpa, priuantur, regenerationem in filio suo non negare. Non, n. Deus est, ut se hac promissionem

Deum

## ORIGINALI

Deum suis fore pollicetur, nisi in filio suo eternum uiuentium. Idem & illud dictum scholæ in se continet, Deus non alligauit uirtutem suam sacramentis.

Memini D. Patres plerosq; omnes habere eos infantes, qui absq; baptismate hinc migrant, pro condemnatis ad gehennam. Spectant enim illud, quod in morte & condemnatione manent, quos cunque inde non redimit Christus, et quod Christi gratia & redemptio, non possit, a nobis quidem, cuiq; addici, nisi sit Christo initatus. At uidet hoc misericordie Dei in populū suum recte tribui, cū sanctorū suorū liberos, quos Apostolus sanctos esse pronunciat, in filio suo refingere, etiam si morte præueniti, baptismata consequi, & id absq; suorū culpa, contemptu baptismatis admissa, non potuerint. Et D. Ambrosius Valentiniano iuniori, quia in uoto baptismatis subita morte sublatus fuit, gratiam baptismatis addicit. Et pueris itaq; raptis ex hac uita, priusquam baptizari queant, ualere sineat Deus uotum baptismatis quod habent parentes, ut quanq; baptismate, tamen gratia baptismatis non destituantur, ipseq; se Deum & seruatorem huic quoq; sancto suorum semini prestat. In hoc tamen nullum profero dogma, et agnosco salutem a nobis promitti nemini posse, nisi renato ex spiritu & aqua.

Gratię uero agendę Domino sunt, qui Pighiū, postq; se restitutioni religionis tantopere opponere uoluīt, hac in re in mentē tam absurdā tradidit, quo spiritus ille quo agitat & scribit, agnoscit à simplicioribus facilius queat. Hac em in re nō Scripturæ solū, sed cunctis ad unum Patribus aperte contradicit, aquilarumq; suarū consonantē uocem manifesto respuit. Neminem enim ex omnibus orthodoxis scriptoribus proferet, qui non agnoscat obnoxios esse æternæ damnationi, quicunq; non renati in-

In oratione  
de obitu  
Imp. Valen-  
tiniani.

D E P E C C A T O

Christo fuerint. Sed & sua Romana Ecclesia , cunctaq;  
que illam sequuntur sic sentiunt. quare infantes absque  
baptismate mortuos non in commune Coemiterium se= =  
pelunt . Sint itaq; ista satis confirmata , malum originis  
esse uitium naturae humanae et uitium , quo toti aduersa  
mur Deo, & propter quod condemnamur, nisi eo liberet  
nos C H R I S T V S Dominus.

De aquilarum hic concentu, id est. S. patrum cōcordia  
bus testimonij, non est quod laboremus . Constat enim  
illos id unanimiter sensisse et docuisse , omnē hominē pe-  
rire, qui per Christū non fuerit uitē restitutus. quare recte  
D. Augustinus scripsit, Pelagianos noua quadam et mi-  
rabilī præsumptione asservisse, infantes qui moriuntur in  
Christo nondum renati, uita fruituros cōmoda, alienos  
autem fore à regno Christi. quod idem sane est cum eo,  
quod affirmsat Pighius, eos feliciter uicturos, quanquam  
bonis supernaturalibus, que Christus suis meruit caritu-  
ri sint. At D. Cyprianus respondit Fido præbytero, &  
quidem ex sententia Concilij, perdī eorū infantium ani-  
mas, quibus Baptisma negetur. Idem Ecclesia Christi  
semper credidit.

Porro quia Pighius eas, quas adduxi Scripturæ sen-  
tentias, quibus nostra fides nütitur , effugij sophistis  
eripere nobis conatur , detegenda hæc & confutanda  
sunt. Id uero quo euidentius faciamus, premittemus est,  
quid uocabulo carnis , cum ea dicitur concupiscere con-  
tra spiritum, & aduersari Deo , intelligendum sit: nam fi-  
des nostra & doctrina Ecclesiæ ihs præcipue locis constat  
& explicata est, quæ de carnis nostræ contra spiritum  
Dei, & legem Dei repugnantia testantur: & Pighius de  
his quoq; locis peculiariter nos criminat, q; confunda-  
mus omnia homonymij, inuolentesq; nosipsoſ æqui-  
uocis,

uocis, quicquid de uno significatorum dicitur, id absq; ullo delectu cuius significatorum accommodemus: in deq; scripturas non ad suam amissim & regulam orthodoxe ueritatis, sed ad nostrū ipsorum sensum & depravatam opinionem intelligamus.

Priore ergo loco significationes carnis & spiritus explicabimus, deinde nos illis recte ac proprie uti declarabimus: tum & alios locos quos pro nobis adducimus id efficere, quod ex eis inferimus, demonstrabimus. Dicidimus enim ex scripturis, nec in libris nostris tacuimus, multiplicem significationem esse huius uocis, Carnis & Spiritus. Aliquando enim (ut de Carnis significatis prius agamus) uocabulo Carnis significatur ueritas humanæ naturæ. ut, Hæc iam caro de carne mea est, &. Verbum caro factum est, &. Filius Dauid secundum Rom. 1 et carnem, &. Ex quibus est Christus secundum carnem, &. Sumus membra corporis eius, caro de carne eius, os Ephes. de ossibus eius. Aliquando cognationem significat: Frater enim & caro nostra est. Os & caro tua sumus, Gen. 37. Carnem tuam ne despixeris. Aliquando promiscuitatem hominum: Ad te omnis caro ueniet: Omnis caro uidebit pariter salutem Domini. Effundam spiritum meum super omnem carnem. Aliquando imbecillitatem humanæ naturæ. Non timebo quid mitti faciat caro. Recordatus est quod essent caro, spiritus uadens & non rediens. Maledictus qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum. Aliquando corporalem & sensibilem conuersationem ac uitam. Sic stulti estis, cum Gal. 3. spiritu coeperitis, ut carne consummamini, id est, cum spiritualem uiuendi rationem amplexi sitis auditio Evangelio, nunc perfici uelitis carnali obseruatione externarum rerum legis. Quicunque uolunt secundum faciem

Psalms. 65.

Isai. 40.

Ier. 1.

Psalms. 36.

Psalms. 72.

Hier. 17.

## DE PECCATO

Gala. 6. faciem placere in carne, hi cogunt uos circumcidit. Si quisquam alius uidetur fiduciam habere in carne, ego magis habeo, circuncisus octavo die. Aliquando uero significatur haec uoce etiam uitiositas humanæ naturæ, & quidem totius, Non disceptabit spiritus meus in hominē, quia caro est.

In hoc significatur, uisus est isto nomine Apostolus Roma. 8. Cum scripsit legis doctrinam impediri in nobis, ac obseruatu impossibilem fieri per carnem. Et qui secundum carnem sunt, ad ea etiam ferri quæ carnis sunt. Item, sensum carnis mortem esse, & inimicitiam aduersus Deum. Debitorēs sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus; nam si secundum carnem uiixeritis, moriemini; quod si spiritu facta corporis mortificetis, uiuetis. Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis non perficietis. Nam caro concupiscit aduersus spiritum &c. Item, Porro manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, adulterium, scoratio, immundicia, lasciuia, simulachrorum cultus. Qui seminat in carnem suam, ex carne metet corruptionem.

Gala. 6. Has uero omnes significationes esse Metonymias, uel Synecdochas, à propria uocis huius significatione deducetas, partim eo quod caro pars hominis est patentior, partim quod pars imbecillior, & quæ morbis ac morti præcipue obnoxia est, non erat opus monere.

Iam agamus & de significationibus huius uocis Spiritus. Ea igit, ut quidem homini tribuitur, significatur pri-  
psal. 146. mum ipsa hominis anima, facultas motusq; uitæ, iuxta illud, Egreditur spiritus eius & reuertitur homo in terrā suā. In cuius manu est anima omnīs uiuentis, & spiritus omnīs carnis. Deinde præcipua animæ humanæ portio, qua intelligimus: Castigationem ignominiae meæ au-  
lob. 12. diui, & spiritus intelligentiæ meæ respondit mihi, Quis  
lob. 10. nouit

## ORIGINĀL I.

nouit ea quae sunt in hominē, nīl sp̄iritus hominis qui est  
in ipso: Seruetur integer uester sp̄iritus, anima et corpus.  
Ita & bone & male affectiones, & singulares motus ani-  
mi, humani sp̄iritus uocant. Hinc Paulus dixit, Sp̄iritum <sup>99</sup> 1. Cor. 4.  
lenitatis, sp̄iritū timoris & uirtutis, & Hosea, sp̄iritū forni Gal. 5.  
cationis, Salomon sp̄iritū tristem, sp̄iritū sublimem, sp̄iri- 2. Timo. 1.  
tum humilem: quibus significant animum lenē, inuidum, Hosea. 4.  
fortem, in fornicationem inflammatum, tristem, sublimē, Prover. 16.  
humilem. Quicquid enim uitæ, motus, actionisq; in ho- <sup>17.29.</sup>  
mīne est, id uirtute dei efficientis omnia in omnibus exi-  
stit, atq; ceu sp̄iritus quidam ex ore eius adsp̄iratur, iuxta  
illud, Verbo domini coeli facti sunt, & sp̄iritu oris eius Psalm. 33.  
omnis ornatus eorum. Emittis sp̄iritum tuum & crea- <sup>Psal. 104.</sup>  
tur. In Deo siquidē uiuimus, mouemur & sumus. Quod  
itaq; uiuimus, id ex eo est, quod Deus inspirat animam  
uiuentem: quod uero intelligimus & sapimus, quod que  
recta sunt uolumus, inde est, quod adflat nobis intelle-  
ctum, sapientiam & rectam uoluntatem. Vnde Pro-  
pheta Iesaiā Christo domino tribuit sp̄iritum sapientię, in  
telligentiæ, consilij, fortitudinis, scientiæ & timoris Do-  
mini.

Tripliçem itaq; sp̄iritum bonum nos in hominē Chri-  
stiano agnoscimus, spiraculum uitæ, animam ipsam qua  
homo uiuit, & uiuit uitam humanam, quæ degitur ratio-  
ne: deinde singulares animi & corporis uirtutes, & agen-  
di faciendiç facultates: quarum aliquas cum non renatis  
in Christo hominibus communes habet, aliquas pro-  
prias. sic erat sp̄iritus ille, quo Dominus impleuit Be-  
zaleel, cum diceret: Impleui eum sp̄iritu Dei, ut polleat <sup>Exod. 31.</sup>  
sapientia, intellectu, scientia, & omni arte. Talis est & <sup>1. Cor. 12.</sup>  
ille sp̄iritus, de quo Apostolus, unicuiq; datur manife-  
statio sp̄iritus ad id quod conduceit. Nam huic quidem

## DE PECCATO

datur per spiritum sermo sapientiae, alij uero sermo scientiae secundum eundem spiritum, alij uero fides per eundem spiritum. Tertio est in homine Christiano spiritus ille ad optionis, & spiritus filiorum Dei, quo renascitur & fit homo nouus, filius Dei, membrum Christi, quo innouatur mens, ut scrutetur, & intelligat profunda Dei: uoluntas, ut amore studioq; Dei flagret: reliquæ uires, ut menti recte iudicanti, & uoluntati Deum amanti obsequantur & pareant. Hic est ille spiritus, qui nostro spiritui et menti testimonium prebet, quod filij Dei sumus: quo agimur qui cuncti filii Dei sumus, & per quem inuocamus Deum patrem, & iuxta Dei placita uitam omnem instituimus, cuius fructus sunt dilectio, gaudium, pax &c.

Hoc itaq; spiritu, quia facta carnis mortificamus, recte dicitur ab Apostolo, spiritum concupiscere aduersus carnem, & carnem concupiscere aduersus spiritum. Sicut enim hoc spiritu noua & celestis creatura sumus, & noua atq; coelestia. i. diuina sapientia, ita ueteri in nobis homini, hoc est, toti ingenio nostro, et ipsi a deo nature nostræ, ut ab Adâ ducta est, aduersamur. Hoc uero spiritu destituti, innatis nobis prauis cupiditatib, obsequimur, & desiderijs peccati in nobis habitantis seruimus, ut peccatum iam regnum in nostro mortali corpore obtineat.

Sed contendit Pighius carnis nomine his locis Pauli, Roman. 8, & Galat. 5, & 6, corpoream tantum & sensibilem hominis portionem, non totum hominem intelligi debere. Deinde sensum carnis τὸ φρόνημα, quem Paulus ait mortem & inimicitiam esse aduersus Deum, interpretatur sensum literæ occidentis, qui pugnet cum spiritu uiuificante, hoc est, ut ipse nobis tradit, sensu legis spirituali.

Porro

Porro pius Lector, & qui ex Scripturis veritatem cognoscere, non serere contentionem studet, is non *Carnis* minus totum hominem uitiatum, *Carnis* uocabulo intelligendum putabit, in his locis, quibus prædicat Paulus, per carnem impediri in nobis doctrinam legis, & Deo placere non posse qui sunt in carne, inimicitiam esse aduersus Deum sensum carnis, & similibus, quam totum hominem uocabulo *Carnis* intelligendum nō uit, cum eo uel hominum natura, uel promiscuitas, uel cognatio, uel imbecilitas exprimitur. Quæ enim ratio, cum totum hominem, constantem anima & corpore *Carnis* nomine intelligimus, quando dicitur, Verbū caro factū est, Omnis caro uidebit salutem Dei, Non formidabo, quid mihi faciat caro, ut non totū etiam hominem hac uoce intelligamus, cum dicitur, Quod natū est ex carne, caro est, Caro concupiscit aduersus spiritum. Certe idolatria, inimicitiae, factiones, quæ Paulus inter opera carnis connumerat, non tantum corporeæ portionis, sed totius hominis opera sunt: imo nec adulterium, & scortatio nobis uitio uertentur, & nostra flagitia censebuntur, nisi ea & mente admittantur. Ex corde enim profiscuntur, inquit Christus, mala consilia, cædes, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. Ita cum Paulus hypocritas angelorum religionem superstitione mentientes dicit inflatos esse mente carnis suæ, non tantum inferiorem hominis portionem, quæ solo sensuum iudicio fertur, uocabulo *Carnis* intellexit. Ergo Scriptura illis locis quibus carni tribuit aduersari spiritum, & inimicari Deo, idem *Carnis* nomine significat, quod Paulus per ueterem, externum, & animalem hominem, hominem scilicet totum, ut ab Adam genitus est, mente, uoluntate & infec-

## DE PECCATO

floribus uiribus uitiatum, ita ut Apostolo nouus homo,  
totus homo est, ut si ex Deo in Christo renatus est.

**Aliquid  
earnis ma-  
net etiam  
in homini-  
bus renatis** Hæc autem renascentia, quia hic perfecta in nobis non  
est, tantumque adhuc de ueritate primæ nativitatis adha-  
ret, uetus homo semper adhuc exuendus & nouus induen-  
dus manet. nec sensibus tantum, & qui hos sequuntur af-  
fectibus, sed etiam spiritu mentis nostræ & uoluntate,  
quaæ à mentis iudicio excitatur, innouandi sumus. Mens  
enim dum hic uiuimus, ad diuina omnia misere adhuc  
cæcutit, nec unquam promissis Dei satis fidei accommo-  
dat, quare & uoluntas cum iussa, tum iudicia Dei, mul-  
tum adhuc auersatur, nimisque diluta charitate Deum in  
beneficijs suis complectitur.

**Rom. 12.** Proinde hortam nos Apostolus toties, ut transformemur  
innouatione mentis nostræ, ut innouemur spiritu mentis  
nostræ, ut exuamus ueterem hominem, induamus no-  
uum, qui renouatur in cognitionem secundum imagi-  
nem eius, qui condidit eum, hoc est, qui ut augetur co-  
gnitione certa uiuacque filij Dei, ita etiam uoluntate, & to-  
tis uiribus ad imaginem Dei indies magis atque magis cō-  
formatur. Ita idem ipse homo totus & omnibus sui par-  
tibus duplex est, nouus, et ad imaginem dei restitutus, qua-  
tenus scilicet agitur spiritu Domini: uetus, & ab imagine  
Dei demutatus, quatenus agitur eo spiritu, qui est efficax  
in incredulis, à quo est ille γρ. ψ. qui facit hominem  
plane seruire peccatis.

Sie loquitur spiritus sanctus, quo nemo certius, aut ma-  
gis perspicue de his rebus loqui potest: quare nulla cau-  
sa fuit, ut Pighius se tantopere oblectaret argutando  
& exagitando nostros, qui duplē in renatis ani-  
mam faciunt, aut fidelem animam in duas, & inter  
se pugnantes partes à regeneratione secant, quaque  
parte

parte illa à spiritu Dei possidetur & regitur, ad immortalitatis amorem studiumq; uectam, in iustitiam, puritatē, sanctitatemq; totā intentā esse affirmant: qua uero parte naturalem adhuc affectū retinet, in terrae corruptione uolutari, prauisq; cupiditatibus immersam, quid pulchrum & bonum sit, non uidere.

Hæc sunt Pighio incomprehensibilia ænigmata, ad quæ explicanda multos Oedipos requirit. At nullo ad hæc intelligenda opus ei Oedipo est, sed solo spiritu Christi, qui ei mirificam illam suisplius fiduciam, & im-  
mensum odium nostri eximat, mentemq; eiusmodi in-  
dat, quæ ex Scripturis Dei discere studeat, non in illas  
uel sui ingenij figmenta, uel tradita à scholis Romanæ ty-  
rannidi obnoxij, inferre laboret. Apostolus ipse à re-  
generatione duplicom hominem facit, & duas in eodem  
homine partes inter se pugnantes statuit. quid igitur ab-  
surdī, si & nostri duplice dicant in renatis animam esse,  
uel duas animæ partes, sibi inuicem aduersarias: Nullam  
enim ob id substantię animæ rationalis sectionem indu-  
cunt, sed tam rationem, quam uoluntatem, animæ ratio-  
nalís potentias, nondum plene inhouatas, et nondum ple-  
ne ac semper regi à spiritu Christi intelligunt.

Nec ignorant & ante regenerationem aliquid spiritus & mentis esse in homine, quo ut Deus & quæ iusta & ho-  
nesta sunt, hoc est, præcepta Dei cognosci aliquatenus ne ante re-  
possunt, ita etiā existit in quouis homine, quedam ad offi-  
cium excitatio, et neglecti officij reprehensio. Nā qd mēsin nem.  
rebus experēdis & agēdis cognouerit bonū, id nō potest  
uoluntas nō statim expetere, et ad quārendū autagendū  
illud mouere, ut & auersari, & fugere quod mens intelle-  
xerit malum esse. Et eousq; Deus æternam potentiam &  
diuinitatem suā omnibus hominibus manifestat, ut cum

## DE PECCATO

Se eti non dedunt, & gratias agunt, nec ut Deum glorificant, omni excusatione destituantur. inscriptisq; legem suam omnium cordibus: ut de recte & praeue factis attestetur cuiq; sua ipsius conscientia, et prout legi huic quisq; obsequutus futerit aut secus, accusent unumquemq; uel excusent, etiam in die domini, sive ipsius cogitationes.

Quanquam igitur iij, qui nondum a malo origini i substituti in Christo, & renati sunt, non adflantur eo spiritu, omnes he quo Deum sic cognoscere ualeant, ut eum etiam uere co mines ali terent, uerbisq; eius soliditerentur, tamen non uacant quo modo omni spiritu Dei, sed eo & ipsi adflantur, quo Deum ea tenus sanè agnoscunt, ut si non sicut Deum glorificant, nullam habeant, quæ eos leuaret, impietatis excusationem. Quapropter non dicimus nondum regenitos in Christo uacare omni spiritu, sed affirmamus eum spiritum qui alienis adhuc a Christo adspiratur, non eò ualere, ut illi, Deum & præcepta Dei ita cognoscerent, ut Deum, tanq; Deum colerent, & præceptis eius se se addicerent. nam homini vix hæc stultitia sunt, ait Apostolus, nec potest ea percipere.

Adflari itaq; nos adhuc sublimiore & diuiniori spiritu Dei necesse est, quo ea quæ donata nobis sunt, siccognoscamus, ut his etiam acquiescere, & Deum ut Deum colere, & in præceptis eius studiose uersari possimus.

Et hic demum spiritus, uel mens hoc spiritu adflata, ac ita innouata, adeoq; homo nouus, is est, qui contra carnem, hoc est, spiritum, animam & corpus, ut hæc prima natuitate edita sunt, hoc est, contra totum ueterem hominem cōcupiscit & dimicat. Adhuc em mens cæcutiens ad diuinam, & sensibus in cognoscendis & iudicandis rebus utes, preferit terrena cœlestibus, sectatur presentia, negligit futura, diffidit Deo, confidit sibi & rebus quas cernit. An-

## ORIGINALI.

ma, quæ præsenti uitæ uidentur commoda & iucunda  
immodice, & contra rationem, expertit. Corpus, quæ se-  
sus titillant, Homo autē quatenus adflatus & obsigna-  
tus est spiritu illo filiorū Dei, spiritu regeneratore, agno-  
scit quidem in solo Christo omnia sibi bona proposita,  
ac ideo oportere se in hoc Deum & uitam sempiternam  
sic complecti, ut Deum quoq; amet in Christo, colat, præ-  
ceptisq; eius inhæret toto corde, tota anima, totis uiri-  
bus. at quia inhæret etiam nunc in membris eius lex, re-  
pugnans legi mentis, hæc cognitio adeo est ex parte &  
imperfecta, ut nec amare & colere Deum toto pectore,  
nec præceptis eius pleno studio sese dedere ualeat. itaq;  
semper in sanctissimis quoq; hominibus, reliquum ma-  
net uitium incredulitatis & contemptus Dei, neglectus  
proximi & cupiditas depravata omnium rerum. unde  
subinde existunt in eis praua desideria, que, tametsi Chri-  
sti spiritu inhabitante reprimantur & condemnentur, ta-  
men quia existunt, argumento sunt, nondum diligi ab  
eis Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex totis uiri-  
bus, peccatiq; legem, atq; adeo peccatum ipsum cui De-  
us iuste irascitur, adhuc inhabitare in eis.

Ex his itaq; abunde liquebit omnibus, qbus cordi est  
ueritas Christi, non contentio antichristi, nos illa scriptu-  
rae testimonia, que testantur, quicquid ex carne nascitur,  
carnem esse uitiatam, & carnis sensum, mortem & inimi-  
citiam esse aduersus Deum, eodq; Deo placere non posse  
qui secundum carnem uiuunt, & spiritu Christi regene-  
ratore omnibus natu ex Adam opus esse, suo uero ac simi-  
plici sensu intelligere & proferre: nulliscq; homonymis  
uel nos ipsos, uel alios inuoluere, nec quicquam de carne  
nostra, id est, uitiata natura nostra uniuersa, ut ab Adam  
tracta est, neq; de spiritu Dei, quo seu regeniti, seu nondū  
regeniti

## DE PECCATO

regeniti homines afflantur & aguntur, aliud affirmare, quād quod in his ipsis oraculis suis quē adducimur, spīritus sanctus ipse docet. quęcūq; denique contra hæc Pighius adduxit, inanis esse commenta, & effugia fruſtranea, sicut illud est, quod locum illum Pauli τὸ φρόνμα carnis est inimicitia aduersus Deum, interpretatur de sensu literali occidente. quod q̄̄ friuolum sit, quis non uidat, qui quidem locum hunc aliqua animi praesentia legerit, nam ex eo ipso satis superc̄̄ patet, Apostolum carnis uocabulum in hoc dicto, eodem omnino sensu usurpare, quo pr̄cedenti capite, pro carne scilicet, in qua peccatum est, & quam corpus etiam uocat illud, quod propter peccatum in sanctis mortuum esse oportet, cuiusq; facta, qui Christi sunt, mortificare debent.

Conatur uero Pighius & alia scripture testimonia eludere, quē pro Catholica ueritate proferre consueuimus,

*Omne fig\**  
*mentū cor*  
*dis huma=*  
*ni malum.*

sed pari uerisimilitudine, qua illa, quæ docent carnem nostram, id est, totum ueterem hominem, peccato Adæ, in seipso quoq; uitiatum & perditum esse, & spiritu Christi reformatore, ac regenitore opus habere. Nā testimonia illa genesis de יְהוָה יְהוּ id est, malo figmento cordis, qđ

*Ge. 6 et 8.* à puerō inesse hominibus spiritus sanctus affirmat, in priore loco, de adultorum hominum eius sæculi peruersitate, in posteriore, de pronitate tantum ad malum interpretatur, indeq; concludit, nos spiritui sancto, factori hominis, hoc falso, impie, & blasphemè affingere, omne figmentum humani cordis, id est, quicquid ingenium nostrum concipit, agitat, instituit, molitur, tantummodo, semper, & necessario malum esse.

Primum omittit Pighius hæc nostra uerba repetens, particulam ex se, quam nos in hisce orationibus adiçere solemus. Nouimus enim Deū plerunq; multa bona atq;  
humano

humano generi salutaria, & consilia & facta efficere in nō  
renatis hominibus, qui Satanę adhuc mancipia existunt.  
Bonum certe & salutare hominibus opus est in nomine  
Christi prophetare, daemonia ejūcere, uirtutes facere, at ta-  
men testatur dominus ipse, se plerisq; qui ista fecerint,  
dicturum, nunquam noui uos, Discedite à me operari  
iniquitatis: ita Deus quotidie per malos quoq; & in ue-  
tustate carnis perseverantes, multa & præclara beneficia  
suis fidelibus præstat. Habet enim in manu sua non regū Prover. 24.  
tantum, sed omnium quoq; corda, etiam malorum, qui in  
potestate adhuc detinentur tenebrae: & sicut quis aquā  
in prato, ita ipse consilia omnium deriuat & dirigit, quod  
ipſi uisum fuerit: imo ut operatur omnia in omnibus, sic  
efficit sæpe in animis eorum, qui prorsus deploratae im-  
pietatis sunt, quæ bono & salutē sint suo populo.

Interim tamen uerum est, quicquid homines, etiam  
sanctissimi, ex seipsis, hoc est, non ex Christi spiritu, illo re-  
generatore, sed ex eo spiritu quo nunc natura homines  
pollent, quem Deus omnibus hominibus, etiam non re-  
genitis aspirat, hoc est ex humano & ueteri corde, conci-  
piunt, instituunt, faciunt, id malū & uitiosum esse, quod  
quidem ad ipsos homines, qui id faciunt, attinet, quantū  
libet illud ipsum Dei beneficio multis uerē bono sit. Nā  
nemo hominum ex suo illo naturali spiritu quicquam ad  
Dei gloriam, & ueram proximorum salutem, ut quam sc̄i  
licet utrancq; ex eo spiritu ignoret, referre potest. atqui hūc  
finem lex Dei cunctis humanis cogitationibus, dictis &  
factis proponit. Cum itaq; certum sit, actionem hominis  
fine, non effectu aestimari, & cor humanum sibi relictum,  
& spiritu Christi nouatore nō excitatum & actum, finem  
bonæ actionis, gloriam Dei & hominum in Christo salu-  
tem, respicere non posse, constat sane omne figmentum

D E P E C C A T O

humani cordis, q̄ ita eius figmentū sit, ut inspiratio spiritus Christi reformatoris nō sit, semper et necessario malū esse. Nō, n. id ad suum finē, ut lex dei præcipit, sed ad alienum, quē depravata spectat cupiditas, referri necesse est.

Iam ad loca illa duo libri Geneseos, quorum prior sic habet. Vīdit dominus quod multa esset malitia hominis in terra, & omne figmentum cogitationum cordis eius tantum malum omni dīe. Hoc loco non inficiamur com memorari cunctam mortalium uitam eo tempore ad omnia scelera atq̄ flagitia projectam fuisse, nec quicq̄ nisi quod sceleratū & flagitiosum esset, homines eius sacerduli unq̄ cogitasse aut proposuisse. At unde in hoc extremū malorū uniuersum hominū genus peruererat? Nunquid ex eo, quod dominus offensus impia hominū aduersus suam benignitatē ingratitudine, & à diuinis actionibus ad foedas uoluptates abiectione, sp̄iritū suū qui consilia & facta eorū publice & priuatim iudicans, peccata auertisset & officia excitasset, ab illis retraxerat? Nam præmisit Moses, cum filijs Dei, præstantissimi scilicet hominū formis capti filiarum hominū, id est, uilium fœminarum, cum illis se impotentius cōmisiuerint, Dominum dixisse, non iudicabit sp̄iritus meus in homine in perpetuum, hoc est, nec priuatim, nec publice hominum cogitationes & actiones dijudicans & reprehendens, innatā nequitiam illorum, & iniūtitatē auertet, ad frugalitatemq̄ & iustitiam eos impellet, eo q̄ caro sunt, deprauationi naturae suae toti dediti, tempus itaq̄ ad resipiscendū reliquū eis erit centum & uiginti anni. Inde itaq̄ homines huius seculi ad extremam illā immanitatē scelerū sese præcipitauerant, quia meruerāt sp̄iritu dei deserit, & consilijs cordis sui penitus relinqui. quod cū factū esset, figmentum cogitationum cordis ipsorum tantum malū esse potuit omni tempore. Nā hoc, ut alter locus habet, per se malū est,

Ita .n. hic alter locus habet. Figmentū cordis hominis malū ab adolescentia sua. Nō .n. haber scriptura, ut Pighius legit, sensus & cogitatio hominis ad malū prona sunt. Hoc igitur loco sp̄ritus dei affirmat, figmentū cordis humani à puero malum esse: priore, si homo sublato sp̄itu Dei sibi relinquatur, tantum malum esse omni tempore, quapropter recte uterq; locus adducit, ad ostendendum, omnem hominem in Christo non renatum, quenq; inno-  
uator totius hominis sp̄iritus Christi nō egerit, eum nihil à puero aliud, quam quod malum est, quod quidem ad ipsum attinet, & concipere & facere posse, nā in malum, ut Gr̄eci recte uerterunt incumbit. Sic .n., illilegunt ἔγκεια  
τοῦ διάφοροῦ τοῦ αὐθεόπετοῦ πίπτει πονηρὰς καὶ οὐδέποτε. i. incum-  
bit in mala cogitatio hominis à iuuentute.

Nec uero istuc, figmentum cordis humani à puero ma-  
lum esse, à Mose ut ratio mitigandę pœnę hic subiectum  
est, ut Pighius singit, sed ut ratio necessitatis parcendi ter-  
ræ propter alium, quam propter hominem ex Adam cō-  
muni lege natū. Sic enim uerba Mosi habent. Odoratus  
est dominus odorē placationis, indubie ex sacrificio Chri-  
sti, in sacrificio Noah representato, & dixit dominus in  
corde suo, nō maledicam post hac terrę propter hominē,  
nam figmentum cordis humani malū à pueritia sua. Cau-  
sa itaq; ut Dominus terrae parcat, & non amplius maledi-  
cat propter hominē, qui id perpetuo meretur, est meritū  
Christi, quo placatus deus, dixit, se terrę deinde nō male-  
dicturū propter hominē, utcunq; id iugiter merentem. Et  
quod præterea Dominus subiecit, nam figmentū cordis  
humani malū à pueritia sua, id ut caussam adiunxit, cur si  
bi, si terram seruatam uelit, non cæterorum hominum,  
sed filij sui meritum spectandum sit: postq; illi nunq; non  
merentur propter se maledici terram, & quicquid ad

## DE PECCATO

usum eorum conditum est, eo quod malum est, à puero  
figmentum cordis eorum, hoc est, quicquid animo conci-  
piunt. Eadem ergo ratione, hoc, nam figmentum cordis  
humani malum est, adiectum illi dicto est, nō maledicam  
terre propter hominem, qua Psal. 130. præcationi illi, Do-  
mine audi uocem meam, & sint attentæ aures tuæ, ad uo-  
cem deprecationum mearum, subiectum est, si iniuncta-  
tes obseruaueris, quis subsistet? Et plurimis alijs quoq;  
scripturæ locis imploratæ misericordię Dei, ceu causa sub-  
iicitur, confessio peccatorꝝ, sed ut causa ob quā misericor-  
dia Dei necessaria nobis sit, nō per quam illā mereamur.

Hæc qui recte considerarit, uidebit & ista nos ex Ge-  
nesi testimonia probe, atq; suo germano sensu pro ortho-  
doxa, De peccato originali, sententia adduxisse, eamq; ex  
his ipsiis testimonij recte concludi & confirmari.

Tertius locus, quem eripere nobis Pighius laborat, est  
desumptus ex tertio cap. ad Rom. ubi Apostolus uolens  
probare etiam Iudeos, dum absq; Christo essent, impieta-  
te, & omni genere scelerꝝ atq; flagitiorū perditos fuisse,  
coaceruat aliquot sententias ex Psalmis & Isaia, quibus  
uita eorum extra Christum conuincitur fuisse semper, si-  
c ut & gentium, omni impietate & scelere adobrutam. ut,  
Non est iustus, ne unus quidem, Non est intelligens, Nō  
est querens Deum. Omnes declinauerunt, & inutiles fa-  
cti sunt, nō est qui faciat bonitatem ne unus quidem &c.  
Ex his enim Scripturæ sententijs nos colligimus, omnes  
homines sic origine uitiatos atq; perditos esse, ut nisi per  
Christum renouentur ad iustitiam, neminē prorsus ex uni-  
uerso hominum genere existere carnaliter natū, qui sit iu-  
stus, qui recte sapiat, qui Deum inquirat &c. quod quam  
firmiter colligamus, hinc iudicet pius Lector.

Qui ea, quæ Apostolus in hac Epistola primis tribus  
capitibus.

capitibus differit, recte considerauerit, ille assentietur no**n** Propositi**ū**  
 bis, propositum Apostolo in hac disputatione fuisse, nō Paulo in 3:  
 tantum, ut Pighius dicit, Iudeos & gentes inter se, utrisc<sup>p</sup> ca. priorib:  
 culpati et laudatis conciliare, sed ostendere quām necel- ad Roma.  
 faria esset utrisc<sup>p</sup> fides in Christū. Hanc enim, ut & apud ostendere  
 Romanos conseruaret synceram, & confirmaret, suis que  
 fructuosam officijs faceret, totam eam Epistolam ad il- quam nea  
 los scripsit. Demonstrauit itaq; ambobus, cū ex ipsorum cessarius  
 uita, tum criminazione Scripturę, absq; fide in Christum,  
 nec philosophiam & religiones suas Gentibus, nec legē  
 & à Deo ipso traditas ceremonias Iudaeis id præstare po- omnibus  
 tuisse, quo minus scelerate & flagitiose uiuerent, qui- Christus sit  
 tunc extra Christū uiuerent. Nā & in Gentibus extite-  
 runt, qui in fide Messiae, in carnē adhuc uenturi, uixerunt  
 sicut, & Iudæi, quicunq; uere Iudei & filii Abraham exti-  
 terunt. Cum ergo utrique & suis ipsorum operibus, &  
 Scripturæ testimonijs ab Apostolo conuincerentur, qui  
 cunq; non ex fide Christi uixissent, eos semper in extre-  
 ma impietate, nequitia & iniuitate uixisse, cognoscere:  
 inde potuerunt, Deum omnia conclusisse in incredulita Rom. 11:  
 tem & sub peccatum, ut omnium misereretur, & promis- Gal. 3:  
 sio fidei Iesu Christi daretur credentibus, & per remissio-  
 nem peccatorum in nomine Christi iustitia Dei exhibe- Rom. 3:  
 retur, idque maxime tempore Christi, quo maxime etiam  
 omnia sclera & flagitia, tam apud Iudæos, quām Gen-  
 tes inualuerant.

Cum ergo constet has ab Apostolo sententias ex Psal-  
 mis & Prophetis in hoc congregatas, ut ostenderet, qcunq;  
 fide Christi destituantur ad unum omnes esse nudos om-  
 ni iustitia, sapientia, & uera religione, ac ideo omnes hu-  
 iusmodi ad omnem peruersitatem uita se abiçere, ne-  
 quā putres, & abominabiles esse, nos recte inde preterea

## DE PECCATO

Omnis ho- concludimus, carnē nostrā, id est, naturam totam, ut ab  
mines ex- Adam ingenita est, quandoquidem alios ex se fructus,  
tra Christā proferre non potest, in ipsa origine uitiatam & perditam  
iniuste & esse. Si em̄ constat, ut constat, Apostolum memoratas sen-  
perdite ui- tentias hoc in loco ea causa coaceruasse, ut ostenderet ne  
uunt, ergo Iudeos quidē, ac ideo nullos prorsus homines extra Chri-  
natura eo- stū aliqd iustitie, recti iudicij, aut religionis habere posse,  
rum uitia- constat certe & hoc his ipsis sententijs effici, uniuersum  
ta & per- hominū genus extra Christum, esse uacuū omni iustitia,  
dita est. & projectum ad omnem iniustitiam. Iam quod omnium  
hominum est, id naturae eorum est, at non initio conditę,  
quę bona & Dei imagine ornata erat, ergo in Adam ui-  
tiatę. Infecta igitur ac plane perdita est peccato Adæ to-  
ta hominis natura, ut ea ab Adam ducitur. Hęc demon-  
stratio num uera certaque sit, iudicent, qui sensu aliquo  
Christi prædicti sunt.

Quanquam igitur Apostolus illa congesta criminā  
in mores Iudaicę gentis attulerit, ex quo Pighius male in-  
fert, ergo non in naturā, liquet tamen abunde ex dictis,  
sic ea in mores Iudæorum ab Apostolo esse coniecta, ut  
ostenderet naturam hominis, si non per Christum resti-  
tuatur, nullis alijs moribus pollere posse.

De uniuersitate uocum contrahenda hoc loco, cum  
Scriptura testatur, omnes declinasse, & nullos iustos aut  
intelligentes esse, Pighij commentatio frustranea est, ut  
enim alicubi omnes homines in scripturis pro omnibus  
certi alicuius generis uel ordinis, uel pro multis tantū, &  
non simpliciter pro omnibus qui homines sint, accipias-  
tur, hic tamen nemo prorsus ex Adam genitus, hac uni-  
uersitate excipitur, dum in Christo non fuerit renatus fi-  
lius Dei. Vere enim quicunq; in Christo nō refinguntur,  
nec alias Dei bono spiritu alio impellunt, ex senihil aliud  
quam

quām scelera et flagitia omne genus proferent, cū natura sicut filij iræ, ita & peccatores sint, & Satanæ mancipia, qui in filijs incredulitatis efficaciter operatur.

Superest quartus locus, quem Pighius perperam adduci à nobis pro sententiâ Ecclesiæ catholicæ calumniam, is est Ecclesiastæ, cuius uerba sic habent: Solū uide hoc Eccles. 7. inueni, qđ fecit Deus hominem rectum, & ipsi inquisierunt cogitationes multas, hoc est, prauas & molestas curas ipsi sibi cōquisierunt. Nos uero nechunc locum, nec prius adductos primi, sed secuti in eo S. Patres intulimus, ad probandum humanum genus, Adæ peccato perditum. Quod autem Pighius hunc locum ad solum Adæ cōtrahit, id partim imperitia linguae sanctæ, uel potius indiligentia, nam apud D. Hieronymum uerâ eius uersionem legere potuerat: partim argumento hoc inductus fecit. Absurde dici infantes, cum differentiam boni & mali ignorent, seipso multis immiscuisse quæstionibus. Sed fac esse, de adultis & ratione utentibus tantum hoc intelligendum sit, tamen confirmabit & hic locus nostram de peccato originali, imo Ecclesiæ sententiâ. Si enim primus homo rectus factus est, unde illa natorū ex eo depravatio, ut nō & ipsi recti sint, sed in tot malas & noxiis se ipsi curas implicit, nisi ex uitiatore in origine ingenio, & depravatione naturæ? Hoc enim mali, molestas & perniciose sibi ipsi cogitationes & soliciitudines accersere, cum sit omnium ex Adam progenitorum commune malum, naturæ id esse, sed uitiatore, liquet. Nec ergo locus hic à nobis in alienum sensum detorquetur, nec uacat arguemento rato ad demonstrandum, natum filiorum Adam sic esse in ipso ortu uitiatam, ut nulli non in seipsis quoque uitiosi sint, nisi non sit uitium conquirere cogitationes curasque multas, & iudicio recto,

quo

D E P E C C A T O

quo primus homo à Deo factus est, contrarias. hæ enim à Salomone rectitudini, qua homo primum conditus est, opponuntur.

Hactenus Ecclesiæ Christi vindicare uolui testimonia scripturarum, quæ Pighius sophisticis suis commentis extorqueri conatus est : nec dubitamus ea nos sic ad seruisse, ut nemo eorum, cui sit animus idoneus ad doctrinā Christi, non intelligat, nos ea omnia uero ac proprio sensu intelligere atq; proferre, & ex eis etiam uere certosq; concludere, quæ in definitione peccati originalis ponimus. Esse scilicet illud uitium totius hominis. & uitium quo omnis homo Deo, dum per Christum regnatur, cunctis uiribus suis aduersatur & repugnat. & uitium quo æterno addici supplicio merebitur. Tum etiam illud abunde ex his, quæ exposuimus liquet, Pighij commenta, quibus eludere hæc Spiritus diuini oracula conatur, non solum nulla ueri similitudine nitit, sed aperte quoq; contradicere cum Scripturis ipsis, tum etiam Catholicæ S. Patrum interpretationibus. Perstat igitur & perstabit in æternū, quam peccati originalis definitionem adferimus, eaque nos non Augustinum solum, sed totam etiam veterē Ecclesiā secutos esse constat.

Iam si in hac non tam nostra quam Ecclesiæ definitio ne nihil inest, ut non Pighius modo, sed nec quisq; alius unquam inesse quicq; ostendet, nisi qd & diuinis literis & doctrina certa Ecclesiæ traditum est, effectū & illud est, nos definiendo peccatum originale, nec nouasse quicquam, nec ausos esse aliquid nobis indignum.

Hæc ad primum Pighij crimen respondere uolui, quo nos accusat irreligiosę temeritatis & audacię, quod definiere nobis permiserimus, quid peccatum originale sit, cū prisci patres ut ipse ait, sed falso, ab eius definitione ad

Augusti

Augustinum usq; sibi omnes temperarint, contenti conserteri & docere, quod sit, uerboſius quidem hęc omnia explicauimus, & uindicauimus, quam religiosis mentibus opus sit: at qđ Pighius qđ uerboſissimis strophis, & quanq; eiusdem, & paucis, tñ alia & alia forma repetitis, obtruis & inculcatis ueritati catholicæ partim obscurande, partim auertendæ insidiat, uisum est paulo fusiū etiam exponere & cōmunire ea, à quibus huīus loci cætera dependent, in quibus explicandis atq; defendendis eò studebo esse breuior.

Alterum ergo crimen, quo Pighius nostram, imo Ecclesiæ Christi ueterem & probatam doctrinā, oppugnare conatur, est, quod definitius peccatum originale, concupiscentiam. Negat enim hanc uitium esse, & contendit peccatum originale primi tantum hominis peccatum esse, non aliquid quod insit in ihs, qui ex Adam progeniti sunt. Nos quidem, ut superius satis exposuimus, uitii & peccati originale eam dicimus totius hominis prauitatem & peruersitatem, qua rebelles Deo toti sumus, & mente & uoluntate, & reliquis uiribus, quibus nimirum omnibus, non auersi modo à Deo sumus, sed etiam aduersarij & inimici, cuius prauitatis & peruersitatis uim cum concupiscendo aduersus spiritum Dei maxime in nobis deprehendimus, D. Augustinus hoc malum concupiscentia proptiam uocauit, secutus illa Pauli: Ne regnetitur peccatum morbo <sup>Cōcupiscentia pro</sup> in mortali uestro corpore, ut obediatis concupiscentijs ue expetens eius. Item: peccatum non cognoui nisi per legem. Concupiscentiā enim ignorabam (peccatum esse) nisi lex dixisset: Non concupisces. Peccatum uero occasione sumpta effecit in me omnem concupiscentiam. &, Caro concupisicit aduersus spiritum. Item, Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum morbis & concupiscentijs.

## DE PECCATO

**Quare d:** His locis tribuit Spiritus S. carni, hoc est, uitiatæ ab A  
Augustinus dam hominis naturæ, & peccato in hac carne inhabitanti,  
originale cōcupiscere aduersus legem & sp̄itum dei. Cum igitur  
uitium con nullū suppeteret cōmodius, Augustinus hoc ipsum uitium  
eupiscen generale, & morbi hunc totius naturæ hominis depraua  
tiam uocat.  
rit.

ita etiam impie concupiscit, concupiscentiam uocavit, n̄i  
mirum qualitatem affectam & moribum, ex motu & actu  
eius. Hūc sequuti pleriq̄ nostrum cum scholasticis, eodē  
nomine malum illud ab Adam tractum appellamus. Sed  
eo nomine (ut dixi) non concupiscendi tantum n̄t̄or in  
telligimus, uerum uniuersam illam infectionem &  
de-  
pravationem hominis, quæ in se comprehendit quic-  
quid est in homine à peccato Adæ, uel ignorationis &  
prauitatis in iudicando, uel morborum peruersè appeten-  
di. Vnde Apostolus Christianis tribuit crucifigere car-  
nem suam, non cū uno tantum morbo, aut una concupi-  
scentia, sed cum morbis & cōcupiscentijs, quæ scilicet ma-  
la multa & uaria sunt, sed ab uno generali morbo & uitio  
demanantia, quo ignorantes Deum, & auersi à lege Dei,  
id est, certa recte uiuendi ratione, prauè & peruersè, cum  
iudicamus, tum expetimus omnia.

Atqui quod Pighius praeterea audet scribere, D. Au-  
gustinum nec tentare quidem (quod ipse meminerit)  
suam de concupiscentia & peccato originis sententiam,  
seu authoritate scripturæ, seu ulla uia argumentationis af-  
serere, sed solum simpliciter affirmare, isthuc quām im-  
pudenter dictum sit, non ignorant qui libros D. Augu-  
stini contra Pelagianos legerunt. Nec enim uir ille Dei  
proullo Christianæ religionis dogmate depugnauit acri-  
us, tam scripturis, quām rationibus ex scripturis colle-  
ctis, quibus etiā clarissime & certissime euicit, eum re-  
demptio-

demptionem humani generis per Christum factam negare, qui non agnoscit concupiscentiae morbum, legem peccati, omnibus communis lege ex Adam natis infantibus adnasci, eosq; aeternis obnoxios supplicij facere, Quare ad profligandum impium hoc, olim Pelagianorum, nunc & Pighij dogma, quo affirmatur nihil uitij proprij infantulis innasci, quo gehennae addicantur, si per Christum non fuerint renati, omnes eas scripturas profert, quibus paulo expressius prædicatur, per solum Christum liberari aeterna morte, qui ex Adam progeniti sunt, nec aliud sub cœlo nomen esse, à quo homines salutem & uitam consequi queant.

Sed hoc cum omnibus qui D. Augustini contra Pelagianos libros legerunt notissimum sit, non est ut de eo multa uerba insumam, illud potius nobis defendendum est, quod in Lutherio & omnibus nobis reprehendit, nos ratione inefficaci probare, morbum innatum prauè concupiscendi esse rem iniuisam Deo, quæ nos iræ diuinæ reddat obnoxios. Nam præceptum ultimum Decalogi, ex quo sententiam hanc nostram asserere conemur, non affectam qualitatem, ac morbum male concupiscendi, sed concupiscendi actum prohibere. Non concupisces, enim habere scripturam, non, Ne insit tibi morbus concupiscendi. Deinde non esse in nostra potestate, nasci sine hac appetendi qualitate, non magis, quam non nasci sine ui tangendi. quod autem ut insit nobis, uel non insit, non est in nostra potestate, id interdici nobis non posse. Tertio, hanc qualitatem affectam esse bonum Dei opus, non igitur uitium, quod lege diuina prohiberi queat.

Ad primum Pighij argumentum ductum ex formu-

## DE PECCATO

la præcepti, quod actum, ut ait, non uirtiosam qualitatem uerbet, dicimus, uerbis quidem præcepti, actum tantum concupiscentiæ exprimi, sed non hunc tantum hoc præcepto damnari. Exprimitur etiam hoc diuinæ legis capitole sola habendi cupiditas, nihil de appetitione principatus, aut gloriæ, uel uoluptatū: Apostolus tñ recte hoc præcepto omnē prauam cupiditatē damnatam intellexit; ac ideo illud sine ea, quæ in Decalogo ponitur, rerum cōcupisibilium cōmemoratione, adduxit simpliciter. Nō concupisces, non adiiciens, uel domū, uel uxorē proximi, uel quicq; aliud. Ita in 6. cap. Decalogi, sola cædes, in septimo tantum adulterium uerbis exprimitur, at illo uetitam etiā iram, & hoc omnem alienæ mulieris appetentiam, Dominus ipse interpretatus est. Notæ sunt studiosis scripturarum istę Synecdochę, quibus ille, cum id quod notius, & omnium cognitioni obuium est diserte ponunt, omnes quoq; cuiuscq; rei causas, & quoq; modo connexa, simul cōplectuntur, tam in bonis, quam in malis. In quinto De calogi cap. si uerba sola spectes, tantum reuerentia parentibus præstanda præcipitur: at cum nemo quenq; possit uere reuereri, & in precio habere, & pati ut esuriat, siquidē alere eum ualeat, Dominus ipse interpretatus est, hoc præcepto impositum filijs ut parentes alant, & phariseos docuisse præcepti huius transgressionem, cum filios doceant offerre templo, quæ requirebat usus parentum.

Ita ergo & in decimo Decalogi cap. cum nominatiū alienę domus, & possessionis appetitio prohibeat, omnis simul interdicta fœda cōcupiscentia est, cuiuscunq; ea rei sit. Cūq; hoc, ne quid praeue expertamus, à nobis præcepto dei, cui toto corde, totaq; anima & uniuersa uirtute seruendum est, exigitur, sitq; nobis ob id, in hoc ipsum, ne qua unq; querela in nobis cupiditas existat incumbendū, quis nō ui-

Synecdoche  
Scripturarum,  
in quibus  
paucis ex-  
presis, oīa  
connexa  
constituu-  
tur.

nō uideat simul hoc ipso præcepto requiri, ut omni etiam male appetendi morbo careamus, et habitu bonę sanctę q̄ uoluntatis & appetitiæ in omnibus polleamus. Ab eo enim quod uerat Deus toto nos pectore abhorrere, & in id quod iubet omni nos uirtute nostra ferri oportet, quo circa, præcepto illo Diliges Deum ex toto corde tuo &c. cuncta Dei præcepta continentur, recteq; D. Augustinus In psal. 118 malam concupiscentiam, malam dilectionem, bonam cō Conc. 8 cupiscentiam, bonam dilectionem uocauit.

Hæc rite perpendenti satis liquet, hanc rationem firmam & irresistibilem esse. Deus exigit hoc præcepto Non concupisces, ab homine, ut uacet omni prauia cupiditate, & requirit animum, qui confirmata uoluntate, totus feraf in ea, quæ recta & ipsi placita sunt; Infantes ergo quibus inest illud peruerse appetendi uitium, & ingenio Deo rebelle, ne cum ueniam eius mali & repressionem in Christo perceperunt, natura isto uitio infecta, filij iræ sunt, quia aduersarij Deo, & legi eius contrarij. Proinde D. Paulus propter hoc ipsum, in se reliquum uitium, quāuis Christi gratia remissum, et spiritu eius repressum, miserum se clamat, Miser, inquit, ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? A corpore mortis, dicit, nō à prauis huius concupiscentijs. At miser esse nemo ullam ob rem potest, quæ non sit inuisa Deo, cum nihil aliud, quam quod displicet Deo, cuius solius uoluntas per se recta & bona est, in malis numerari possit. Hinc itaq; idē Paulus tantopere ubiq; hortatur, ut ueterē hominē exuamus, & carnem nostram crucifigamus, membra terrena conficiamus, induamus nouum, renouemur spiritu mentis nostræ.

Damnat igitur hoc præcepto, & morbum illum prave concupiscendi, imo etiam peruerse iudicandi, & Deo of-

## DE PECCATO

**Preceptio** ferenti ab his morbis liberationem non credēdi: quo scir-  
Non concu- licet morbo fit, ut prauas cupiditates nunque satis arcere,  
pisces, dam natura, quae poscit Deus satis probare, expetere & facere  
natur & possimus. Nec damnat tantum, hoc ipso precepto istum  
morbus, istuc naturae nostrae uitium, sed requirit simul,  
male co- ut ad tollendū ex nobis hunc morbum, nihil ad summā  
cupiscēdi. diligentiam & instantiā faciamus reliqui. Quare dum nō  
uetere homine penitus exuti, & nouo, id est, Christo ipso  
toti induit, perfecta Deum, et Dei omnia diligimus, sepo  
sitaque omnino īagine terreni, cælestis iā imaginem per-  
fectā portamus, id quod in futura vita primū cōsequemur,  
est adhuc in nobis, quod cū nobis ipsis iure displiceat, mul-  
to magis displicet Deo, quod scilicet ille, quā nos recti aman-  
tior est, imo ipsa recti regula est: est quod legi Dei uniuersæ  
aduersat; est denique quod huic ipsi quoque precepto, Nō con-  
cupiscēs, contrarium est, nisi non sit et morbus, nec solum  
actio morbida, cōtrarius, prescripto recte ualeitudinis, &  
precepto, quod requirit nunque contra naturam moueri.

**Preceptis** Et quis sic stupeat in his rebus, qui nō uideat, si & au-  
prohibenti ritia pugnat cum lege uerante auare agere, nec solum au-  
bus prauos ra actio, et ipsa quoque iracundia cum lege prohibente irā,  
attus, pro- nectantū irasci, incontinentia cum lege iubente nihil fa-  
hibentur etiam uitia cere cupide, nec solum uiuere incontinenter, pugnare etiā  
cū lege præcipiente ne quod præter rationē concupiscamus,  
nō tantum concupiscere, sed & uitium ipsum prauie con-  
cupiscendi, quod cōcupiscentiā uocamus, est tamē, ut di-  
ximus, non solum illa inspersa mēbris nostris ḥęfis, sed to-  
ta illa humani ingenij depravatio, qua sit, primum, ut nō  
credamus Deo, quo que uere bona & expetenda sunt in-  
telligeremus. deinde ut falsa pro ueris bonis probemus,  
& Deo, nostro iudicio in omnibus aduersemur. postre-  
mo, ut præter rationē, contraque quam honestū, & salutare  
est

ORIGINALI.

est nobis ipsis et alijs omnia expetamus. Nō est ergo ratio Lutheri & nostra omniū inefficax, sed certa & perspicua pīs omnibus, qua ex decimo Decalogi uerbo, Nō cōcupisces, demonstramus, in omnibus ex Adam progenitis peccatum esse, & uitium quo displicent Deo, & obnoxij sunt æternæ condemnationi.

Quod uero Pighius p̄terea obiicit, Deū illa innata nobis cōcupiscentia interdicere nō posse, eoq;absurde huc detorqueri à nobis illud Decalogi ybū. Nō cōcupisces: rationēq; huius adfert, qd nemini id interdici queat, qd uitare nō possit, hāc obiectionē Pighius haudquaq; fecis set, si de usu legis diuinę ex scripturis, uel etiā ipsiis orthodoxis patribus, magis q; ex philosophia, & suo ipsius ingenio, discere & iudicare uoluisset. Nā si uerum est, ne diuina qdem lege id prohiberi & damnari in nobis posse, quod uitare nō ualemus, nec actum quidē concupiscentię, imo nec consensum & turpem obedientiā eius prohibere Deus debuit, nihil em horum uitare ex nobis possimus, peccato nimirū uenundati, & eo ad omne uere bonum opus plane mortui ex nobis. Quid: ne sancti quidē & renati in Christo, in qbus inhabitat tamē sp̄ritus Christi, dum in eis lex peccati superest, uitare semper ualēt, ne prauis desyderijs cōsensum p̄rebbeat, qd dum hic uiuunt, nunq; nō falsum dicēt, si se esse sine peccato dicēt, nec unq; nō orare patrē debēt, remitte nob. debita nostra. De qua hominum miseria perpendas pīe lector. qd non Augustinus modo, sed & uetusiores eo S. Patres cōfessi sunt. Ita certe scriptū reliquit D. Cyp. in Ep̄la sua de eleemosinis. *Cyprianus*

Ne quisquam, inquit, sic sibi de puro atque immaculato pectore blandiatur, ut innocentia sua fretus, mebet purum dicinam non putet adhibendam esse uulneribus, cum & immaculatum sit, Quis glorabitur castū se habere cor? Et itea latū pectus

rum

## DE PECCATO

nullas etiam habeamus, itaq; etiam innato illo concipi-  
scendi morbo careamus. Non igitur in hoc Deus sua no-  
bis præcepta proposuit, non ita suam nobis legem prescri-  
psit, ut nostris illi viribus satisfaciamus, sed ut ex ea, quid  
nobis desit discamus, idq; dari nobis p. Christū oremus,  
id quod D. Augustinus, non sua, sed catholica Ecclesiæ  
doctrina, tam clare, tā copiose ac firmiter docuit, certisq;  
& apertis adeo scripturarum testimonij demonstrauit,  
ut demirari satis Pighij audaciam non possim, qui nobis  
nullo acrius crimine instat, q; quod discessisse nos à uete  
ris Ecclesiæ dogmatis criminatur, quo d' istas impias Pela-  
gianorum disputationes reuocare in animum induxerit.

*Qui usus  
legis. D.  
Rom. 3.7.  
4.*

Nos itaq; qui Christi magistri cœlestis, non Antichri-  
sti Romani gloriam adserere studemus, A postolum au-  
diamus de usu legis diuinę docentem, is ait per legem ex-  
citari cognitionem peccati, irritari peccatum, & inferri  
iram Dei, maledictum & condemnationem, sed ut conu-  
ctos iniquitatis, & contra Deum rebellionis filios Adæ,  
compel lat deficentes à seipisis (ut D. Augustinus ait) con-  
fugere ad Christum, qui hac ira maledicto et condemna-  
tione, in se credentes solus liberat, legisq; in eis studium  
suo spiritu excitat, & omneid, quod ipsis dum hic uiuit  
de obediētia legis perfecta deerit, de sua absoluta iustitia  
sarciet & supplebit. Hic ergo legis uerus & præcipuus  
usus est filijs dei. Vnde & D. Ambrosius de fuga sacu*i*,  
Lex (inquit) os omniū potuit obstruere, nō potuit mente  
cōuertere, & alibi in eodē lib. Lex factū damnat, malitia  
non aufert. Non ergo lex data nobis est, ut ea cognita no-  
stris virib, que iubet facere conemur, id quod nihil aliud  
esset, q; nostrā ipsoe iustitiā constituere, ne subiijceremur  
iustitię dei, sed ut diffisi de nobis ipsis, et agnoscentes nos  
maledicto & cōdemnatione legis teneri, iustificationē &  
in uitā restitutionē petamus à Christo.

Ituc

ORIGINALI.

nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ mentem animumque confundunt, atq; alio Non est ite trahunt, quam tu proposueris, ad secularia reuocant, mun potestate dana inserunt, uoluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, nostra cor ipsoq; in tempore quo eleuare mente paramus, insertis manibus cogitationibus, ad terrena pleruncq; deiijcimur. Hæc ille.

Ex hac Sanctissimorum & omnino Catholicorum doctorum confessione cognosces Christiane Lector, nō nos primos, sed totam ueterem & omnium sacerdotum ueram & Catholicam Christi Ecclesiam quis enim dubitet, quam hi Patres tradiderunt fidei sum habita totius catholicæ Ecclesiæ idem quod nos ex diuinis literis de perditione humani ingenii, peccato primi parentis illata, credidisse & agnouisse. nos scilicet sic peccato uenundatos esse, sic esse carnales, sic in nobis, dum hic a domino peregrinamur, legem peccati uigere, ut non solum non sit nobis in manu, etiam renatis in Christo, amaram illam & pernitiosam radicem peccati, uitium rebellionis contra Deum, excindere, sed nec prava & turpia eius arcere desideria, imo nec semper etiam cohibere assensum horum, damnatamq; obedientiam. At nihilominus iustus & misericors Deus iure suo, præcipit nobis, & lege sua a nobis poscit, ut non concupiscamus, id est, nulla unq; prava cupiditate titillemur, quod in nisi extincta plane concupiscentia, & sublatu morbo illo nobis innato prave concepcionis universo, fieri non potest; poscit ut diligamus ipsum toto corde, tota anima, omni cogitatione, hoc est, dilectione perfecta, quæ universam uitiorum uetusatem excludit: poscit, ut Dominum Iesum Christum, exuto ueteri homine induamus, id est, uitam Dei perfectam uiuamus, quo rursus exigitur ut non solum nullis praxis cupiditatibus pareamus, sed nulli

D E P E C C A T O

se scire putant, quando dicunt, non iubet Deus, quod sci-  
Deum iubet ret non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo  
aliqua qua*m* iubet aliqua qua*m* non possumus, ut nouerimus, quid ab  
non posse*m* illo petere debeamus. Ipsa est enim fides, qua*m* orando im-  
petrat, quod lex imperat. Hac ille.

Ex his itaq*m* abunde patet, Deum ea quo*m* prohibere,  
qua*m* nos in hac vita nun*m* uitare possumus: & a nobis exi-  
gere, qua*m* in hoc mortali corpore nun*m* prestatia uale-  
mus. Id autem cum ita habeat, qui vis uide*m* Pighi argu-  
mentum, quo colligere conatur, concupiscentiam non in-  
terdictam esse, eoc*m* nec peccatum esse, quia scilicet caues-  
ri no*m* possit, per se dissolvi, & evanescere. Tum & illud ex  
dictis planum factum est, legi Dei, qua*m* perfecta perfecta  
imaginem, uitam q*m* Dei a nobis, iure & creationis, & con-  
seruationis nostri, requirit, prohiberi, atq*m* ideo damnari,  
quicquid in nobis huius perfectae Dei imagini & uita ad  
uersat, t*m* morbos & uitia, eaq*m* & innata, & prauis deinde  
actionib*m*, contracta, quam ipsas prauas actiones. Quo cir-  
ca dum plene regenerati, omnem hanc carnis uetus latem  
depositerimus, & totam plen*m* nouitatem spiritus conse-  
cuti simus, transire in gloriam Dei no*m* possumus: carnemq*m*  
& sanguinem nostrum, ut regnum Dei perfecte percipiatur,  
immutari, & hoc corruptibile indui incorruptibili neces-  
se est. Patet deniq*m*, & illud D. Augustinum, & quicunq*m*  
illum sequuntur, secundum scripturas, affirmare. Pecca-  
tum & uitium originis esse, concupiscentiam, morbum  
illum, quo natura nobis ea libeant, qua*m* auersatur Deus,  
displacebit, quae probat Deus, q*m* tan*m* istam in se appetentiam, sed etiam, ut dictum est, de-  
pravatum animi iudicium, & causam huius incredulita-  
tem, contemptumq*m* uerbi dei, comprehendit. Verum quia  
concupiscentia mouet ad agendum, eius nomine, ut quod

in

ORIGINALI.

Istuc D. Augustinus cū alias multis sanè in locis, tum  
lib. i. De Gratiā contra Pelagiū & Celestium prēclare do- Cap. 8.  
cuit. Vscq; adeo (inquit) aliud est lex, aliud est gratia, ut lex  
non solum nihil prospicit, verum etiam plurimum oblit, ni-  
si adiuuet gratia, & haec ostendatur legis utilitas, quoniam  
quos facit prævaricationis reos, cogit cōfugere ad gratiā  
liberandos, & ut cōcupiscentias malas superent, adiuuan-  
dos. Iubet, n. magis q̄ iuuat, docet morbum esse, non sa-  
nat, imo ab ea potius, quod nō sanatur, augetur, ut atten-  
tius & sollicitius gratiæ medicina queratur. Quia litera  
occidit, spiritus autem uiuificat. Hac ibi.

Libro uero de gratia & libero arbitrio. Meminerimus Cap. 15. et  
ipsum dicere: Facite uobis cor nouū, & spiritū nouū da- 16.  
bo uobis. Quō ergo quod dicit, facite uobis, hoc dicit, da  
bo uobis. Quare iubet, si ipse daturus est. Quare dat, si  
homo facturus est, nisi quia dat quod iubet, & adiuuat ut  
faciat cui iubet. Semper autem in nobis uoluntas libera, sed  
non semper est bona. Agr. n. à iustitia libera est, qñ seruit  
peccato, & tunc est mala; aut à peccato libera est qñ seruit  
iusticie, & tunc est bona. Gratia uero Dei semp est bona,  
& per hanc fit, ut si homo bone uoluntatis, qui prius fuit  
uoluntatis malæ. Per hanc etiā fit, ut ipsa bona uoluntas,  
qua iam esse coepit augeatur, & tam magna fiat, ut possit  
implere diuina mādata quę uoluerit, cū ualde perfecte  
uoluerit. Ad hoc, n. ualeat quod scriptum est, si uolueris,  
cōseruabis mandata, ut homo qui uoluerit, & non potue-  
rit, nondū plene se uelle cognoscat, & oret ut habeat tan-  
ta uoluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata. Si  
quippe adiuuat, ut faciat quod iubetur; tunc enim utile  
est uelle, cū possumus, & tunc utile est posse, cū uolumus;  
nam quid prodest, si quod nō possumus, uolumus, aut si  
quod possumus, uolumus. Magnum aliquid Pelagiāni

DE PECCATO

Nemo esse rum in Epistola sua Iohannes ponat & dicat, Si dixeris sine peccato, quis quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus & potest, & ueritas in nobis non est. Si autem nemo esse sine peccato inculpatum esse dixerit, aut super patius.

Quotidie non deest, Et quoniam quotidie, inquit, deesse non potest, quod peccetur in conspectu Dei, sacrificia quotidiana non deerunt, quibus possent peccata tergi. Item in Epistola de mortalitate. Cum avaritia, inquit, nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carna-

Affidua cū uitijis luctatio. libis uitijis, cum illecebris secularibus assidua & molesta luctatio est, ob sessa mens hominis & undiq; diaboli infestatione uallata, uix occurrit singulis, uix resistit. Si avaritia prostrata est, exurgit libido; si libido compressa est, succedit ambitio; si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbiam, uinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam Zelus abscondit, cogeris male dicere,

Cogeris male dicere, quod diuina lex prohibet, compelleris iurare quod non licet. Hæc ille.

Iam audi & D. Ambrosium, in libro de fuga seculi dicentem. Frequens nobis de effugiendo isto seculo est seruere difficile, exuere impossibile, ut qd studias uitare, hoc cogites, animoque voti magis effectus. ut qd studias uitare, hoc cogites, animoque hec res est uoluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autem effectus. impossibile: deniq; uoti magis eam esse rem quam effectus testatur Propheta dicendo. Declina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam. Non enim in potestate nostra

in hoc malo posterius & notius est, totus hic morbus na-  
ture, & universa humani ingenij depravatio appellatur.

Superest tertium Pighii argumentum contra hanc Ca-  
tholicam ueritatem, qua dicimus concupiscentiam inna-  
tam, quæ legi Dei non subiicitur esse peccatum & malum  
uitiatæ originis. Concupiscentia, inquit, bonum Dei opus  
est, igitur non est peccatum aut uitium. Quo argumento  
rursum sibi sumit, quod falsum est, concupiscentiam scili-  
cet hanc bonum Dei opus esse, & resultare compositio-  
ne et temperatura partium corporis, quas ita commiscet,  
& temperat natura cooperante naturæ authore.

Sunt quidem, ac etiamnum, opificia Dei, et ipsa anima  
ac corpus hominis, & eorum compositio. atq; quod ad  
Deum attinet, opifica bona, resultatq; quædā ex horum  
compositione & temperatura uis appetendi, ea quæ uident  
homini salutaria & iucunda, & auersandi, quæ noxia &  
molesta, at quia post Adæ peccatum uitiatæ est in paren-  
tibus tota hominis natura, uitiosum est quod ab illis ge-  
neratur, & uitiosa quæ existit in generato concupiscen-  
tia. Hac enim tam non expetimus quæ sunt naturæ, utini-  
tio à Deo condita est, commoda & grata, sed magis quæ  
ei infesta sunt & acerba. Nam naturæ, ut recta & confor-  
mis imaginè diuinè initio facta est, ea tantum utilia & dul-  
cia habentur & sunt, quæ ad id homini conferunt, ut ui-  
uat Deo, & diuinam in hoc mundo effigiem cunctis suis  
actionibus exhibeat. Nunc autem natura depravata, uis  
quoq; appetendi sic peruersa est, ut nihil homo appetat  
suo uel fine uel modo: sed omnia & præter modum quæ  
nihil ex  
uita Dei requirit, & contra eum finem quem natura inte-  
petit quod  
gra spectat. Quid: nulla bellua tam immanis est, quæ & nō commo-  
appetendo sibi grata, auersando ingrata, magis cum in-  
genio naturæ sibi diuinitus indito, & sua ipsius salute pu-  
gnet; atq; homo facit sibi relictus.

Concupi-  
scentia uic-  
tiosa expe-  
tit quæ  
sunt natu-  
ræ noxia.

## DE PECCATO

Hæc itaque concupiscentia immoda, insana, effrenata spiritui Dei semper aduersaria, & inimica Deo, quæ miserum hominem reddit, quia Deo rebellem & inuisum: hæc inquam concupiscentia, non est opus naturæ, ut

Vnde uitio ea initio facta est à Deo, sed ut uitiata est à primo homine.

sa in homi Resultat quidem illa ex compositione animæ & corpore, sed iam peccato infecta, nam cum iniuitate homo consensit, & cum peccatis contouetur in utero matris suæ, hoc est, ut hæc D. Ambrosius interpretatur, concupiscentię

Lib. de Sa- uoluptate concretus, & genitalibus uisceribus infusus & cramento coagulatus in sanguine, in pannis inuolutus, prius subiectus regeneratio delictorum contagium, quam uitalis spiritus munus habuit. Huic itaq; contagio delictorum, isti ab Adam propagatori uitiosę, hanc, quam D. Paulus legē uocat peccati,

concupiscentiam acceptam ferimus: non naturæ, quatenus illa initio à Deo pura sanctaque condita est. Et quantum Deus hominem, usus parentum ministerio, ipse hodie quoque singat, non tamen Deo, qui efficit id quod naturæ est bona, sed Adæ primo, ipsisq; parentibus, qui inferunt id quod est uitii malii, concupiscentiam istam fœdam, & legi Dei repugnantem, uitio adscribimus.

Quanquam nec illa consecutio firma est, Concupi-

Deus in ho scentia opus Dei est, ergo uitium et malum non est. Mul-  
minibus ta enim opera Dei, quanquam Deo & uniuersitati rema bene rum bona sunt, ipsis tamen hominibus, in quibus & per operatur. quos ea fiunt, mala & uitia sunt. Nam sunt pleraq; pec- Eko. 9. cata pœnæ peccatorum: Induratio Pharaonis, ut iubente Deo populum Dei non dimitteret, erat opus Dei, Deo quidem & filijs Dei laudabile & bonum, at Pharaoni malū & uituperabile. Sic erat & illa cordis Recha-

L. Reg. 12. beam conuersio, qua is consilium seniorum salutare re- spuebat, & pernitiosum consilium iuuenum amplecti- batur.

batur. Ita erat & conuersio cordis A Egyptiorum, de qua  
 Psalmus. Conuertit corda eorum, ut odio haberent po- Psal. 107.  
Roma. L.  
 pulum eius. Sic gentium, quæ Deum non ut cognos-  
 uerant glorificabât, traditio in concupiscentias cordis ip-  
 sarum, in foedos animi morbos, in mentem reprobam.  
 Sic immissa efficacia erroris illis, qui dilectionem uerita- 2. Thes. 1.  
 tis non recipiunt. Hæc certe omnia hominibus ihs, qui= August. li.  
1. de gratia  
et li. arbit.  
cap. 21.  
 bus acciderunt, mala, uitia & peccata fuerunt, quan= digna iudicia essent, & uniuersitati rerē boni fictatio  
bona opera. Qui operatur scilicet in cordibus hominū,  
ad inclinandas eorum uoluntates quo cunque uoluerit,  
siue ad bona, pro sua misericordia, siue ad mala, pro me=  
 ritis eorum, iudicio utique suo aliquando aperto, aliquā= do occulto, semper autem iusto. Non enim est iniqui=  
 tas apud Deum, qui solus bene recteque facit, quæcunque uult in cœlo & terra.

Non ergo procedit hæc argumentatio, Concupiscen-  
 tia est bonum opus Dei, igitur bonum est homini in quo  
 est, et uitium non est, nam aliquid Dei opus, ipsi quidem  
 Deo & uniuersæ creaturæ bonum est, quod tamen homi-  
 nibus in quibus & per quos sit, malum, uitium, peccatum  
 & pernities est. Ita nec istud consequitur, Concupiscentia  
 opus naturæ est, cooperante Deo, ergo bonum est, nam  
 Opus uitiatæ naturæ, quantum ad naturæ uitium attinet,  
 uitiosum & malum est. Cooperatur quidem Deus naturæ  
 uitiate, sed ut hominem producat creatione bonum, ut= cunq; nascatur id est iudicio Dei iusto & bono, ex origine  
uitiata uitiosus, ideo uitium quod innascit, nō ipsi Deo, sed  
homini uitio uerti possit: non em est iniqtas apud Deum.

Hæc nouit Pighius D. Augustinum in libris contra  
 Pelagianos præclare & Catholice docere, ex diuinis que  
 literis

## DE PECCATO

Concupi-  
scentie ma-  
lum.

Roma.7.

literis certo confirmare; tamen ea, quia sua ratione comprehendere non potest, irridet, & amaris saeuiscq suis criminacionibus exagitat. sed in nostra persona, nam ut inuidiam blasphemii in S. Patres evitetur, nos doctrinę huius, quam nouam, summeq absurdam, & in Deum impiam et blasphemam blasphemat, authores in theatrum suum traducendos & flagellando introducit.

Iam quod concupiscentiam istam, ab Adam in omnes posteros eius propagatam, affirmamus, secuti Scripturas diuinas, totamq ueterem & Catholicam Ecclesiam, esse malū, et uitium damnabile, non bonum, qd ante hac soli Pelagiani, nunc & Pighius affirmat, id uere à nobis affirmari, quanquam ex supra expositis abunde pateat, & sit à D. Augustino libris contra Pelagianos clarissimis Scripturis & rationibus demonstratum. tamen ne doctrinam Ecclesiæ Christi contra tam uerbosam Pighij criminacionem non satis & hoc loco defendisse videar, hæc illi oracula spiritus sancti oppono. Apostolus dicit ex spiritu Dei, loquens de hac ipsa concupiscentia: Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Inuenio legē uolenti mihi facere quod bonum est, q malum mihi adiacet. His uerbis Spiritus S. ipse Concupiscentiam, non bonum, sed malum uocat. at proprie & ad doctrinā pietatis accommodatissime loquitur. In malis igitur, nō in bonis, aut etiam medijs rebus, hæc concupiscentia numeranda est ihs, qui Spiritum sanctum & Catholicam Ecclesiam, quam Pighium, aut ueteres illos Pelagianos sequimantur.

Idem Apostolus hanc concupiscentiam peccatum uocat, cuius desiderijs si seruiamus, in morte peribimus: uocat legem membrorum, quæ contra legem mentis nostrę ita dimicat, ut nisi Christus ab ea liberet, captiuas nos

du-

ducat sub legem peccati, hoc est sub seipsum, quae seruientes sibi ad peccatum & mortem adigit; quare ihs qui Christi sunt, ea iungiter crucifigenda est. Atqui quod peccatum recte dicitur, quod legi Dei bonae repugnat, quod in peccatum & mortem impellit, quod bonis crucifigendum & interimendum est, quod nisi tollatur, hominem à regno Dei perpetuo arcet, & in morte sempiterna tenet, hoc anponi in malis debeat, quis, nisi qui nullum inter malum & bonum discrimen nouit, nec scripturis fidem ullam habet, dubitet: Si quis tamen ampliorem huius dogmatis impij, Concupiscentiam innatam nobis, inter bona numerantis, confutationem legere uelit, legat 21. cap. lib. 3. cōtra Iulianum defensorem haereseos Pelagianae, que ut Pighius, contendebat, naturalem concupiscentiam in se rem bonam esse, quicq; eius modum teneret, eum bono bene uti. Contra quam haeresim Augustinus dogma Ecclesie defendit, que sentit, credit, & confitetur, hanc Concupiscentiam rem malam esse, quicq; ei recte moderetur, eū malo bene uti.

Sed instat adhuc Pighius alijs quibusdam argumentis, quibus item Pelagiani usi sunt, ad quae non nihil respondendum uidetur. Plurimum enim his argumentis gumenta confidit, sine fine & modo ea repetens, & odiosissime inculcans. Primum horum argumentorum est. Non potest ostendī autor pernitiōsae istius infectionis, qua Ecclesia Catholica affirmat, totam hominis naturam uitiatā esse, nullum est igitur huiusmodi in homine uitium. Probatu<sup>Arg. 1. Pig</sup> rus autem, non posse ostendī authorem originalis uitij in homine, sumit, non posse eius authorem nominari, nec Deum, nec Diabolum, nec cuiuscq; parentes. Non Deū, quod eum causam peccati facere blasphemum sit; non Diabolum, quod is in animā hominis immediate agere

## DE PECCATO

non ualeat: non parentes, quod iij nihil quam semen subministrent; corpus uero & anima, eorumque compositio sint opera Dei pura & sancta. Iam cuius rei in homine nullus potest author indicari, ea inesse in homine sine ratione affirmari.

**2. Argumē** Alterum argumentum, Nulla potest in homine malum huius assignari sedes, ergo sine causa homini tribuitur. **Non potest se-** Quod, n. ei insit, aliqua in parte eius insit oportet. **des ostendi** maturus uero antecedens, rursus eo configuit, esse opera **uitij orig.** Dei, & anima & corpus hominis, et corpus per se, non esse capax peccati, res scilicet bruta, & sine proprio arbitrio.

**3. Arg. Infantes non acceperūt legem.** Postremum, Infantibus nulla est lex posita, ergo nullo possunt teneri peccato proprio. Vbi, n. lex non est, ibi nec peccatum & transgressio esse potest. At legem nullam **infantibus esse,** inde statuit, quod infantes non possint legem intelligere.

**Peccatum orig. non priuatio tantum, sed etiam uitiosus habitus.** Quo uero Pighius nos suo primo arguento magis urgeat, argutatur prius de eo, an malum originis priuationem tantum donorum Dei, an etiam habitus uitiosos ponamus. Sed iam satis explicauimus nos, id uitij, quod in generari filijs Adæ cum Ecclesia Catholica affirmamus, adserere, non esse tantum priuationem uitutum, sed etiam contrarium uitium, morbum scilicet naturæ, & de prauationem totius hominis, D. Augustinus affectio nalem qualitatem, languorem, & malam humanæ naturæ ualeudinem uocare solet. Intelligit autem, ut et nos, illud humanæ naturæ uitium, quo & mens contenebrata est, ne quæ Dei sunt cognoscere & credere recte ualeat; uoluntas infirmata, ut nequeat quæ mens bona iudicarit, firmiter persequiri reliquæ uires peruersæ, ut menti recte iudicanti, & voluntati bene imperanti repugnant.

His itaque premissis, requirenti Pighio à quo malum & ui-

& uitium hoc infatibus primū uel immittatur, uel ingene  
retur, respondemus id, quod respondit spiritus sanctus  
per Paulum, quod D. Augustinus Pelagianis eadem  
questione sibi instatibus semper obiecit. Ingenerari à pa-  
rentibus. Peccatum enim quod per unum hominem, in Author  
mundum, hoc est, in omnes homines inuasit, id successio peccati  
ne, & contagio carnalis generationis in singulos trans- orig. pri-  
funditur. Ita Ecclesia Catholica semper credidit. Nam  
quod David de se questus est, Cum iniuitate cōceptus  
sum, & cum peccatis confouit me mater mea, id querun-  
tur de se merito omnes ab Adam carnaliter progeniti.

Sed rogat Pighius, per quos carnales parentes tam te-  
tram prauitatem infundere queant in animum recens na-  
torum, & ita uitare sanctum pigmentum Dei: Augusti- Per semen  
nus Pelagianis idem rogantibus, respondit. Ex uitiatō in uitiatum  
parentibus semine, uitiatos generari filios. Nam etsi re- in parenti-  
missum sit & condonatum hoc malī parentibus, sublatū bus infici-  
tamen ex eorum carne non est, inde ergo fit, ut morbus tur malo  
ille naturæ, qualitas illa affectionalis malī, ut D. Augusti originis in  
ni uerbis utar, de substantia ad substantiam, de substanc- Lib. o. con-  
tia scilicet parentum, ad substantiam infantis transeat; nō tra iul. ea.  
emigrando quidem, sed quodam operante contagio, id r.  
est, concupiscentię affectu, sicut de parentibus morbidis,  
morbida soboles nascit. His uerbis D. Augustinus trans-  
fusionem malī huius à parentibus in filios exposuit.

Sed negat Pighius uitium, quod iniuitas sit, & red- Argumen-  
dathominem inuisum Deo, posse esse uel in semine pa- tum Pighij  
rentum, uel ingenerato ex semine corpore. Ipsa enim in- non posse  
quit, rerum natura non patitur, non admittit ratio, ut pec à parenti-  
catum, hoc est iniuitas, diuinę legis transgressio, atq; in- bus ingene  
obedientia, quae sola est propria, ueracq; ratio peccati, pri peccatum  
mosit in corpore, & non in anima. Hæc ille. orig.

## DE PECCATO

At uide pie Lector, ut se humana inuoluat argutia, cu  
se effert contra sapientiam Dei. Tale enim est Pighij ar=   
gumentum, uitium, quod est inobedientia contra legem   
Dei, non potest esse primo in semine, aut corpore quod   
ex semine formatur, id est semen ipsum, & corpus ex eo   
concretum, non potest dici trans gredi legem Dei, & ad=   
mittere eo iniquitatem, ergo non potest uitium repugnans   
legi Dei damnabiliter, à parentibus per uitiatum semen   
**Vitia pat-** transfundii in filios ex semine factos. Ista uero ratio si te=   
rentum net, ualet & hac. Nec natura rerum, nec nulla admittit tra=   
queuis in tio, ut uilla uel uirtus, uel labes animi, sit primo in semine   
generan= parentum, aut corpore ex semine formato, & non in ani=   
tur ab illis, mo ipso. ergo neqt fieri, ut ex bonis boni, ex malis mali,   
**infantibus** ex generosis & liberalibus ingenis homines generosi &   
liberales, & contra ex humilibus & sordidis, humiles &   
sordidi gignantur, nullaque de causa iactantur illæ senten=   
tiae, ὅντες γένοισθαι κακὸς πατέρως id est, non extiterit   
**Euripides.** bonus, ex malo patre. Et mali corui malum ouum. Item   
ex squilla non nascitur rosa,

Sed mitto dicta uulgi. Si nihil confert ad ingenium &  
mores animi semen parentum, nō recte testatus est domi=   
nus, se iniquitatem patrum, qui se odissent, & leges suas   
non obseruassent, ulturum in filiis illorum, & id in tertia &   
quartam generationem (qui numerus etiam pro uni=   
uersitate accipi potest, ut credidit Augustinus) et benefac=   
tus in mille generationes, ihs, qui se amauissent, & prece=   
ptis suis obseruandis studuisserent. Quod utique iustus De=   
us nunquam faceret, nisi ex impijs ferè impij gignerentur, &   
ex pijs pijs. Tametsi ut ostendat Deus, nō esse meriti paren=   
tū, sed suæ gratuitæ benevolentiae, ut boni pijs homines   
nascantur, fructuque uentris, tam εὐτυχίας quam πολυτυχίας,   
id est, tam bonam, quam numerosam sobolem, esse suam   
bene=

**Contra ihu**  
**li. lib. 5. ca.**  
**alt.**

ORIGINALI.

benedictionem, producat nonnunque ex pessimis homini  
bus liberos optimos, & contra ex optimis patribus, qui  
sint ingenio maxime peruerso & euadant moribus pessi-  
mi: unde illud natus est, heroum filij noxæ. Hoc inque licet  
nōnunque faciat Dominus, id tamen constat, partetibus ple-  
rūque similes, & uitij & uirtutibus nasci liberos, ne tamē  
uel in semine uel corpusculo inde formato, ulla primo  
inest animi uellabes uel uirtus. Quid: sunt uenena qui  
bus animis hominum furor, et furori non absimilis amor  
immittitur, nec tamen in eo ueneno aliquid uel furoris  
uel amoris primo inest.

Potest ergo semen parentum uitiosum, esse instrumen-  
tum, quo & corpori & animo filiorum, sicut alia, ita &  
uitium illud naturæ uniuersale, ingeneret, ut nascat ho-  
mo Deo totus rebellis, etiâsi nec in semine, nec in corpo-  
re esse perfecta uitij ratio queat, neque hec ipsa inobedientie  
contra Deum condemnari. Et cum corpus uitiosum ex  
uitioso semine nasci etiâ Pighius agnoscat dici probabili-  
ter, & in corporibus uitiosis, uitiosè inesse animæ soleant,  
& sequi animi mores temperaturam corporis, cuius rei  
causas Galenus, in quo Pighius dicitur non indiligenter  
uersatus esse, docte explicauit, in libro huic argumento  
dicato, quid causæ dices, cur tam alienum à ratione, etiam  
naturali, existimemus, affirmare, ex semine natura deprau-  
ato, corpus gigni natura deprauatum, et huic indi etiam  
deprauatam natura animam, persequente scilicet hac poe-  
na iusto Deo primorum & omnium parentum inobe-  
dientiam, & sub peccatum omnes filios Adæ concluden-  
te, ut misericordiae gloriam sibi per obedientiam filij sui  
in ijs, quos Adam perdit, compararet.

Laborauit quidem Augustinus & hæsit nonnihil in  
hoc loco, Videbat, n. probari pluribus sententiam illam.

## DE PECCATO

de inspiratione animarum quæ dicit nouas singulis corporibus animas à Deo inspirari, ita ut Ade primo sua anima inspirata est, ut scilicet creando, sicut dici solet, infundantur corporibus & infundendo creentur. Ad hanc uero sententiam existimauit, & ipse consequi, animas nullo peccato teneri proprio. nam considerabat dici non posse, uel Deum animas fingere peccato contaminatas, cum boni Dei non nisi bona opera esse queant, uel eas contagio corporis illico uictiari, peccatoque fieri obnoxias, cum corrumphi immortalem spiritum, à mortali corpore contra naturam esse videatur. Hinc scripsit ad D. Hieronymum.

Ephes. 2.13. Vnde illa de animarum creatione sententia, si hanc fidem fundatissimam, (de condemnatione animarum, quæ nō renatae solvantur corporibus infantium, anteque ipse boni aut malii aliquid fecerint) non oppugnat, sit & mea, si loquuntur, non sit & tua. Et ad Optatum Episcopum, Quoniam ergo morte Christi, non unius aut aliquarum, sed universæ animæ propagatione contractum mortis chirographum rumpitur, si potes animas sic alienas à propagatione defendere, ut tamen hoc chirographo, quod sola Christi morte rumpendum est, rectissima ratione demonstrentur obstrictæ, nec sira propagatione, sed carnis debito iuste appareat obligatae, non solum nemine prohibente defendere, uerum etiam id nobis quomodo tecum defendere possimus ostende. si autem aliter non potes quod de animarum nouitate sentis, afferere, nisi ut eas duas peccato primi hominis non teneri, aut per propagationem non suam, sed carnis, authore Deo, uel nescio quæ malii natura innocentissimas fieri peccatrices, melius origo animæ latet, dum tamen eā non dubitemus Dei esse creaturam, quam uel Deus peccati author dicatur, uel contra Deum aliena malii natura introducatur, uel baptismus parvulorum irritu ducatur. Hęc ille.

Cum

Cum ergo uir Dei arbitraretur ihs, qui in hac sententia sunt, aut negandum, omnes filios Adæ necesse habere re-  
generari in Christo, ut q[ui] puras peccati animas à Deo per-  
cipiant, aut inscribendum Deum authorem peccati, ut  
qui nihil per se meritas animas, peccato ipse inficiat, aut  
certe accusandum iniustitiae, ut qui condemnet peccati,  
innocentes, inclinavit in eā sententiā, quæ credit animas  
filiorum Adæ trahi uitiatō propagine ex anima Adæ, si-  
cū corpora eorum ducunt à corpore illius. Huic enim <sup>Cup Augua-</sup>  
sententiæ constare ratio illi uidebatur, ut causa homini- <sup>stino sen-</sup>  
bus nulla sit, nec referendi in Deum culpam innatæ sibi <sup>tētia de tra-</sup>  
peruersitatis, nec querendi se sine proprio peccato con- <sup>duce, uisa</sup>  
demnari. Nam secundum istam sententiam de traduce, <sup>fit probabi-</sup>  
uitium animæ à uitata primi parentis anima tractæ, ac <sup>lion,</sup>  
ob id cum uitio natæ, merito & iusta poena peccati Adæ,  
in ipsa origine deductæ ab Adam animæ communicati,  
& iusta causa condemnationis habetur. Itaque uisus sibi  
Augustinus est istam de propagine animarū sententiā se  
quedo, qd in animabus naturæ est Deo tribuere: & quod  
uitij, in huius authore referre, primum parentē, à quo scili  
cet tradux uitatus existit, sicut corporū, ita & animarum.

In hac sententia D. Hieronimus fateſ fuisse maximam  
partē occidentalium, nec audet eā ut indignam Christianis  
oppugnare, quanti uero eam Augustinus fecerit dictum  
est. Quid iā faceret nobis Pighius, si idē et nos de anima-  
bus sentiremus, trahi scilicet peccatum originale cuiuscq[ue]  
animæ, ab anima primi Adam, sicut uitia & mors corpo-  
ris trahunt ab illius corpore. Certe illā de inspiratione no-  
varum animarū haud necessario nobis recipienda est.

Sed malumus hoc ipsum, quod sumus, Dei opificium,  
sicut & cetera religiose admirari, quam curiose inuesti-  
gare, nam nec ex scripturis, nec naturæ rationibus certi  
quicquam

## DE PECCATO

quicquam statui potest, meliusq; origo animæ latet, ut D. Augustinus scripsit, (dum tamen eā non dubitemus Dei esse creaturam) quam uel Deus peccati author dicatur, uel contra Deum aliena malí natura introducatur, uel baptisma parvulorum irritum dicitur, uel denique Deus iniustitiæ accusetur, ut qui condemnent æterna morte animas peccati immunes.

Job. 14  
Psal. 51.

Infectos peccato nasci omnes filios Adæ certa scriptura docet: constant autem ij nō corporibus tantū, sed corporibus et animabus: iniquitatē igitur sunt peccato in ipso ortu suo & animæ eorū. Hic murus aheneus esto, huic sine ulla dubitatione innitendum est. Quis det, inquit Job, mundum de immundo? Et David, Cum prauitate conceptus sum, & cum peccato confouit me mater mea, Iustus est Deus, non igitur condemnat ad æternam mortem, nisi quod peccato proprio perditum est, at qui negaverit condemnari animas ad æterna supplicia, omnium qui ex Adā carnaliter progeniti sunt, & nō dum per Christum regeniti, is manifestissimæ fidei Apostolicae contradicit. Ita colligit D. Augustinus. Hæc nobis, & pīs omnibus satisfaciunt, ut non dubitemus credendum esse, Omnes filios Adæ immundos nasci de immundo semine, cōcipi cū iniquitate & cū peccato cōfouerī, prius subire cōtagiū delictorū, ut D. Ambrosius hæc interpretat, q; uita huius aëris auram spirando percipiāt: ac proinde esse in singulis animabus, etiam infantium, qui Christo nondum insiti sunt, peccatum & uitium proprium, quo ira Dei & condemnationi sempiternæ obnoxiae sunt, idque malí omne trahere, à primo parente humani generis, per quem scilicet peccatum in mundum, hoc est, omnes homines peruersit. Satis inquam sit, hæc nos credere & cōfieri, quæ apertis scripturis testificata sunt, etiā si explicare non

ORIGINAL E.

non possumus, quo nam pacto, & per quos canales, hæc labes ab Adam in singulorum animas traducatur.

Agnoscimus sane esse Dei opera, & quod ad Deum attinet, diuina, omniscip̄ labis pūrissima, & corpus, & animam, horum coniunctionem, & quicquid naturæ est in omnibus hominibus, etiā ihs, qui nascuntur ingenio peruersissimo: tamen immundum est, quod de mundo nascitur semine; & iniuitate infectum propria, suoq; peccato perditum est, contagio delictorum contracto priusq; uitalis spiritus munus haustum sit, quicquid cōcipitur & nascit de muliere. Ista, n. uerbum Dei de hominibus testificatur, cui nos simileiter fidem habere oportet, etiam si qua illa ratione absq; culpa fiunt factoris, uidere non possumus. Quanq; ex his uera consecutione concludi non possit, Deū peccati accusari, uti Pighius sine fine et modo crepat. Certum, n. est hoc ex uerbo dei concludi non posse, quare nec ex nostra confessione, quæ uerbo Dei, ut sa-  
tis demonstratum est, tota nittitur, inferri potest.

Sed dicet Pighius, nos affirmare id, quod ingeneratur infantibus malum & peccatum esse contendimus, esse habitum uitiosum, & qualitatem affectionalem, nec solum priuationem donorum dei, habitum uero & qualitatem, ut certas res immittere animabus neminem posse, nisi permittente Deo, factore eius, liquere igitur Deum, illa nostra confessione inscribi eius mali authorem, quod peccatum esse, & causam peccati ipsi contendamus.

Ad hæc respondemus, primum, id ipsum, quod modo respondimus. quæ de peccato originali affirmamus, ea affirmamus secuti uerbum dei, secuti quoq; sanctissimos patres, & Ecclesiam catholicam uniuersam: at nec Deus ipse se, nec Ecclesia, sanctiç patres, ipsum peccati reum agere sine blasphemia dici possunt, nec nobis igitur istud

## DE PECCATO

Siue calumnia impingit. Deinde fatemur, nisi Deus iusto suo iudicio, cū Satanę permisisset primo parenti uulnus illud naturę infligere, tum ipse primi parentem hac pœna afficere decreuisset, ut toto ingenio uitiatus, uitiatos etiam filios procrearet, Satan nunc̄ sic sauciare naturam humanam potuisset, nec Adam ita sauciata propagare. Verū quicquid Deus mali homini à se animato, atq; ideo tam animę quam corpori eius, ut pœnam transgressionis Adg, siue immittat, siue immitti ingenerari uē sinat, haud quaquam tamen ob id ulla ipsi imputari culpa potest.

Rom. 1.

Testatur scriptura Deum eos, qui se non, ut cognouerunt, glorificant, tradere in concupiscentias cordium ipsum rum ad immunditiā, ut ignominia afficiāt sua ipsorum corpora; tradere in affectiones prauas ignominie, & lata πάθη; & tradere in absurdam mentem, ad faciendū, que non cōueniunt: immittere ijs qui dilectionem ueritatis non recipiūt, uim erroris, ut credant mendacio: seducere prophetas, qui mendaciū loquuntur: cōuertisse corda Aegyptiorum, ut odio haberet populum suū, & dolos struerent seruis suis. His et similibus locis scriptura non dubitat Deo tribuere, ipsum immittere hominibus, non prauas modo qualitates & morbos, sed etiā peruersos motus, & actiones pernicioſas, ἐπεγένετο. n. dicit, idq; ut credant mendacio, & mala, cum dicant, tum faciant teterrima; nec tamen ex eo consequitur, Deo culpam adscribi eius, quod hinc homines se addicunt mendacijs, & tanta admittunt scelerata & flagitia. Si igitur nihil criminis ex eo impingit Deo, quod dicitur, prauos motus, noxias perturbationes, et sceleratas actiones immittere hominibus, quanto minus causa est, ut nos quisq; arguat, culpā in Deū transferre, cū dicimus, morbi tantum, & affectā qualitatem, siue permittente siue immittente ingenerari ex uitata origine infanticibus, contagio generationis carnalis:

Petr.

Percutit Deus sibi rebelles amentia, cæcitate & animi consternatione, ut terrent & peruersè moliantur, agantq[ue] oia, hæc uero immania uitia sunt, quæ homines sub potestatem Diaboli penitus redigunt, nec tamen licet ob id Deum inscribere authorem peccati, aut ipsi tribuere culpam eorum, quæ homines ita percussi impiæ & perniciose faciunt. Nec ergo ratio est, ut Pighius nos criminetur Deum peccati reum agere, cum dicimus, sequentes scripturas, & fidem Ecclesiæ Apostolicam, deum percussisse & Adam, & in eo humanam naturam uniuersam, uitio cœcitatibus & rebellionis, indeq[ue] singulos filios Adæ uitiata, & ob id iræ sua & condemnationi obnoxia natura producere, ul cisciq[ue] eo inobedientiam Adæ in filijs eius, quos nasci facit cum in obedientia carnis. Nam ut D. Augustinus pie scripsit, Deus carnis inobedientiam inobedienti homini dignissime retribuit, q[uod] iniustus erat, ut obtemperaret seruo suo. i. corpore suo, ei, qui nō obtemperauerat dño suo.

Proinde sicut ex eo non cōsequitur, Deum ullius peccati argui posse, q[uod] prædicatur, atrocissimis sane peccatis & uitij alij, hominum peccata punire, operando in cordibus eorum, siue per angelos, uel bonos, uel malos, siue quocunq[ue] alio modo ad inclinandas eorum uoluntates ad mala pro meritis eorum, id quod D. Augustinus ex adductis & alijs scripturæ locis euidentissime demonstrat: neq[ue] id ex eo sequitur, quod nos ex uerbo Dei, & secundū fidem Apostolicam Ecclesiæ totius confitemur, Deum punire. Contra II  
lib. 5. cap. 3. &  
de gratia lib. ap. 21.

Adam & genus eius, immittendo, siue opera Satanæ, siue solo contagio generationis carnalis, siue quocunq[ue] alio modo in membris, hoc est, omnibus partibus hominis, legem illam peccati, malitiam & rebellionem, quam innascenti omnibus constat.

Sed ait Pighius, Satanam nihil posse immediate agere

## DE PECCATO

in animam uerum ait tantum , nec probat . Ex se quidem  
Satan nec in corpore , nec in anima , aut ulla in re alia , ef-  
ficere quicquam potest : permittente autem Domino ,  
facere multa & horrenda potest , tam in anima homi-  
num , quam in corpore . Paulus certe ueretur , ne ser-  
pens uetus corrumpat τὰ νόματα Corinthiorum : & affir-  
mat Deum huius sæculi excæsse τὰ νόματα infidelium .  
Ita queritur Petrus Satanam impleuisse cor Ananiae , ut  
mentiretur spiritui sancto . Si itaq; diabolus ista efficit in  
animis adulorum , quid uetet hunc idem efficere in ani-  
mabus infantium , siquidem id illi Dominus permittat ?  
Et quæ sit illa ἐνέργεια , qua princeps mundi huius , malus  
spiritus , agit & efficax est in incredulis , γνῶστος & πειθαρέος ,  
quam qua malos animis morbos afflat , quaç; in primis  
maximeq; ut D . Augustinus ait , efficit in animis ipsam  
dissidentiam & infidelitatem , qua sint inimici fidei , qui-  
bus deinde uitij & morbis abutens , praua etiam excitat  
desyderia , & desyderijs peruersis agitat scelerata consi-  
lia , dicta & facta , impeditq; & auertit sanas cogitationes ,  
uerba & actiones .

Hæc sane illa potestas Satanæ est , qua detinentur qui-  
cunq; ea non eximuntur per Christū quam Paulus . 2. ad  
Ephes. describēs , addicit illi omnes filios Adæ , quos ideo  
& filios iræ , & peccatis mortuos uocat . Nam ait , Inter  
quos ( intelligens filios incredulitatis , qui peccatis mor-  
tui , uiuunt secundum principem potestatis aëris ) nos oës  
aliquando uersabamur , in desyderijs carnis nostræ , facien-  
tes uoluntatē carnis nostræ & cogitationis , τῷ θλιψοῖσι ,  
& eramus natura filij iræ . Ex his igitur atq; eiusdem sen-  
tentiae locis , liquet Deum & principem huius sæculi , Sa-  
tanam , dominari in uniuersum genus hominum , & capti-  
uos tenere ad arbitrium suum , quicunq; in hunc mun-  
dum carnaliter nascuntur , donec per Christum renascan-

2. Cor. 11.

2. Cor. 4.

Act. 5.

Ephes. 2.

Aug. Epist.

107.

tur. Quapropter Dominus Paulo dicebat, Mittam te ad gentes, ut aperias illis oculos, & conuertas eos à tenebris ad lucem, & à potestate tenebrarum ad Deum. Et prædicans eandem redemptionem nostri factam in Christo, scripsit. Qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & transculit in regnum filij sui. Ergo omnes ex uictiata origine nascimur sub potestate Satanæ, & donec ea uindicet & liberet Christus, sub illa detinemur, agitq; ille in nobis natura incredulis Deo, & rebellibus, eoq; iræ eius subiectis (ut enim filij tuus es, ita filij iræ sumus) et efficit, ut infidelitatem, & si dei inimicitiam, ita fœdam carnis ad omnia scelera & flagitia seruitutē. Quin ad multa præterea portentosa, & carni quoq; nostrę aduersaria impellit, furore concitatos, quale erat facinus Iude proditoris, qui ob tam paulum pecunia, tradere in necem instiuit Christum magistrum suum, à quo tantis cumulatus erat beneficijs, quicq; tantopere erat amabilis, quale erat, quod Iudæi suos liberos ipsi Moloch comburere sustinebant, quod Dominus tam seueriter prohibuerat. qualia sunt omnia scelera tragica, cum homines charissimos sibi, & seipsos etiam interficiunt.

Hæc tanta, & tam repugnantia naturæ mala, Satan tamen in hominibus, permittente Deo efficit, nec efficit, nisi mente, & omni recta iudicatione & appetitione penitus peruersa: ex quo facile cognoscere licet, quam cum scripturis lemma Pighij dissideat, cum sumit, Diabolum non posse in animam hominis immediate agere, indeq; colligit, uitiosam illam qualitatem & morbum hominis, qui ad natūrā omnibus, qui ab Adā communī ratione humanae procreationis nascunt, nō posse inferri à Diabolo.

Vetus & Catholica Ecclesia non dubitauit, uerbum Dei sui secuta, malum originis, uenenum agnoscere anti-

De Ecclesi  
mos. uide  
sup. fol. 50.

DE PECCATO DINO

*In exposi-*  
*tione Psal-*  
*mi. 48.* qui serpentis, per D. Cyprianū suum: et uulnus inflictum  
dente eiusdem serpentis, quo obnoxia relicta est, tota hæ-  
reditas successionis humanæ, per Ambrosium suum: per  
Augustinum, uulnus inflictum à Diabolo, non quidem  
conditore, sed uitiatore humanæ substantię, per quod ille  
sibi, Deo iusto tribuente hæc potestatem, subdit hominē,  
quem non condidit; ut tanquam de suo frutice fructum  
iure decerpatur. Quare hanc potestatem Diaboli, ueteri ri-  
tu, & per exorcismum atq; exufflationem à baptizandis  
infantibus depellere, & ut ei, nomine infantium ab ihs,  
qui eos Ecclesiæ offerunt, renuncietur, requirere consue-  
uit, quo argumēto D. Augustinus plurimis in locis utiſ.

*Contra Iu-*  
*lianum lib.*  
*6. cap. 7.* Et lib. de peccato originis contra Pelagium & Celest.  
*Cap. 40.* secundo, sic scripsit, Deniq; ipsa Ecclesiæ sacramēta, que  
tam priscae traditionis authoritate concelebrat, ut ea isti  
quamvis in paruulis existimēti simulatoriè potius, quam  
ueraciter fieri, non tamen audeant aperta improbatione  
respuere. ipsa, inquam, sanctæ Ecclesiæ sacramenta satis  
indicant, paruulos à partu etiam recentissimos, per gra-  
tiam Christi de Diaboli seruitio liberari. Excepto enim  
quod in peccatorum remissionem non fallaci, sed fidei  
mysterio baptizantur, etiam prius exorcizatur in eis, &  
exufflatur potestas cōtraria: cui etiam uerbis eorū, à qui-  
bus portantur, se renunciare respondent. Quibus om-  
nibus rerum occultarum sacratis & euidentibus signis à  
captiuitatore pessimo, ad optimum redemptorem transire  
monstrantur, qui pro nobis infirmitate suscepit, alligauit  
fortem, ut uasa eius eriperet, quia infirmum Dei non so-  
lum est hominibus, uerum & angelis fortius. Hæc ille.

Ex his itaq; satis intelligi potest, & diabolum autho-  
rem esse uitiatæ originis, qui uulnus istud inflixit, quo  
ut Divi Ambrosij uerbis utar, omnes claudicamus.

Cum

Cum itaq; uitiatam propaginem à primo parente, causam uitij, quod omnibus ab illo procreatibus innascit, Paulus clare doceat, & authorem huius & omnium peccatorum, diabolum scriptura ubiq; proponat, idemq; Ecclesia Catholica tam studiose, totq; modis confiteatur, non est ut Pighius neget, innasci omnibus Adæ filijs uitium & depravationem naturæ, eò quod non possit causa & author huius mali ostendi.

Ista uero cum legunt, qui in scripturis parum exercitati sunt, & qui magis assueuerunt formis prædicandi Dei cum omnipotentiam, tum iustitiam, quas tradit philosophia humana, quam njs, quas prescribit in suis literis, sapientia diuina, non nihil perturbantur, & putant indignitatem Dei bonitate, uideri eū creando homines, qui simul aeterni orti sunt, in ditione diaboli sint, homines non sibi, sed diabolo fingere. Offendit quoq; illud, quod uidere non possunt, quomodo Deus non debeat dici author mali, quod uel ipse immittit, uel cuius immittendi potestatem diabolo tradit.

Sed monendi hi sunt, primum, ut cogitent iudicia dei, quanq; semp & sola iusta sint, tamē quomodo iusta sint, ab homine, in hac quidem uita, cognosciri non posse, sunt enim abyssus multa, & hominibus prorsus inscrutabilia. Deinde, ut firment fidem suam in eo, Deum, qui omnes iudicaturus sit, hoc est, omnitem iniquitatem ad iustitiae æquitatem reducturus, nihil posse facere iniqui.

Postremo quod nec ipsi dicunt, Deum Diabolo homines in uita hac conseruare, alere, & uiuificare, cum conservat, alit & uiuificat, eos, qui tamen nihil quam diaboli mancipia & semen sunt, nec ferè aliud quam opera diaboli patris sui faciunt. Agnoscent enim nobiscum, hos ipsos filios, mancipia & instrumenta Diaboli, non minus q; filij

*Gen. 18.*

*Rom. 3.*

DE PECCATO

Aff. 26. filij, serui & organa gratiae diuinæ, non solum ali à Deo, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & plu- uiam mittit super gratos & ingratos, sed etiam moueri, uiuere & esse in Deo. Hoc enim D. Paulus de omnibus hominibus testatus est, non bonis tantum. Si ergo non dedecet bonitatem Dei, quod alit, mouet, in uita sustinet, & uim suam ad omnes quamlibet conseleratas actio- nes suppeditat, eis, qui, quod in ipsis est, tantum Sata- nae uiuunt, & seruunt nec debet ob id dici, Diabolo fa- miliam alere, mouere, in uita seruare, & uirtutem impie & perniciose faciendi, suppeditare, nec alienum est à boni tate Dei, quod singit, in uitamq; hāc profert, qui propter uitiatam originem ilico sub potestate diaboli detinentur; nec dici potest, eum creando homines, quorum statim per se ortus in uitio, & sub ditione diaboli est, diabolo fi- lios & mancipia condere.

Eph. 3. Spectat Deus tam singendo, quam conseruando & uiuificando eos, qui diabolo, non ipsi uiuunt, gloriam suam, bonum uniuersæ creaturæ, quod multo est amplius, quam id nos perspicere ualeamus; non solum in ijs rebus, quæ ad homines pertinent, sed nec in minutissimis quidē insectis & herbulis. Valde bona sunt cuncta Dei opera, nec quicquam factum ab eo est, quod non etiam creaturis Dei bono sit: at quibus in rebus huius bonita- tis rationem homo comprehendere ualeat? Quæ, ma- lum, igitur ista est hominum impiæ audacia, huius bo- nitatis immensitatem conari peruestigare in homine, il- lo nunquam satis admirando Dei opificio, in quo ad- huc uehementer uariam Dei sapientiam ipsi etiam ange li discunt:

Quanquam qui cōsyderarit, quantam sibi Deus hinc gloriā pararit, quantumq; uniuersæ creaturæ bonum cō tulerit

tulerit: quod filium suum hominem fecit propter homines in Adam perditos sibi restituendos: quod huic tantam etiam Ad de sobolem refingendam tradidit: quod denique ex ipsis quoque organis irae, apparatis ad interitum, tam admirabilem potentiam suam gloriam excitat, sicut nota facit diuitias gloriae suae in organa misericordiae: qui haec inquam religiose expenderit, is facile agnoscet, Deum sibi, non diabolo fingere homines, ne malos quidem, & cum diabolo & angelis eius aeternum condemnandos: nedum bonos, & cum filio suo in sempiternum glorificandos.

Iam quod uidetur his infirmis, id quod nobis nusquam non impingit Pighius, Deum a nobis inscribi authorem peccati, qui dicamus a Deo, & infligi hanc poenam hominibus, ut uitiata natura nascantur: & tradiri Satanem potestatem homines uitiandi: monendi & huius sunt, ut hoc ipsum, Deum authorem uel non authorem malorum, atque peccatorum dici, recte intelligent. Cum enim Deus ipse de se per Prophetam prædicet, se non tantum fingeret lucem, sed etiam creare tenebras: non modo facere pacem, Deus creat omne malum. sed & creare malum: item per alium Prophetam. Non esse malum in ciuitate, quod ipse non fecerit: non est Deus negandus author esse quorumlibet malorum. Quae enim mala & peccata, iustae peccatorum poenae sunt, horum se ipse Deus authorem in omni scriptura prædicat. Cōcupiscentiae enim male cordis, foedae perturbationes, sensus reprobis, in quae Deus tradidit gentes, quae se non ut cognouerunt, glorificauerant: & eo mercedem eis erroris sui rependit (mercedem enim, inquit Paulus, quam oportuit, erroris sui in se ipsis recipientes) & poenae erant neglecti Dei, admissaque libidinis: & peccata: istaque damnatio, ut D. Augustini uerbis utar, etiam reatus erat, quo Rom. 1. Con. Iulii. lib. 5. cap. 5. gentes illae grauius implicabantur. De quo iudiciorum

DE PECCATO.

Deimysterio Augustinus cum aliâs , tum disputat libro contra Julian. 5. cap. 3. præclare & copiose. Iam uitium naturæ de quo agimus , quia propter inobedientiam Adæ innascitur , non solum peccatum , sed & poena peccati est: quare quatenus poena est , Deum eius dicere authorem , à ratione loquendi Scripturæ , qua utiq; de diuinis myste- rïjs , melius quam illa potest hominum sapientia , loqui nouit , alienum non est. Inflictio enim poenæ , qualiscunq; illa sit , siquidem iusta sit , neminem magis , quam iustum Deum , iudicem omnium supremum decere potest.

Huius itaq; orationis , quæ Deū authorem mali dicit ,  
Deus autem modo impius & blasphemus sensus est , si eam quis sic  
thor pecca intelligat , ut peccatorum culpam , hominibus adimat , &  
ti , in quo Deo tribuat . At si eam sic intelligas , ut ea quicquid sup-  
sensu , ue- plicij hominibus infligitur , id authore Deo infligi præ-  
rū , in quo dicetur , tam non est hæc oratio blasphema in Deum , di-  
falsum . cere eum authorem mali , ut ea ipsa propriam Deo lau-  
dem tribuas . sensus enim eius est , nihil mali , quo pecca-  
ta puniuntur , à quoquam , nisi à Deo immitti : solumq; esse , qui percutit : sicut solus est qui sanat : solum , qui ho-  
minibus malefacit , sicut qui bene . Vnde cum Dominus  
Ies. 42: per Prophetam falsa numina nihil habere diuinitatis de-  
monstrare instituit , insultat illis dicendo . Benefacite &  
malefacite , hoc est , quæ bono uel malo sint , immit-  
tate .

Sed quamlibet ea , quibus Deus iustum supplicium  
Quaecunq; de peccantibus sumit , malo sint ijs , qui à peccatis non re-  
Deus im- sistunt , bono tamen sunt uniuersæ creaturæ : cui id sum-  
mittit ho- minibus mum bonum est , seruire gloriae conditoris , ea ratione ,  
mala , bona quam ipse conditor singulis et uniuersis creaturis suis in-  
sunt . stituit . Sed hac de re lege , quæ Diuus Augustinus dis-  
serit loco , quem modo indicauit contra Julianum . nam  
eo loco

eo loco hoc ipsum, de quo agimus, defendit: carnis inobe*nobedientiam*, inobedienti homini dignissime retributā. Vbi tia carnis, concludens hanc disputationem, inter cætera hæc subie*inobedientiam* cit. Si prudenter hic saperes, profecto esse ini<sup>iuste</sup>quitatem us*ti homini* deres, qua pars inferior hominis repugnat superiori atq*buta.*  
meliori: & tamen iuste iniquum, suę carnis ini<sup>iuste</sup>quitate, pu*z. Reg. 22.*  
nitum: sicut est Achab Rex iniquus, maligni spiritus ini*quitate punitus.*

Ex his itaq*p* ijs hominibus, qui iudicium de rebus ad religionem pertinentibus, ex luce diuinarum literarum, non ex tenebris humanæ philosophiæ desumere student, facile intelligent, gulnus illud originale, & à Deo, ut pœna inobedientiæ Adæ repensum: & dente antiqui serpenti*inflictum*: & à primo parente in omnem posteritatem eius propagati*esse*; hodieq*p* propagari per singulos parentes in singulos suos liberos: quanquam uerum simul sit, à Deo, qui solus bonus est, nihil nisi bonum profici*cisci*: & Diabolum in hominem per se nihil posse: & parentes infantibus fingendis manu Dei, ut & anima, ita & corpore, semen modo subministrare: & semen, quod ut Pighius recte scribit, omnino eiusdem rationis est, siue à Sanctis iustisq*&* ab illo originis peccato solutis, siue a peccatoribus decidatur: hoc est, uitatum in omnibus, & omnibus transfundendi uitij instrumentum: quamlibet id mali parentibus in Christo remissum sit. Constatib*q* his, de causa, & authore huius mali, ac ita constabit, ut tamen Deo nihil peccati per haec nostra adscribi intelligant: tametsi ille iudicio, quamuis nobis ineffabili, iustissimo tamen, inobedientiæ primi parentis hanc mercedem rependit, ut inobedientes natura filios, moris suq*ue* serpentis saucios gigneret: idque mali per singulos parentes in singulos natos ex se transfundant. Itaq*p*

D E P E C C A T O

absoluunt libenter nos calumnijs Pighij, quibus sen-  
tentiam de peccato originali non nostram, sed Ecclesiae  
catholicæ, ut clare demonstratum est, criminatur, esse im-  
piam & blasphemam in Deum; ut quæ peccatum in De-  
um transferat; cui nōs nihil quām iustum iudicium tri-  
buimus, culpam omnem peccati, in solo homine, & pec-  
cati eius authore Diabolo relinquentes.

Sed hi, non ut Pighius, cæcum rationis suæ, sed uerum  
et certum lumen uerbi Dei sequentur: agnoscentes haud  
frustra dictum in Psalmo. Iudicia tua abyssus multa, nec  
frustra exclamasse Apostolum. O altitudo amplissimæ  
sapientie & scientie Dei, quām inscrutabilia sunt iudicia  
eius, quām inuestigabiles uiae eius: Quis cognouit sen-  
sum Domini, quis ei consilium dedit: Aut quis ei prior  
dedit ut rependatur ei?

Captiuam itaq; suam isti intelligentiam, quæ hæc arca  
na per se capere non potest, obsequio Christi, & uerbo  
eius addicent: ex eoq; istud semper firmum tenebunt, ne-  
minem ex Adam carnali ratione procreari, qui non na-  
scatur natura filius iræ & subiectus Diabolo: quia filius  
incredulitatis, & peccati: quia destitutus uita & gloria  
Dei, dum per Christum refingatur. idq; inde, quia cum  
iniquitate & peccatis à suis parentibus, peccato scilicet  
Adæ uitiatis, & antiqui serpentis uulnere saucijs, proge-  
nitus sit: etiamsi parentibus hoc ipsum uitium imputari  
propter Christum desierit. Et si rationem huius uitiatæ  
propagationis, quidue huius, ut iustæ poenæ pro peccato  
Adæ, Deo: quid Diabolo, ut peccati, cuius inuidia hoc  
uitium primis parentibus obtrusum est: quid deniq; rur-  
sus ut peccati, & naturalis uitij, uel primis, uel medijs, aut  
proximis progenitoribus adscribi debeat, non satis com-  
prehendere sancti homines possunt, tamen uerbis Do-  
mini

## ORIGINALI.

mini acquiescent, & omnem impiam curiositatem repudia-  
bunt: continentes se inter hos duos pietatis terminos.  
Non est iniurias apud Deum iudicat enim mundum.  
Et, Non existit mundus de immundo semine, nemo enim  
uiuet, nisi per Christum renatus.

Sed initiat altero suo argumento Pighius. Cum & ani-  
ma & corpus sanctum Dei opificium sit, non posse in  
his locum esse isti naturali contaminationi, nullam igi-  
tur innasci homini; ut in quo nulla possit mali huius se-  
des ostendi.

At nos secuti scripturam Dei, secuti fidem Ecclesie Ca-  
tholice, supra ostendimus, malo originalis totum homi-  
nem uitiatum esse, mentem enim contenebratam, uolun-  
tatem infirmatam, & uires ceteras, ut recte rationi aduer-  
sentur, peruersas. Itaque sedem, malum hoc uitiatum origi-  
nis habet, & in anima & in corpore. Nec id non recte dici,  
efficit argumentum illud Pelagianorum uetus: & nunc  
per Pighium renouatum: quod & anima & corpus ho-  
minis, eorumque compositio, opus Dei sint. Si enim indi-  
gnum Deo non est, adulorum & animas & corpora, cu[m]  
per Satanam, tum per malam ipsorum uoluntatem uitia-  
ri, sedemque peccati fieri, quid causae sit, ut indignum dicam-  
mus Deo, hec propter primi parentis rebellionem, etiam in  
ipso ortu uitari, peccatique contaminatione in se recipere:

Audiat Pighius, dum nos non fert, quid D. Augusti-  
nus hic sibi respondeat. Cum Deum, inquit, nisi stulta im-  
pietas non reprehendat, quod homines uitiosa uolunta-  
te damnabiles illo uiuificante uiuunt, qui uiuificat omnia;  
cur puramus ab eius operibus abhorre, quod, origine  
uitata, damnabiles illo creante nascentur, qui creator est  
omnium: & per mediatorem regenerati à damnatione li-  
berantur debita, sed gratuita miseratione, non debita,

*Con. Iuliæ  
num lib. 5.  
cap. 8.*

DE PECCATO

quos elegit ante constitutionem mundi, per electionem gratiae, non ex operibus, uel præteritis, uel præsentibus, uel futuris? Alioquin gratia iam non est gratia. Quod maxime apparet in parvulis, quorum nec præterita dici possunt opera, quia non fuerunt; nec præsentia, quia nihil operantur; nec futura, quando in illaestate moriuntur. Hæc ille.

Quocirca cum Pighius rogat, quis hoc, in ipsis, (ut sic dicat) Dei plasti, & factoris manibus, in ipso compositionis suæ momento, ita corrupit, ita deprauavit, diuinæ plasmationis opificium, ut suo ipsum authori exosum redaret? Ego uicissim rogo, quis hoc, hominem adulterum, in ipsis, ut sic dicam Dei coleruantis, uiuificantis, et agentis, manibus, ipsoque actus motusque diuinæ momento, ita corripit, ita deprauavit, opus diuinæ motus, actusque, ut suo ipsum authori iniuicuum redderet? Sane puræ dei manus non minus prestante sunt, nec minus earum sanctum purum opus est, cum sustentat deus, uiuificant, & agit hominem fœdissima & pni ciosissima peccante, quam cum fingit, formatque in utero matris recens conceptum infantem. Quanque igitur & corpus & anima in homine, opus Dei est, & creatione Dei sanctum ac purum: tamen utrumque sedes peccati esse potest, uitiatum à Satana, & uitiosa propagine: nec tamen uitium hoc sanctæ puræ creationi, sed uitio recepto à primo parente adscribendum est. Non. n. id, boni dei, bonæ animæ, bonique corporis, bone denique horum cōpositionis, sed mali peccati atque uitij, auctorisque horum Diaboli opus & fructus est. De qua re, expende pie lector, quid Pighio D. Aug. pridem respondebit. Et hoc, inquit, uerum dicas, horum enim honorum (intelligit Deum formatorem totius hominis, cōmixtionem corporum à Deo institutā, & sanctificatā, ipsaque hominis membra) fructus homo est, quod in quantum homo est, bonum est; quod autem in illo malum est, à quo sanandus est

August.

Contra In-  
bianū lib. 3.  
exp. s.

est per salvatorem, & liberandus per redemptorem, & ab  
luendus per lauacrum, & eruendus per exorcismum, &  
absoluendus per sanguinem, qui in remissionem fusus est  
peccatorum, id non est fructus corporum, sexuum, coniunctio-  
num, sed originalis ueterisque peccati. Sicut, n. de prole adul-  
terorum, si ego dicerem, tot malorum, i.e. lasciviae, turpitudinis,  
criminis, bonus fructus esset potuit, recte mihi respon-  
deres, hominem quod de adulteris natus est, non esse fructum lasci-  
viae, turpitudinis, criminis, quorum malorum author est dia-  
bolus: sed corporum, sexuum, coiunctionum, quorum bono Malum cū  
rū author est Deus. Sic ergo tibi rectissime dico, malū cū quo nascit-  
ur homo, non esse fructum corporum, sexuum, con-  
iunctionum, quorum bonorum author est Deus: sed prime pre-  
uaricatiois, cuius author est Diabolus. Absit autem, ut quē= Author  
admodum calumniaris, dicamus homines adhoc à Deo fie prime  
ri, ut à diabolo legitimo iure teneantur: quamuis enim & praeuarica-  
tionis Dia  
hoc diuinæ sit magis, quod diabolice potestatis, ut immundo bolus.  
principi, generatio immunda subdatur, nisi regeneratione Diuina po-  
mundet: tamen non adhoc facit Deus homines, ut familiā quo testatis, ut  
dammodo diabolus habeat: sed ea bonitate, qua naturis immundo  
omnibus præstat ut sint: qua etiam ipsum facit subsistere dia- Principi,  
bolusque bonitatē sibi. subtraheret, continuo nihil essent, generatio  
Sicut non ideo creat pecora in armentis et gregibus impiο immunda  
rum, ut demonibus immolent, quamuis hoc eos nouerit subdatur.  
esse facturos: sic etiam ubi generationem peccato forsi creat Deus creat  
cernit obnoxiam, secundum pulcherrimum, quem depositum ordi generatio-  
ne seculorum, suam non abstinet ab eius conditione bonitatem, nem pecca-

Ista itaque qui rite considerant, & authoritatem scripturarum, è quibus ea de prompta sunt, sacrosanctā habent, xiam.  
In nihil dubitabunt agnoscere, & corpus, & anima, totumque hominem, quamque dei bonum purumque opificium sit, tamen in ipso ortu, et in ipsis, ut ita dicatur, Dei manib[us] uitiari; nec ideo,

DE PECCATO

quod opera Dei sunt & corpus & anima hominis, non posse haec esse peccati capacia: sedemq; prebere intra se contaminationi naturali. Patet ergo nulla ratione subsistere, quod Pighius argumenti sui principium ipse sibi sumpsit, accepit a nemine: Non posse corpus & animam hominis, ipsumq; hominem totum esse purum sanctuq; Dei opificium: & tamen uitiari & deprauari, cum a Sathan, tum a uitiata propagine, in ipso sui ortu.

His perpensis, evanescit & aliud argumentulū quod Pighius hoc loco iniicit. Deum nihil odiisse eorum quæ fecit. Vere enim nihil eorum, quæ fecit ut res, odio habet: sed fouet ea, & benedicit: at quæ illis uitia uel innascuntur, uel inferuntur: etiam ipso eam poenam iusto iudicio infligente: ea, quatenus peccata sunt, detestatur & punit.

fol. 57.  
Libro cōtra Julian. s. cap. 5.

De eo uero, quod hic adiicit, corpus, ut rem quæ per se nihil intelligat, nō posse esse capax peccati, supra dictum non nihil est. Corpus quidem hominis per se sine anima, nec est, nec agit quicquam: sed est animæ, qua est & agit, subiectum & instrumentum: ideo nec peccati sine anima & per se capax est, ut ipsum peccati condemnaret: uerū uel utrumq; (ita scribit D. Augustinus) uitiatum ex homine trahitur: aut alterum ab altero, tanquam in uitia to uase corrupitur, ubi occulta iustitia diuinæ legis includitur. Coniunctim igitur & anima & corpus sedes huius peccati sunt. Sed etiam dum neutrum adhuc intelligentiam uel iudicium mali habet. nam & in hoc ipso Pighius quod probare ante debebat, sumit, quod nihil intelligit, id non posse esse capax peccati.

Succedit itaq; tertium Pighij argumentum, quod & ipsum magna confidentia iactat: subindeq; repetens, infigere lectori conatur, infantes nullo posse peccato condemnari, quia nulla sit illis lex proposita. Verum id quidem

## ORIGINALI.

dem est, ubi lex nulla posita est, ibi nec ullā esse potest le-  
gis transgressio: ubi nulla proposita regula, ibi nec à regu-  
la ullus erit deflexus. At infantibus nullam esse constitu-  
tam legem, aut præfixam regulā, id Pighius tum demon-  
strabit, cum cætera sua Pelagiana lematia probabit. Con-  
cupiscentiam esse vim naturalem, & absq; uitio: nō posse  
In ipso ortu uitari, quod Dei opus sit: non esse in homine  
culpabile, quod uitari ab eo nequit: & alia huius generis  
sumpta. Ostendimus uero supra legem inditam infantib-  
bus, & præstitutam regulam, ut imagini Dei conformes  
sint, ad quam conditi sunt. quæ aut illa lex mentis est, cui  
Paulus dicit repugnare legem membrorum, aut in ea con-  
tinetur. Huiuslegi & regulæ, repugnat tota natura infantium.  
rei itaq; hac lege peccati, iuste à Deo condemnantur.

Contra Iua-  
lian. lib. 2.

Et retro quia damnari infantes certum est, quicunq;  
per Christum non renascuntur (quod ex D. Scripturis  
Ecclesia catholica tam firmum tenet, ut eum iudicarit  
communis fidei hostem habendum, qui id non agno-  
scat, nam ideo abluit illos baptismate peccatis, & liberat  
potestate Satanæ Christo inserendo) ex eo quoq; efficitur,  
illos propriā habere ut iniquitatē, ita et legem, à qua decli-  
nant. Iustus enim cū sit Deus, neminem damnat, in quo  
nulla insit iniquitas, nullum peccatum proprium, certa le-  
ge sua damnatum. Inest ergo infantibus sua propria ini-  
quitas, quæ legi Dei aduersatur: tametsi hanc nondū ipsi  
intelligant, eocq; proprio quidem iudicio & uoluntate nō  
peccent, magisq; naturæ quā in uoluntatis peccatum ha-  
beant. De quo scite admodum Augustinus, ut de tota  
hac quæstione, scripsit contra Julianum lib. 2. his uerbis.

Augustinus  
Contra Iua-  
lian. lib. 2.

Parvulus uero, in quo adhuc rationis nullus est usus,  
uoluntate quidem propria nec in hono est, nec in malo:  
quia nulla in alterutro cogitatione uersatur; sed utrumq;

## DE PECCATO

**Malum ori-** in illo consopitum facet, & naturale rationis arbitrium,  
**ginale iac-** & malum originale peccati. Sed annis accendentibus, cuius  
**cet in par-** gilante ratione, uenit mandatum, & reuiuiscit peccatum:  
**nulis con-** quod aduersus crescentem cum pugnare cōperit, tunc  
**sopitum.** apparebit, quid in infante latuerit: & aut uincit & domi-  
nabitur: aut uincitur & sanabitur. Non tamen ideo malū  
hoc nihil nocuisse, etiam si, priusquam in illo apparere cōpis-  
set, parvulus hac uita exisset; quia reatus eiusdem mali, nō  
quo reum malum est, sed quo reum facit, in quo est, sicut  
generatione contrahitur, ita nisi regeneratione non solui-  
tur. Hoc est propter quod parvuli baptizantur, ut non  
solum regni Christi fruantur bono: uerū & à malo regni  
mortis eruantur. Nec hoc fieri potest nisi per eum, qui  
**In carne in** peccatum in sua carne damnauit, quod nascendo non sen-  
**fantiū col-** sit: quod moriendo crucifixit, ut in carne nostra esset iusti-  
**luuio per** ficatio per gratiam, ubi erat ante colluuiuio per culpam.  
**culpam.** Hæc ille.

**Infantes**  
**non fuerūt**  
**absg: lege.**

Ex hac D. Augustini explicatione, quæ fidem Catholi-  
cam continet, id animaduertas, pie Lector, quod ait, & ar-  
bitrium naturale rationis, & peccatum originale sopitū  
facere, & quasi ligatum teneri, non abesse. Arbitrium  
uero naturale rationis, iudicium est, quod ex impressa na-  
ture hominum lege Dei constat, nec igitur lex ista infan-  
tibus deest. Et qui abesse possit, cum sit naturæ hominū:

**Explica-**  
**tur locus**  
**Pauli Ro-**  
**r. uiuebam**  
**diquando**  
**sine lege.**

Quod enim Paulus scripsit, se aliquando uixisse sine le-  
ge, eo non affirmat se legem omnino non habuisse, sed nō  
habuisse intellectam: uixisse se, ait, sine lege, nō fuisse. Ita  
nec aduenisse eam dicit, quæ nullo modo ad esset: sed quæ  
nondum adesset cognita: nec uim suam explicaret con-  
demnando. Nam effectum aduenientis legis non pec-  
catum ipsum, sed uitam peccati, hoc est, uim & conden-  
nationem peccati in conscientia, fecit. Sine lege, inquit,  
peccatum

## ORIGINALI.

85

peccatum mortuum erat: ego uero uiuebam aliquando sine lege. Veniente autem lege, peccatum reuixit. ego uero mortuus sum. Mortuum, inquit, erat, non aberat, sine lege peccatum, hoc est, non mordebat conscientiam, non explicabat uim suam ad condemnationem. Vis enim peccati lex est: & lex administratio mortis: postquam natura tota legi aduersamur, ut igit uim legis cum demnantis nondum sentiebat, ita uixisse se absque plege consitetur: quae cum aduenient in conscientiam scilicet, uera sui & cognitione & consideratione, mortuum se queritur, percepta scilicet ex illa mortis & condemnationis sententia. Quid enim aliud ei accidisset, cum intelligeret iam & sentiret, quid lex & exigit, & ijs, qui quod exigit non praestiterint, decernit & minatur?

Non sunt igitur infantes absque lege, sed absque lege cognita, uimque suam in conscientia explicante. igitur nec absque peccato sunt: quanquam sint absque peccato uiuentes, id est, sum mortis & cum demnationis uia sua, lege, inferentes. Nec enim ex eo, quod nullo sunt legis peccati cognitione, efficitur, nullam eis positam legem, ac ideo nulla etiam transgressione legis teneri: nam ignorantia ista legis eiusmodi pena peccati est, quae etiam peccatum est: eoque peccati excusationem nullam ad fert. Qua de re libet adscribere quae D. Augustinus scripsit ad Sextum presbyterum. Huma-  
na quippe, inquit, superbia, tanquam presumens de uiribus liberis arbitrij excusatam se putat, quando ignorantie, non uoluntatis, uidetur esse quod peccat. Secundam hanc excusationem, inexcusabiles dicit scriptura diuina, quos cuncti scientes peccare conuincit: Dei tamen iustum iudicium nec illis parcit, qui non audiuerunt. Quicunque enim sine lege peccarunt, sine lege peribunt. Et quamuis se ipsi excusare uideantur, non admittit haec excusationem, qui scit

Epist. 104.

## D E P E C C A T O

Hominem se fecisse hominem rectum, eiçp obedientiae dedisse præceptum, nec nisi ab eius, quo male usus est, libero uoluntatis arbitrio, etiā quod transiret in posteros, manus peccatum. Nec enim damnantur qui non peccauerūt, quandoquidem illud ex uno in omnes pertransiit: in quo ante propria in singulis quibusq; peccata, omnes cōmuniter peccauerunt. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, uel reatu originis, uel additamento etiam propriæ uoluntatis: siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat: quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est: in eis autem qui non potuerunt, poena peccati. Ergo inutriscep-

Inexcusabilis omnis peccator, uel reatu originis. Iusta damnatio insan non est iusta excusatio, sed iusta damnatio.

In his uerbis uides, Christiane Lector, Sanctum Episcopum, cum Catholicam de peccato originali fidem, nō explicaret tantum, sed etiam defendet, testatum esse: infantes ignorantiae excusatione minime leuari, eo quod Deus hominem rectum initio fecit, & obedientiae præceptum dedit, ut in ea scilicet rectitudine, qua conditus erat, perseveraret, cum ipse tum tota eius posteritas. Hac itaq; lege & infantes tenentur. Cumq; eo peccato inobedientia, quo in ipso Adam omnes peccauerunt, nascantur, & tam profunda ignoratione, ut præceptum Dei fictoris sui non possint intelligere: & ea naturæ rebellione, ut huic legi toti renitantur: eadem lege obedientiae, non tam Adg, authori humani generis, q; toti humano generi proposita, iure cōdemnantur: nec solum propter inobedientiam aduersus Deum, factorem suum: sed etiam propter ipsam ignorantiam: quæ ita scilicet peccati poena est, ut etiam peccatum sit. De quo D. Augustinus fidem Catholicam in hunc modum confitetur & defendit, libro primo de peccatorum meritis & remissione.

Cap. 30.

An

An nullum est ignorantiae malum, & ideo nec purgandum. Malum  
dum: Et quid agit illa vox, Delicta iuuentutis & ignoran<sup>tie</sup> ignoran<sup>tiae</sup>  
meæ ne memineris? Etsi enim damnabiliora peccata  
sunt, quæ ab scientibus cōmittuntur: tamen si ignorantiae gaudium.  
peccata nulla essent, hoc non legeremus, quod cōmemorā*Ignoran<sup>tiae</sup>*  
rāui. Delicta iuuentutis & ignorantiae meæ ne memine*tie* <sup>peccato</sup>  
ris. In illas igitur ignorantiae densissimas tenebras, ubi ani*ta*  
ma infantis recentis ab utero, utiq<sup>z</sup> anima hominis, utiq<sup>z</sup>  
anima rationalis, non solum indocta, uerum etiam indo=  
ctilis iacet: quare, aut quando, aut unde contrusa est, si na=  
turæ est hominis, sic incipere, & non iam uitiosa est natu*ta* <sup>innata</sup>.  
Cur nō talis creatus est Adam? cur ille capax præcepti, ignorantia  
& ualens uxori & omnibus animalibus nomina impone*contra na-*  
*ter*? Nam & de illa dixit, Hæc uocabitur mulier, & quod turam, &  
euncq<sup>z</sup> uocauit Adam animam uiuam, hoc est nomen ei*uitium na-*  
us: Iste autē nesciens ubi sit: quid sit, à quo creatus, à qui=  
bus genitus sit, iam reus delicti, nec dum capax præcepti, <sup>infans reus</sup>  
tam profunda ignorantiae caligine inuolutus & pressus, dū capax  
ut neq<sup>z</sup> tanq<sup>z</sup> de somno excitari possit, ut hæc saltem de*præcepti*,  
monstrata cognoscat: sed expectetur tempus, quo hanc,  
nescio quam uelut ebrietatem, non per unam noctem, si=  
cut quelibet grauissima solet, sed per aliquot menses, atq<sup>z</sup>  
annos paulatim digerat: quod donec fiat, tam multa, quæ <sup>innumer</sup>a  
in maioribus punimus, toleramus in paruulis, ut numero*in infantia*  
omnino non possint: Hæc ille. <sup>bus peccato</sup>

Hic uides virum sanctum Dei confiteri ac docere, idq<sup>z</sup> <sup>ta</sup>.  
ex uerbo Dei, innatam nobis ignorantiam, delictum &  
peccatum esse, quod purgandum sit: cuius obliuio & re=  
missio à Deo oranda sit, quia eo malo natura hominis ui=  
tiosa & iniuisa Deo sit. Poena quidem ista ignoratio est:  
quia inobedientiae primi parentis retributa: at nisi ea etiā  
per se peccatum esset, iniquitas scilicet, qua illi à prescripta

## DE P E C C A T O

naturæ humanae lege & regula detorti sunt a lege, inquit,  
quæ cognoscere & colere Deum præcipit omnibus ho-  
minibus, pusillus & magnis, propheta ueniam etiam de-  
lictorum ignorantie non orasset, de quib. & ante Augusti-  
num Reticius Episcopus Augustuduni, qui magna in  
Ecclesia authoritatis uir fuit, telste Augustino, qui eius te-  
stimonium adducit lib. contra Julianum. i. si testatus est.

**Omni anti-**  
**qui criminis, igno-**  
**rante faci- nora, inge-**  
**nita scel- ra.** Hanc igitur esse principalem in Ecclesia indulgentiam  
neminem preterit, in qua antiqui criminis omne pondus  
exponimus: & ignorantie nostræ facinora prisca delemus:  
ubi et ueterē hominē cum ingenitis sceleribus exuimus.

Ecce & hic Episcopus facinora ignorantiae, & ingenia-  
ta sclera confitetur. Fidei igitur Catholicae dogmaz, non  
nostræ, aut etiam D. Augustini opinionis commentum  
est, infantibus ignorantiam, in qua nascuntur, peccato de-  
putari: nec solum rebellionem illam, qua in omnibus legi  
Dei natura reluctantur: etiam infantes hancq; rebellio-  
nem, ignorationis excusatione haudquaq; leuari: sed ni-  
si utriscq; peccatis, cū ignorantia, tum rebellionis, in Chri-  
sto abluantur, ob hæc ipsa, et ignorantia facinora & inge-  
nita rebellionis sclera, iusto Dei iudicio æternum con-  
demnari. Vnde D. pater Augustinus, hac ipsa infantiae  
ac cap. 4. sua peccata ingenita, & ignorantia facinora, & rebellio-  
nis sclera, nō superuacanee, sed necessario Deo confessus  
est, ueniamq; eorum supplex orauit, in hunc modum.

**Exaudi Deus. Væ peccatis hominum.** Ethomo dicit  
hæc, & misereris eius: quoniam tu fecisti eum, & peccatum  
non fecisti in eo. Quis tecum commemorat peccatum in  
fantiae meæ? Quoniam nemo mundus à peccato coram  
te, nec infans cuius est unius dierii uita super terram. Quis  
tecum commemorat? An quilibet tantillus nunc paruu-  
lus, in quo uideo, quod non memini de me? Quid ergo  
tunc peccabam? An quia uberibus inhibabam plorans?

**Peccata in  
fanticæ.**

Nam si nunc faciam, nec quidem uberibus, sed escae cons  
gruenti annis meis ita inhians, deridebor atque reprehendar iustissime. Tunc ergo reprehendenda faciebam,  
sed quia reprehendentem intelligere non poteram, nec  
mos reprehendendi me, necratio sinebat. Nam extirpamus & ejimus ista crescentes. Nec uidi quenquam scien-  
tem, cum aliquid purgat, bona projectere. At quo tempo-  
re etiam illa bona erant, flendo petere etiam quod noxie  
daretur: indignari acriter non subiectis, hominibus libe-  
ris & maioribus, hisque a quibus genitus est, multisque præ-  
terea prudentioribus: non ad nutum uoluntatis obtem-  
perantibus feriendo nocere niti, quantu[m] potest, quia non  
obeditur imperijs, quibus perniciose obediatur. Ita im-  
becillitas membrorum infantilium innocens est, non ani-  
mus infantium. Vidi ego & expertus sum zelantem par-  
uum: nondum loquebatur, & intuebatur pallidus ama-  
ro aspectu collactaneum suum. Quis hoc ignorat? Expia-  
re se dicunt ista matres atque nutrices, nescio quibus reme-  
dijs. Nisi uero & ista innocentia est, in fonte lactis uber-  
tim manante atque abundante opulentissimum, opis egen Non sunt  
tissimum, & illo adhuc uno alimento uitam ducentem, nulla uel  
confortem non pati. Sed blande tolerantur haec, non quia parua peccata  
nulla uel parua, sed quia exstat accessu peritura sunt. Quod ua peccata  
licet probes, tamen ferri aequo animo eadem ipsa non pos-  
sunt, quando in aliquo annosiore reprehenduntur. Et in  
teriectis quibusdam subiicit: Quod etsi in iniuitate con-  
ceptus sum, & in peccatis me mater mea in utero aluit, infa-  
ntium.  
ubi oritur Deus meus, ubi Domine ego seruus tuus, ubi  
aut aliquando innocens fui? Haec ille.

In hac sanctissimi patris confessione obseruabis pie  
Lector, primum confessorum peccata infantiae sua, ex-  
clamare, Vae peccatis hominum, damnabilia igitur illa  
indis

*Augst. In  
fans facie  
bat repre-  
hendenda.*

*Imbecilli-  
tas infan-  
tium, non  
animus  
inocens.*

*Infans nun-  
quam inno-  
cens.*

edicavit. Deinde quod ea omnia peccato infantibus deputari agnoscit, quae in adultis iure reprehenduntur, & a sanctis necessario extirpantur. Tunc enim ait reprehendenda faciebam. Tribuit itaque infantibus damnabilia & uitia, et facta uitiorum. Ut intemperantie, cuius opus profert appetendo indecenter & auditus equo cibum: ignorantie, requiringo noxia; iracundiae, indignando acriter, etiam beneficis, & nocere eos conando superbiae, repugnando maioribus: inuidie, amaro aspectu intuendo colactaneos, & propter eos pallescendo: quod malum in ples-  
risceruntur. Ex his itaque recte concludit uir Dei, imbecilitatem membrorum infantium, non animum infantium, innocentem esse: damnabiliterque infantes rebellionis contra Deum teneri, nec nulla ignorationis excusatione leuatur. Postremo diligenter hoc loco, & illud considerans est, quam uir Dei huius tantae malitiae & rebellionis originem assignet, uitiosam scilicet conceptionem, & in utero matris conformatiōnē: ex qua nimurum primā uita uitiositate & fructibus eius, quos commemorauit, id recte concludit, se nūc dum fuit, fuisse innocentem. Quae conditio cum naturae humanae, ac ideo omnium hominum sit, efficitur euidentissime & illud, quod in hac confessione Sanctus Episcopus præmisit, neminem mundum esse a peccato, ne infantem quidem, cuius est unius diei uita super terram.

His itaque scripturis & Catholicorum Episcoporum confessionibus, quae totius Catholicæ Ecclesiæ sunt, concludit irrefragabiliter infantes proprio peccato & iniustitate teneri; & adeo ignoratione legis, quae illis innata est peccati non absoluī, ut ea ipsa quoque peccato eis deputetur: & eiusmodi peccato, quo nisi sanguine Christi liberentur, æternum pereant. Ita manifestum iam est, quam  
mane

inane sit & nihil concludat, argumentum Pighij, cum ex eo quod infantes non possunt legis Dei habere cognitio nem, inferre conatur, eos nec legem habere, ac ideo nec peccati proprij posse teneri.

Ne quis autem imperitior ijs locis Augustini, quibus de his ipsis infantium peccatis agit, impingat, obseruan= dum est, eum, peccata infantium aliquando non propria, aliud com= sed originalia dicere, & ea cum peccatis, quæ propria uo= missione cat, componere. His autem locis proprium peccatum in= & uolun= telligit, quod propria transgressione cognitę legis Dei cōtate pro= mittitur: non quod, & propria immundicie contaminat, pria, aliud & proprio tenet reatu. Proprium itaq; peccatum duplici, propria in= ter dicitur, uno modo cōmissione & uoluntate propria, fectione & alio contaminatione & obligatione propria. Quæ enim reatu dicitur. immundicies, ignorantia boni, rebellio innata est omni= bus infantibus, ea infantium & contaminatione, & reatu propria est: nā in ipsis hēc mala & peccata insunt, ipso sc̄p cum inquirant, abominandosc̄p in conspectu Dei red= dunt, tum, donec illis per Christum soluuntur, obnoxios æternæ condemnationis faciunt: etiam cum parentibus iam remissa sunt, & ad condemnationem illis minime im= putantur. propria itaq; hæc mala infantium peccata sunt. quanquam commissione & arbitrio illis propria non Contrajus. sint. quia non propria uoluntate accessita, sed contagio= lianū lib. 3. ne tantum à parentibus tracta. de quo ipsum August. cap. 5. audiamus.

Frustra itaq; inquit, putas ideo in paruulis non esse de= lictum, quia sine uoluntate, quæ in eis nulla est, esse non in paruulis potest. Hoc enim recte dicitur propter proprium cuiusc̄p tate pro= peccatum: non propter primi parentis originalē conta= pria. gium. Quod si nullum esset, profecto nulli malo paruu'i Obstricti, nihil mali uel in corpore, uel in anima, sub tanta fuit infan=

## DE PECCATO

tes multis iusti Dei potestate paterentur. Quod tamen & ipsum à malis, sub mala uoluntate primorum hominum sumpsit exordium. Sicut uoluntas mala ipsa est origo peccati, id est, à mala uoluntate peccatum exortum est: & peccati origo uoluntas mala est: ita nisi uoluntas mala, non est cuiuscumque ulla origo peccati. Hæc si sapias, simpliciter & ueraciter gratiā Christi propriū habet. Iti erga paruulos cōfiteberis; nec cogeri res imp̄iſſimas atque absurdissimas dicere: aut baptizandos non esse paruulos, quod quidem postea estis fortasse dicturi: aut tam magnum sacramentum sic in eis esse ludibrium, ut in Salvator, si de uatore baptizentur, sed non saluentur: à liberatore redic̄lūtum promantur, sed non liberentur: lauacro regenerationis lauen prium in tur, sed non abluantur; exorcizentur & exufflentur, sed à infantibus potestate tenebrarum non eruantur: sit eorum precium negatur. Ecclesiæ lius peccati remissione purgentur.

In hac responsione D. Augustini uides, optime Lector, non tam affirmari, quam concludi certis argumentis ductis scilicet, à iusto Dei iudicio, & necessaria omnibus redēptione Christi, & authoritate Ecclesiastica uerbo Dei nitente, infantes, quamvis proprium peccatum, quod scilicet propriæ uoluntatis arbitrio committitur, nullum habeant: ut quidam Pelagianorum confinxerant (quos idem vir Dei confutauit libro de peccato, mer. & remissio. Cap. 35. & ne lib. 1.) amen trahere à peccato prīmi parentis, uolunta-  
te propria admisso, & admisso contra prēceptum Dei pos-  
sibile ac facile, eiusmodi peccati contagium, quod sit & iam ipsorum infantium delictum: quia in ipsis est: & delictum,  
quod iusto Deo iustum causam præbet, ut tot, tamquam acerba infantibus, tam in animis quam in corporibus mala infligat: q̄ ita totos deturpat, uistiosos & nequam reddit, ut nisi sanguine Christi abluantur, deo sint abominationis: quod  
deni-

## ORIGINALI.

30

deniq; ita illos ut rebelles & inimicos Deo afficit, ita à grā  
tia & cōmunione Dei excludit, & potestati Diaboli ad-  
dicit, ut manente super eos ira Dei in finem, pereant sub  
potestate Diaboli in sempiternum.

Hoc enim nisi concedatur, non potest non conse-  
qui, & Deum iniustum esse, qui tanta cum animæ,  
tum corporis mala immittit, per se nihil male meritis;  
& Christi gratiam infantibus, qui priusquam propriæ  
uoluntatis peccatum admittant, moriuntur, non esse  
necessariam: & Ecclesiam Dei ludibrium quoddam,  
nō Sacramentum Christi exhibere, dum peccatis abluit,  
qui sine peccatis sunt; salutem Christi impertit, non  
perditis: à Diaboli potestate liberat, qui ei non sunt  
obstricti. Hæc autem affirmare impium & blasphe-  
mum est. Necesse igitur est, infantes tametsi adhuc  
nullo sint rationis aut uoluntatis propriæ usu, tamen  
esse in culpa uitiatæ, non quidem actionis, sed natu-  
ræ suæ: esseque sub lege condemnante illos rebellionis  
contra Deum: utcumq; legem non intelligent, nec quo  
minus nascantur uitiosi, euitare ualeant.

In hac itaq; Apostolica fidei cōfessione nisi permane- Locus Ego  
amus, ut ipsam infantium naturam in ortu suo uitiatam chielis 18.  
agnoscamus, in illud impingemus, quod in nos Pighius et Terentius  
torquet. filium nō portare iniquitatē patris: sed animam, 31. explicat  
quæ peccauerit, ipsam morituram. Etenim si nulla inest tur.  
in ipsis infantibus iniquitas, solam Adæ iniquitatem por-  
tant: & propter alienum, non suum peccatum, tantis ma-  
lis, quibus ista ætas laborare solet, ipsiq; Satanæ, ut ple-  
rosque infantium, & animis & corporibus, ab illo misere-  
torqueri uidemus, subiçciuntur. At diuinū iudicū, quan-  
d; puniat impios parentes etiam in filijs eorū, in tertiam &  
quartam generationem: tñ id nunq; facit in filijs innoxij:

## DE PECCATO

sed ipsi tantum, qui ita paterna impietate infecti sunt, ut cum surae impietatis poenam luant, simul tormento sint parentibus, uti metuebat sibi fore fratres suos, diues ille epulo, de quo dominus in Euangelio, si in eum, in quo ipse cruciabatur, uenissent locum tormentorum. Sic itaque pertingentibus iustis filiorum poenis ad parentes impios, Deus ipsorum etiam parentum impietatem in filiis impensis quodammodo ulciscitur: at ita ulciscitur, ut tamen filii diccre non ualeant, suos dentes stupere ob labruscam, quam parentes ipsorum, & non etiam ipsi comedenter manetque uerum, quod Dominus per Prophetas suos Ieremiam & Ezechielem testatus est. filios non propter impietatem patrum, si ipsi iusti & pius sint, puniendos; sed anima quae peccauerit, ipsam morituram. Iam Pighius animas infanticum, etiam nondum renatas, omni uitio & culpa liberas facit, dicat igitur causam, cur ob parentis delictum, tam graue iugum iustus Deus imponat super filios Adam a die Eccles. 40. exitus eorum de utero matris usque in diem sepulturae in mortem omnium? Ut enim omittamus mortem corporalem, quam Pighius contra uerbum Dei affirmat esse conditionem naturalem (scriptura enim esse peccati poenam docet) quid dicet de tam uarijs & grauissimis & animi & corporis morbis, quibus infantes, uel oes, uel plurimi misserrime affliguntur, bestiis multo habentibus tolerabilius? quid quod Satanae plerique ita permittuntur agitandi, ut de illo Euangelico memoratur: nonnulli uexantur tam innanter, ut ea ipsa diaboli uexatione moriantur: quid denique quod in aeternum carituri sunt bonis illis supernaturalibus, quae tamen Pighius fatetur, Christum humano generi sanguine suo restituisse? Haec ergo tanta mala, infantes propter alienam noxam, ipsi innoxij patientur, si quidem sine propria iniuritate sunt: & habet adhuc locum in illis.

Math. 17.  
Mar. 9.

in illis impia illa parabola, quam Dominus per prophetas suos detestatur, & submoturam a suo populo pollicetur, stupere ipsorum dentes, ex labrusca commessa primo parenti, ipsis uero non degustata: nec appetet uerum, unumquem suum onus portare, innocentibusque filios nondare poenas iniuritatis paternae: & eius tantum stupere dentes, qui labruscam ederit,

Diuis Augustinus hunc locum intellexit, ut Prophetiam, de liberatione Christi, qui filios Ad eum sibi insitos, parentum onere exoneret, originali culpa liberans, ob quam alioqui pereant. Verum simplicior uidetur loci huius intelligentia, ut intelligamus esse prophetiam, deuera in populo cognitione & quietatis diuinæ: & repudianda impia illa refectione culpæ filiorum, in parentes, adeoque in iniuritatem iudiciorum Dei, in poenis innocentium filiorum. In Ezechiele enim tota ista prophetia docetur, patrem prium & iustum pro sua pietate & iustitia uicturum: etiam si filium habeat impium & iniquum. Et impium atque iniquum filium moriturum: etiam si prium atque iustum patrem habuerit. Ita contra prium & equum filium pro sua pietate & iustitia uicturum: etiam si pater eius impius fuerit & iniquus. Ita, si quis aliquandiu pie & iuste uixerit, conuertat autem se ad impietatem & iniquitatem, moriturum pro impietate et peruersitate in qua deprehendetur: nulla ratione habita prioris pietatis & iustitiae, quam deseruit. Ita contra si quis se ab impietate & iniquitate conuertat ad pietatem & iustitiam, ei non obfuturam priorē suam impietatem & iniquitatem. Institutum enim prophetae fuit confutare populū, quod mala, quæ patiebatur ita diceret rependi impietati maiorum ut se illa meritum non agnoscereret. Nihil itaque uel hoc Ezechielis, uel Ieremie loco traditur, contra illud, quod Dominus de se ipse testa-

Ierem. 52

## DE PECCATO

etur, eisq; ut diuinitatis gloria à prophetis tribuitur, ultu-  
rum impietatem patrum in filijs, in tertiam & quartam ge-  
nerationem. Sed hoc unū docetur, unum quenq; uel pro-  
prietate & iustitia uicturum, quam ipse suam, & præsentē  
habeat: uel pro impietate & iniustitia, quæ ipsi, & nunc  
in sit, moriturum: nec quenquam uita fruiturum, uel pro-  
pter parentum pietatem & iustitiam, si ipse impius sit, &  
iniquus: aut suam etiam, si eam deseruerit: nec cuiq; nocis-  
turum, siue filios, siue parentes habeat impios & peruer-  
sos, si ipse pie & recte uiuat.

Atqui inter hæc, filios pios & iustos non pendere pœ-  
nas impietatis paternæ, & Deum persequi impietatem  
impiorum parentū in impijs filijs, nihil pugnæ est. Qua-  
re non uidetur eo configendum, ut dicamus illud Dei  
iudicium, ut portet filius iniquitatē patris, quam alioqui  
Deus filijs imponat, per Christum sublatum esse: & effe-  
ctum, ut nemo eorum, qui in Christo regenerentur, pa-  
rentum iniquitate damnetur. Nam Deus nec extra Chri-  
stum quenq; propter parentum, & nō etiam suam ipsius  
impietatem punit. Nec agnoscit modo, sed præclare eiā  
descendit. Diuus Augustinus infantes sua quoq; natu-  
ra impios, & inimicos dei esse: ut tametsi Deus & paren-  
tum peccata in ipsis ulciscatur, nihil tamen eis mali impo-  
nat, quod non ipsorum quoq; impietati, in qua nati sunt,  
per se debeatur. Hæc itaq; diuinis scripturis, ut ostendi-  
mus, ita testata & cōsignata, atq; ab uniuersa Ecclesia cre-  
dita & confessa sunt, ut iam inde à Pelagianis nemo Chri-  
stianq; professionis fuerit, qui eis cōtradicere ausus fuisset,  
præter aliquos fanaticos catabaptistas, & Pighium. Cu-  
ius tamen argumenta si resoluas, primumq; eorum principiū  
quæras, nullum aliud inuenies, quā quod nequeat  
intelligere. Teneri tute aliquem ea lege, quam non intel-  
ligat. Culpari iure uitij, quod sua uoluntate non admise-

rit. Cōdemnari aliquem ob rem, quam uitare non possit.  
 Hæc, quia Pighio ænigmata sunt, ad quæ intelligenda  
 multos requirit Oedipos, ideo falsa, secū pugnantia, im-  
 possibilis, & blasphemæ esse blasphemat. At Paulus testa-  
 tur, hominem  $\psi\chi\mu\delta$  non posse percipere quæ sp̄ritus  
 Dei sunt; & non hæc tantum Deus in parabolis & ænig-  
 matis locutus est, ut uidentes non uideant, audientes non  
 intelligent. Qui autem sp̄ritu Dei prædicti sunt, hi sic scruta-  
 tantur profunda Dei, ut sciant sibi hæc Dei iudicia esse  
 prorsus inscrutabilia; ideoq; uerbis domini simpliciter fi-  
 dem accommodant, credentesq; intelligunt, propter pec-  
 catum Adæ, sic totam naturæ ab illo tractæ massam uitia-  
 tam, ut legi mentis sibi diuinitus propositæ necessario re-  
 pugnet, dum per sp̄ritū Christi planè innouetur: atq; ob  
 hanc naturalem inobedientiam, & contra legem Dei res-  
 bellionē, cumq; deo ipso inimicitiam, cunctos filios Ade,  
 sub perpetua ira dei, & in potestate Diaboli iure detineri,  
 æternumq; perire, quoscūq; Christus dñs ab hac ira Dei,  
 et Tyrannide Satans, nō liberauerit; etiā si illi in ea adhuc  
 etate sint, in qua nec legē dei cognoscere, nec quiq; malis à  
 se excludere ualent. Norūt, n. qui scripturis in his potius,  
 q; suę rationi fidem accōmodant, istud falsum sumi, nihil  
 hominibus iuste peccato et pœnę deputari, nisi quod pro  
 pria uoluntate, & contra legē dei cognitam ab illis admis-  
 sum sit: Nam etiam per ignorantiam, uel ex necessitate fa-  
 cta à deo damnantur. Certe D. Paulus ex ignorantia Chri-  
 stum persequebatur, nec potuit Christū, patre nō reuelan-  
 te, cognoscere, aut ad eū, nisi patre trahente uenire: tñ fa-  
 tet se peccasse, q; Christū ignorarit, & ignoratū psecutus  
 sit. Qua de re si Pighius expendere uoluisset, quæ Diuus  
 Aug. cū aliás, tñ libello de pfectione iustitiae scripsit, non  
 adeandē, ad quam olim Pelagianī, tam grauiter impegi-  
 set Petram scandali humanæ rationis.

1. Corin. 1.1.  
 Mathei. 13.

Et

D E . P E C C A T O

Et quia ea, quae in eo libello eidem, quam Pighius ubiq*ue* ingerit rationacioni Diuus Augustinus respondit, admodum aperta & concinna sunt, libet ea hic adscribere.

Ex libertate facta ne necessitas. Per arbitrij, inquit, libertatem factum est, ut esset homo cum peccato, sed iam poenalis uitiositas subsecuta, ex libertate fecit necessitatem. Vnde ad Deum fides clamat, De necessitatibus meis educ me. Sub quibus positi, uel non possumus, quod uolumus, intelligere: uel quod intellexerimus, nolumus, nec ualemus implere. Nam & ipsa nec intelle libertas credentibus a liberatore promittitur. Si nos, in statu facere. quid, filius liberauerit, tum ueriliberi eritis. Victa enim Natura <sup>ca</sup> uitio, in quod cecidit uoluntate, caruit libertate natura: ret liberta Hinc alia scriptura dicit, A quo enim quis deuictus est, te. huic & seruus addictus est. Sicut ergo non est opus sanis medicis, sed male habentibus: ita non est opus liberis libe rator, sed seruis: ut ei dicat gratulatio libertatis. Saluasti de necessitatibus animam meam. Ipsa enim sanitas est ueritas habens. Quia uero peccauit uoluntas, secuta est peccantem pec di peccatum habendi dura necessitas: donec tota sanetur infir dum hic ui mitas: & accipiatur tanta libertas, in qua sicut necesse est, uitur. permaneat beate uiuendi uoluntas: ita ut sit etiam bene uiuendi, & nunquam peccandi uoluntaria, felixque necessitas. Nunquam peccandi Hæc ille, necessitas.

His iam satis superque planum factum est, & tertium Pighij argumentum, infantes cum nihil sapiant, nec lege teneri, nec peccati damnari posse, nihil concludere. Falso enim principio nititur, ut & cetera eius argumenta: quae cum ille nihil que certissimas & euidentissimas demonstraciones uideri uelit, & iactet, sanas futiles et pudendi paralogismi sunt: ut qui uel ex eo, quod nec per se uerum, nec datum est, colligant; aut causam, quae non est, obijciant. In se cundo.

cundo enim & tertio argumento, sumit quod nec datum est, nec dari potest. Ut in secundo, Animam & corpus infantium, quia opera Dei sunt, non posse esse capacia peccati & uitij. In tertio, quia non intelligunt infantes, nulla possunt teneri lege, aut culpæ subiici.

In primo, facit sententiam Ecclesiæ de peccato Originali causam in se continere adscribendi Deo peccatum: quam causam nō uera Ecclesiæ confessio, sed Pighij falsa imaginatio, adfert: qui non potest agnoscere, nobis omnem culpam uitiatæ naturæ, & Deo nihil quam laudem iusti iudicij, adscribendam: tametsi Deo, non nobis, in manu sit sine isto uitio originis nasci: ipseç, non ipsi nos, cū hoc uitio producat, & diabolo potestatem in nos tradat.

Hæc ergo nostra, q pie cōsiderarit, & quæ ad hęc Pighij sophismata respondimus, & quæ pro explicanda & confirmanda sententia Ecclesiæ Christi ante adduximus, uidebit facile, perstare firmam Ecclesiæ Catholice, quam sequimur, de peccato originali sententiā recteç illud definiri, esse innatam omnibus depravatam concupiscentiam: quæ contra spiritum concupiscit, & inimicitia est aduersus Deum: uitium quo aduersamur & rebelles sumus Deo toti: & ob quod iure æternum damnamur, etiam priusç ipsi uel boni uel malí quicquam fecerimus, nisi succurrat redemptio Christi: nec quicç hanc sententia labefactatam sophisticis Pighij elenchis, quibus contendit probare, hanc concupiscentiam, bonum & purum Dei opus esse: quod nec ipsum Deo authori inuisum sit, uel inuisum reddat hominem. Itaque & alterum crimen depulsum est, quod in nos intentauit Pighius, q cum uniuersa Christi Ecclesia agnoscimus, innatam illā concupiscentiam, malum illud esse, quod uitiatæ origine ab Adam traximus, quoç natura filij iræ omnes nascimur.

## DE PECCATO

Tert. cri-  
men, non  
recte dici  
malū orig.  
rebellionē  
omnium ui-  
riū contra  
Deum.

Tertiū quod Pighius in nostra, hoc est, Ecclesiæ Chri-  
sti, de peccato originali sententia criminatur, est, quod cō-  
cupiscentiam illam, quam esse originale malum dīcimus,  
definimus rebellionem omnium virium humanæ natu-  
ræ aduersus Deum. Sed quia Pighius, contra hanc no-  
stram definitionem eadem adfert, quæ contra id, quod  
innatam illam nobis concupiscentiam dicimus uitium  
& peccatum esse, quo inuisi Deo, & gehennæ obnoxij  
nascimur, obiecit, cum hæc supra reiecimus, & quām  
nihil contra nostram ueritatem cōcludant declarauimus,  
etiam hoc crimen, quod concupiscentiam non recte defi-  
niamus rebellionem omnium virium nostrarum aduer-  
sus Deum, confutatum est. Nec enim aliunde Pighius  
ostendere conatur, non esse innatam superioribus homi-  
nis viribus, rebellionem contra Deum, quām ex eo, quo  
euincere uoluit concupiscentiam innatam non esse uitio-  
sam, sed bonum Dei opus. Id autem est uetus illud argu-  
mentum Pelagianorum, totum hominem & animam pre-  
cipue esse Dei opus: Dei opus esse purū sanctumq; ideo  
in natura hominis nihil posse esse uitij, minime uero in  
ipsa anima, & in superiore eius portione, quæ corpori mi-  
nimū obnoxia est.

At ostendimus istuc olim Pelagianorum, nunc ceteram  
~~messe ope-~~ Pighij principium non subsistere. in eo enim, quod est to-  
~~ribus dei ui~~ tum Dei opus, uitium inesse potest, uti sunt omnia quæ  
~~tii potest.~~ Deus in hominibus hic efficit, uel naturæ, uel uoluntatis  
naturalis, uel meritæ pœnæ opera. Vita enim ipsa homi-  
nis, & quælibet uel naturæ, uel naturalis arbitrij, uel pœ-  
næ actio, tota est, sicut supra demonstrauimus, opus Dei,  
efficientis omnia in omnibus: tamen hæc omnia ab ho-  
mene uitiosa esse solent quædam etiam uitia, ut est indu-  
ratio & cœcitas cordis, Quamobrē cum puritate operis,  
dis-

diuini in homine ex peccato Adæ uitiatu, nihil pugnat, sicut actiones eius, ita etiam ipsam naturam, naturæq; ui- res omnes, in ipsa quoq; damnata generatione uitiar: quamlibet ea, quatenus res sunt, nihil nisi dei opera sunt, deoq; ipsi & uniuersæ creature bona & sancta.

Proinde summa illa Pighij ratio, nihil quam paralogis mus accidentis est: quanq; ille eam ceu demonstrationem irrefutabilem, & euidentissimam iactet & perpetuo incul cet. Nā et si omni rei & actioni per se tribuatur esse opus Dei: nontamen per se competit omni rei, quæ opus Dei est, esse absq; uitio: quamuis omni rei, quatenus dei opus est, & bono deseruit uniuersæ creature, perse insit, bonū esse: nec etiam ullius rei uitium Deo uitio adscribi queat: manetq; uerum, & quia id scriptura prædicat, necessario confitendum est, non corpus solum, sed ipsam etiam ani mam, rebellē Deo existere in ipso ortu suo. Semper enim φυχήσθ homo, qui nō præter naturalē, etiā cœlesti mente prædictus est, sed secundum animam tantū sapit, nō potest percipere quæ sunt sp̄ritus diuini & regeneratoris, habetq; ea pro stultitia: nec unq; non impium & inimicum Deo est, quod natum ex Adam, per Christum nondum est Deo reconciliatum & pietate donatum. Quum itaq; concupiscentia, cum D. Paulo pro uniuerso originis ma lo usurpatur, necesse est, eam totius humanæ naturæ, & omnium uirium eius rebellionem contra Deum & legem eius, definire, qua homo sibi relictus semper, & in omnibus Deo aduersatur, & contra eius solam bo nam uoluntatem, fertur & nititur. Itaque non insana, non in Deum impia & blasphema, aut cum uerbo Dei, omniq; ueritate pugnantia uanorum hominū somnia sunt, in quibus nec ipsi quid uelimus intelligamus, ut Pighius blasphemat; sed sana, pia & Deum in Christo

1. Corin. 1.

## DE PECCATO

glorificantia, atq; cum omni scriptura Dei consentanea  
hæc sunt; naturam hominis in Christo non renatam, semē  
quoddam esse peccati, quod fructus mortis incessanter  
parturit: omnibus flagitijs & criminibus secundū & sca-  
tens: utcunq; unum authorem Deum habeat, nec habeat  
**ex se quisq; ullam in eam potestatem præter Deum.** Hæc  
non nos soli, non tantum, D. Augustinus, quanq; unus  
fidei Catholice locuples testis sit, agnoscimus & confi-  
temur: etiam D. Ambrosius membra nostra libidinum  
uolutabrum, & diuersorum uitiorum uocavit: D. Hilari-  
rus materiam omnium uitiorū: unde nihil in nobis mun-  
dum sit, nihil innocens. Prædicans enim D. Ambrosius  
in Lucam uim cibi cœlestis, scribit. Etenim misericors ci-  
bus mentis est, præclarap; alimonía, suavitatis ratio: quæ  
membra non oneret, necq; in naturæ pudenda, sed orna-  
menta conuertat: cū libidinum uolutabrum commuta-  
tur in Dei templum, diuersorumq; uitiorum, sacrarium  
incipit esse uirtutum. Et D. Hilarius exponens humanæ  
naturæ depravationem, in homilia quadam de libro san-  
cti Iob. Memores igitur, inquit, & conscij illa ipsa corpo-  
ra nostra omnium uitiorum esse materiem, pro qua polue-  
ti & sordidi, nihil in nobis mundum, nihil innocens obti-  
nemus. Quapropter Paulus ad exuendum hortatur non  
affectionem aliquam, non unius alicuius partis uitium;  
sed hominem ueterem (homo autem non est absq; anima  
rationali et mente) &, cum actionibus suis, id est, πρεσβετορι;  
quæ non corporis, sed præcipue mentis sunt. Hanc totius  
hominis depravationē, quia sentiunt in seipsis, quicunq;  
uel paulum se ipsos norunt, ethnici quoq; scriptores con-  
fessi sunt. Homines, n. affirmarunt natura malos esse, nec  
quam sua sponte iustitiae studere; sed quicquid ius-  
titiae colere homines uidentur, id propter imbecillitatem

**Cap. 51.**

**Ambrosius**  
Caro uolu-  
tabrum li-  
bidinum,  
diuersoriū  
uitiorum.

**Hilarius.**

**Corpus ui-  
tiorum ma-  
teries.**

**Plato de re  
pub. lib. 2.  
Homines  
natura ma-  
li.**

facere,

facere, quod iniuriam nisi faciendo in speciem iuste pro-  
pellere non possint. Quocirca id quoqp Socrates agno-  
uit, & docuit, neminem nisi ad flatu diuino, uti poetas ex  
istere dicunt, iustitiae compotem fieri.

Plato In

Menon. in

Theag. in

Alcibiade

priore.

Ex hoc innatae iniustitiae sensu etiam Cicero, quanqp  
Stoicos sequi uoluerit, & naturae uiribus plurimum tri-  
buerit, tamen agnouit libro tertio de Republ. quem locum  
D. Augustinus adduxit contra Julian. lib. 4. hominem Cicero de  
non a matre, sed a nouerca natura & ditum in uitam: cor-  
pore, & nudo, & fragili, & infirmo: animo autem anxiо  
ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono  
ad libidines: in quo tamen inesse et tanqp obrutus quidam  
diuinus ignis ingenij et mentis. Idem in omnibus comœ  
dijis & tragedijs decantatur: quia in omni etiam uitæ hu-  
manæ usu perspicitur.

republ. 3.

De rebellione itaqp naturæ nostræ aduersus Deum, &  
recte uiuendi rationem, non solum diuinę scripture, san-  
cti qp Patres testantur & querunt, sed etiam Philosophi,  
ac quicunqp humanum ingenium, adeoqp seipso non pe-  
nitus ignorant. Soli Pelagiani & Pighius cum aliquot fa-  
naticis Catabaptistis, dum suam, contra Christum naturę  
nostræ reparatorem & sanatorem, impietatem utcunqp  
tueantur, & odio suo contra Ecclesiam Christi, innatam  
sibi prauitatem confitentem, satisfaciant, hanc naturę per-  
uersitatem dissimulant: laudibusqp naturæ & authoris  
eius Dei præpostoris obscurare conantur.

Sed qui pie expenderit, quæ supra exposuimus de na-  
turæ humanæ prima conditione, & inuecta peccato rebel  
lione, tum quid naturæ & authoris naturæ sit, quid malii  
& uitij, is agnoscat, nos cum malum originis definimus  
rebellionem totius naturæ contra Deum, nihil ueris na-  
turæ, uel authoris laudibus detrahere; sed authori & repa-

fol. 49. 5.

2. 53.

D E P E C C A T O

ratori naturæ humanæ suam laudem vindicare; idq; doce-  
cere, unde laudari & gloriari in Domino factore & rea-  
demptore suo natura valeat, suam prauitatem & miseri-  
am confitendo, debitamq; eo gloriam eidem creatori &  
liberatori suo tribuendo. Pighius enim quod & de Pe-  
lagianis Augustinus questus est, dum laudare præpo-  
stere & impie naturā instituit, id agit, ut & Christo, & na-  
turæ suam ueram laudem eripiat: Christo, quia si non  
sub peccato & uitio nascuntur præter Christum omnes  
homines, nec Christus solus sine peccato natus; nec unus  
peccati in omnibus purgator est: Naturę uero quia homi-  
nes si credant se sine peccato nasci, Christi redemptio =  
nem à peccato non putabunt sibi necessariam, itaque re-  
demptorum à Christo laudem, quam solam homines  
consequi possunt, nunquam querent, perituri in semp-  
ternum innati mali ignominia & uituperio. Hæc itaq; sa-  
tis sint de tertio crimine, quo Pighius nos scribit non tole-  
randa blasphemia docere, concupiscentiam illam, quæ  
est malum uitiae originis, totius naturæ rebellionē esse,  
qua cunctæ hominis uires deo et legi eius aduersentur.

*Quarta  
crimina-  
tio, quod  
peccatum  
pprie pec-  
catum faci-  
mus.*

Quartum quod Pighius in nostra de peccato origina-  
li doctrina, taxat, est, quod dicimus malum originis pec-  
catum proprie dici. idq; rursus iisdem argumentis oppu-  
gnat, quibus conatus est ostendere cōcupiscentiam inna-  
tam non esse rem uitiosam & iniuisam Deo. his scilicet, cō  
cupiscentiam, aut quicquid tandem fingamus innasci in-  
fantibus, nulla lege prohiberi. inesse necessario: & esse à  
natura, & eius opifice Deo. Quām autem inanīa hæc sint  
sophismata ostensum est.

Et supra ostendimus, peccatum, etiam Pighio assenti-  
ente, esse iniquitatem, nec dubitari potest, naturæ nostræ  
aduersus Deum rebellionem, quæ id mali est, quod in-  
nasci-

nascitur filiis Adæ esse iniq[uit]atem. Est ergo hoc malo homo iniquus & malum ipsum indubitate iniq[uit]as est. Iniquitas nisi non sit iniquum, hominem factum ad imaginem p[ri]e peccatum, pecatū orig. Dei, ut spiritu Dei uirtut[er] spiritualis, ut Iræneus inquit, & eosdem motus & sensus habeat, quos Deus, ut ait Tertullianus, sic degenerasse, sicut esse ab archetypo suo deprauata natura, ut cū iudicet, uelit, concupiscat, & faciat contra spiritum dei: motusq[ue] & sensus habeat cum Satana congruentes, cum Deo uero repugnantes. Si itaq[ue] iniq[uit]as proprie peccatum dicitur: & originale malū proprie peccatum dici debet quod indubie iniq[uit]as est: depravatio scilicet hominis ab ea regula, & legē, quā Deus homini, finiendo eū ad imaginem suam, prescripsit, eiusq[ue] animo inscriptis; etiam si eam dei scripturā uitium ingenitum misere obscurarit, & tamen nō obliterarit. Hec p[ro]ijs, qui ex scripturis dei sapere, & de hisce reb. iudicare uolūt, aperta et indubitate sunt: ipsa q[ue] spiritus dei methodo questigata, & cognita: cōtra quę cū tā insane dīmīcet Pighius, quod nobis trubuit, in tenebris ipse Andabar, more dīmīcet necesse est.

Et mirandū profecto, Pighium, nō plusculum hac in re, si nō scholarum, quare tñ dogmata libenter recipit, tamē sedis suæ Romanæ authoritatē detulisse. Nam hi peccatum proprie dictum in originale & actuale, ut genus uniuersum in species distribuunt; et in qualibet specie totum genus agnoscūt. Est. n. alia naturę & uitium naturae, alia actio num iniq[uit]as, & à lege regulaq[ue] Dei obliquatio.

Thomas Aquinas, & cordatiiores Scholastici formale Thomas A in peccato originali priuationem iustitiae originalis, materia, concupiscentiam assignarunt. Quanquam concupiscentia tamē nomine intelligunt uniuersalem deordinationem uitium, & uitiosum habitum naturae. At uero hæc deordinatio uitium, cum sit quædam aduersus Deum

DE PECCATO

Deum rebellio, Deoq; suam gloriam & obedientiam in homine tollat, per se iustitia est. Quare cōmodius dicitur, ipsa cum lege Dei repugnantia, esse in hoc malo formalē; et materiale habitus ipse, et affecta qualitas. Quāq; quid sit aliud carere iustitia originali, quae inesse homini debeat, quām naturam eius, cunctasq; naturae vires iam nō ferri ad colendum Deum, omni pietate, sanctimoniam, & æquitatem: ut ferebatur cum rectus, id est, ad imaginem Dei conditus esset; sed contra potius, ad afficiendum Deum contumeliam, omni impietate, nequitia & iniquitate.

*Summa rā* Sed hæc scholis relinquamus, quid materiale, aut formalē in hoc malo faciat. Fundamentum nostrum, quo nostra ratio loquendi nititur: & cōtra Pighij calumniam propriæ summa defensio, hæc est. Ecclesiæ loquendi ratio, nō est peccatum. tradita ab homine, sed à spiritu sancto: is in Paulo suo toties peccatum uocat hoc malū: & nouit de rebus omnib; proprie loqui, hunc nos sequimur & han crationem. Iniquitas uere ac proprie peccatum est. originale malū, manifesta iniquitas est. ergo proprie ac uere peccatum est.

Obijcit autem Pighius. Nos dicere concupiscentiam, hoc est, illam quam dicimus innasci omnibus depravationem, post Baptisma, non deputari peccato. At legem regulamq; diuinæ rectitudinis non mutari. Fieri igitur nō posse, ut res eadem manens, nunc cum lege Dei pugnet, nunc nō pugnet. Si itaq; à Baptismate cōcupiscentia peccatum non sit, fieri prorsus non posse, ut ante Baptisma proprie, primo, uereq; peccatum sit. Et si ante Baptisma peccatum sit, necessario etiam post Baptisma esse.

Nos uero non dicimus hanc naturæ depravationem, post Baptisma non esse uere & proprie iniquitatē & peccatum: sed non deputari peccato. Semper enim dum in homine inest, morbus est, iniquitas est, peccatum est,

Deoq;

## ORIGINALI.

97

Deoq; aduersatur & displicet : & iniustum & odibilem  
 Deo hominem reddit. Nisi enim id faceret, Paulus nō ex ROME.  
 clamasset, miser ego homo quis liberabit me à corpore  
 mortis huius; sed propter Christū, ijs , qui eo īduti sunt,  
 non imputatur hoc malum , nihil enim damnationis est ROME.  
 ijs , qui sunt in Christo Iesu . Non itaq; dicimus relictam à  
 Baptismate concupiscentiam nō esse iniuitatē : sed hanc  
 iniuitatem non imputari ijs , qui Christo insiti sunt ad cō  
 demnationem, hoc est, quanq; ob hoc malum displiceant  
 Deo, & sint odio condemnationeq; Dei digni , Deus ta- Iniquitas  
 men diligit eos propter Christum: donatq; eis suum sp̄ri perse dif-  
 tum , qui istam iniuitatem reprimat & indies conficiat, plicēs deo,  
 naturamq; omnem, & uites eius ad regulam suam , & le- merito  
 gem reuocet. Quanq; plenam rectitudinem , & cum lege Christi nō  
 Dei conformitatem nemo, nisi à corpore mortis huius li- imputatur  
 beratus, consequitur: unde etiam solidam adoptionem fi-  
 liorum Dei, plenamq; cum patre & filio communionem,  
 dum pondere huius carnis , in qua malū illud inhabitat,  
 adhuc grauamur, gemendo & suspirando expectamus .  
 Ideoq; D. Augustinus illud in præcatione Dominica  
 ultimum, Libera nos à malo , de plena huius uitij expura-  
 gatione interpretatur: sicut illud, ne īducas nos ī tenta-  
 tionē, de malī huius motib; & pugna: & quod hoc pre-  
 cedit, remitte nobis debita nostra, de ijs , quæ uicti concu-  
 piscentia, delinquimus. Confitemur igitur illam concupi-  
 scientiam & contra Deum rebellionem, semper quidem,  
 ut iniuitatem , ita etiam peccatum esse: sed quod nobis  
 ante Baptisma plane dominetur , & sub condemnatione  
 gehennæ detineat: post Baptisma, siquidē Christi simus,  
 infestum quidem sit, condemnationi autem non sit pro-  
 pter Christum : siquidem eius malis desiderijs non con-  
 sentiamus, quod tamen, quę est uis huius mali, in hac uita

Bb

DE PECCATO

*nemo semper uitauerit: quare nemo etiam sine peccato  
hic præter unum Christum unquam uixit. Et ut spiritus  
Christi in nobis motus illicitos huius mali, ne ulla ceda-  
mus et seruiamus reprimat; tamen ne existant illi in nobis,  
obtinere in hac uita nō possumus, manet itaq; in hoc se-  
culo perpetua illa spiritus iunctio & pugna contra mali hu-  
ius mala & uitiosa desideria: que, nisi illicita & turpia, iu-  
reç; Deo condemnanda (quia sanctis ipsis deploranda)  
essent, obedire eis Apostolus, ut colligit Augustinus, nō  
prohiberet. De hac re D. Augustinus multis in locis præ-  
clare differit: & ad Valerium de nuptijs & concupiscentia lib. i. in hunc modum.*

*Si aut̄ queritur, inquit, quomodo ista concupiscentia car-  
nis maneat in regenerato, in quo universorum facta est re-  
missio peccator̄, quandoquidē per ipsam seminatur, &  
cū ipsa carnalis gignit proles, parentis etiā baptizati: aut  
certes si in parente baptizato potest & esse, et peccatum nō  
esse, cur eadem ipsa in prole peccatum sit: ad hæc respon-  
sū: Non ut nō detur, dimitti concupiscentiā carnis in Baptismo, non ut  
sit, sed ut non sit: sed ut in peccatum non imputetur. Quamuis aut̄  
in peccatu reatus suo iam soluto, manet tamen donec sanetur omnis  
non impu- infirmitas nostra, proficiente renovatione interioris ho-  
tetur. minis de die in diē, cum exterior induerit incorruptionē:  
non enim substantia liter manet sicut aliquid corpus, aut  
spiritus, sed affectio est quædam malæ qualitatis, sicut  
languor. Non ergo aliquid remanet quod non remitta-  
tur, cum sit sicut scriptum est, Propitius est dominus om-  
nibus iniquitatibus nostris: sed donec fiat, & quod sequi-  
tur, Qui sanat omnes languores tuos, qui redimet de cor-*

*Affectio  
mala quali-  
tatis.*

*Psal. 102.*

*Vitiosa de-  
sideria.*

*in.*

in nostro mortali corpore. Et post pauca. Non ait Apo-  
 stolus, ad habenda desideria eius; sed, ad obediendū de- Ne existat  
 syderijs eius: ut quoniam sunt in alijs maiora, in alijs mi- in nobis ui-  
 nora, prout quisq; in hominis interioris nouitate profec- tiosa desye-  
 rit, in hoc agonem iustitiae pudicitiæq; seruemus, ne illis deria obti-  
 obediamus: ut tamen nec ipsa sint desideria, uelle debe- nere non  
 mus: etiam si in corpore mortis hius id obtainere non pos- possimus.  
 sumus. Hæc ille.

Ex eo uero, quod D. Augustinus ut hic ita etiam in plē-  
 risq; alijs locis dicit, concupiscentiam in Baptizato esse,  
 & peccatum non esse, pugna illa aliorum cōtra nos exor-  
 ta est, qui calumniari nos solent, ut & olim Pelagianī Ca-  
 tholicos calumniabātur, negare nos remissionem omni-  
 um peccatorum fieri in Baptismate: postq; dicimus con-  
 cupiscentiam in sanctis relictam peccatum esse, & pro-  
 prie peccatum dicendum. Sed nos, ut supra fidem Eccle-  
 siæ & nostram exposuimus, dicimus, malum in sanctis re Malū ori-  
 lictum in se quidem, non autem reatu apud Deum, pecca- gnis in san-  
 tum esse: cumq; D. Augustinus negat hoc malum pecca- tis, in se,  
 tum esse, & dicit peccatum ideo uocari, quod sit peccato sed non rea-  
 ingeneratum, & impellat ad peccatum, nō negat hoc ma- tu apud De  
 lum simpliciter peccatum esse, sed tantum eo modo, quo um peccat-  
 um est. facit reum (nam alicubi nō habere peccatum, idem ei est,  
 atq; non esse reum peccato) & cum peccati nomine intel- Ad Valeri  
 ligitur, quod propria uoluntate admissum sit. Vnde ali- um de nu-  
 cubi dicit in infantibus non proprium, sed originale pec- ptijs & cō-  
 catum esse, de quo supra mentem eius exposui. nam & cupiscen.  
 ipse ait hoc malum alio modo peccatum, & esse, & uoca Contra Iuc  
 ti: eo scilicet, quo repugnat legimentis, quo rebellat etiā lian. lib. 2.  
 mortuum, quo mouetur titillatione peccati. hac ratione & cap. 3.  
 & ipse Augustinus peccatum esse agnoscit, & recte dici Augusti-  
 probat. nus.

## DE PECCATO

*Iniquitas  
repugnare  
Deo natu-  
ram nostrā  
Cap. 8.*      Nec enim, inquit, nulla est iniquitas, cum in uno ho-  
mine uel superiora inferioribus turpiter seruiunt; uel in-  
feriora superioribus turpiter reluctantur, etiam si uincere  
non sinantur. Hæc ille contra Julianum lib. 6. Ita non est  
nulla, sed multo atrocior iniquitas, nos Deo superio-  
ribus uiribus, in quibus obsequium & cultus Dei præ-  
cipue existere debebat, repugnare: adeo, ut cum Deus iu-  
re à nobis poscat, ut omnibus uerbis suis credamus sine  
ulla dubitatione, & amemus eum atq; colamus toto cor-  
de, tota anima, nos non modo ei non plenè assentiamur;  
nec quæ iubet, amemus; sed nec, ut oportet, uel credere fir-  
miter Deo, uel studiose satis colere Deum possimus. Sic  
enim concupiscit caro aduersus spiritum, ut nō faciamus  
bona quæ uolumus; & malum quod detestamur, id facia-  
mus, saltem concupiscendo.

*Gal. 5.  
Rom. 7.*      Est igitur in nobis etiam qui Christo credimus, & rea-  
homine ini- tu huius & omnis iniquitatis in Baptismate liberati su-  
guitas, na- mus, reliqua non simplex iniquitas. Nam & ipsum uitium,  
ture, mo- quo tam iniquæ in nobis de Deo dubitationes, tam ini-  
tus, & qua de diuinis iudicij iudicia, tam iniqua contra bo-  
na Dei præcepta desideria existunt: quædam naturæ  
iniquitas est: sic est & harum ipsarum iniquarum dubita-  
tionum, iudiciorum, & desideriorum, ac etiam in offi-  
cijs cessationum altera iniquitas. Itaq; duplex inest in ho-  
mine, dum hic uiuit, iniquitas, etiam ubi iniquitas ter-  
tia, quæ iniqui consensus & facti est arcetur. Quanq; nec  
ista tertia, quæ uis est illius naturalis iniquitatis, arceri sem-  
per possit. quo circa dominus orare cotidie, docuit, Re-  
mitte nobis debita nostra.

Iam uero illam naturæ iniquitatem peccatum uere esse,  
et dico debere, Augustinus contra eundem Julianum lib. 5.  
commodo simili docuit, cum ostenderet & eos, qui ius-  
tas.

stas poenas infligant pro peccatis, eo ipso nonnunqp peccare, & ipsam saepe iustum poenam peccatum esse.

Sic, inquit, lex in membris repugnans legi mentis, non ideo ipsa iuste agit, quia eius, qui egit iniuste, poena fit iusta; & sicut cæcitas cordis, quam solus remouet illuminator Deus, & peccatum est, quo in Deum non creditur: & pœna peccati, qua cor superbum digna animaduersione pœna peccato committitur: ita concupiscentia carnis, aduersus quam cœci cordis erat, sic bonus concupiscentia spiritus, & peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis: & pœna peccati est, quia redditum est meritis inobedientis; et causa peccati est, defectione consentientis uel contagione nascentis.

Hic obserua, sicut non solum erronee & peruerse factum ex cœcitate, sed ipsam quoqp cordis cœcitatē, hoc ipsum uitium, peccatum recte dici: multoqp rectius erroneæ cogitationes & motus ad peruerse faciendū, qui ex hoc uitio existunt, etiam si reprimantur, peccata haberī debēt: ita etiam non solum quælibet prauæ & inique facta, peccata nobis habenda sunt: sed etiam omnes ad prauæ faciendum motus, animiqp inclinationes, etiam quibus non aſſentimur: & ipsa deniqp innata naturæ prauitas & iniquitates, radix & mater horum malorum omnium. Sunt enim & haec res quia iniuriae & detestandæ nobis, multo magis detestandæ & condemnandæ Deo: cuius imarginem sic deturpant, & à suo ad diaboli obsequium depellunt, nam quas in nobis res cor nostrum reprehendit, non dubium est, eas à Deo, quo maiore est iustitia qp sit cor nostrum, eo grauius etiam reprehendi: cum quae in nostro corde existit malæ rei reprehensio, nihil sit qp Dei in corde nostro opus: nostro tamen uitio debilitatum.

Cum ergo Pighius instat, infinitæ iustitiae & æquitati,

Peccata, ut  
tiosus habi  
tus, motus,  
consensus,  
factum.

Malum:  
orig. nobis  
ipsis pecca  
tum habe  
re, ergo  
multo ma  
gis Deo.

## DE PECCATO

in iustitiam, & iniquitatem non posse non aduersari et dis-  
plicere; et iniustum atq[ue] iniquum non reddere deo odibilem:  
haec recipimus. Sed cum infert, ergo baptismate culpa hu-  
ius iniquitatis non est remissa: nec potest homo in se iniu-  
stus & iniquus placere deo propter alienam iustitiam et aqui-  
tatem, hanc uero consecutionem non admittimus: nam tanta  
est dei erga nos propter Christum suum misericordia, ut hanc  
innatam nobis, ac nunc non contra legem sanctam eius im-  
puris sese motibus efferentem iniquitatem cōdonet, non im-  
putet: sed spiritu suo indies reprimat & immiuat, donec  
eam tandem in regeneratione perfecta penitus aboleat.

De qua dei in nos clementia & beneficio summo cum  
Pighius fa  
tetur nos  
fordida=  
tos, ut iudi-  
cium Dei,  
nisi in  
Christo, sit  
uelate non imputant nobis sordes nostrae, & imperfectio-  
re non possum immunditię: sed uelut conseptuæ conteguntur, ne  
finus.  
in iudicium dei ueniant; donec confecto in nobis, & pla-  
nè extincto ueteri homine, diuina bonitas nos in beatam  
pacem, cum nouo Adam recipiat. Hæc Pighius.

Agnoscis pie Lector uim ueritatis, que etiam ab oppu-  
gnatorib, suis pro se exprimit testimonia. Quid, n. aliud  
nos cum Christi Ecclesia de uitij s hominum Christo insi-  
torū cōfitemur, quid aliud oppugnat in nobis Pighius, q[ue]  
esse in nobis, donec uetus in nobis Adam conficiatur, &  
planè extinguatur, sordes: esse impfectionum immundi-  
cias, que cōspectum dei ferre non possint: & has tñ puri-  
tate Christi uelatas nobis non imputari: & quasi consepu-  
tas in iudicium dei non uenire; & tñ non antenos in bea-  
tam

cam pacē recipi, q̄ cōfector penitus & extinctus innobis  
uetus Adā fuerit. Primiū. n. si in nobis, dum hic uiuimus,  
etia Christo insiti, sordes & imperfectionū immūdicię sūt,  
quę dei iudicū sustinerenō possunt: an nō recte dicimus  
hic semp inesse nobis peccata: nec. n. nisi peccatis conspe-  
ctus dei nō ferendus, et iudicū intolerabile est. Deinde si  
insunt hę sordes & immūdicię, donec uetus Adā prorsus  
conficiat, mirū si nō insunt à dānata generatione. Tertio,  
si tametsi insunt hę sordes atq̄ immundicię, tñ contextae  
Christi puritatem nō imputantur, & ceu cōsepulta in iudi-  
ciū dei nō ueniunt, certe inest, quod iniquitas est, & Deo  
per se displicet, displicere q̄ facit eos, quib. inest, nec tñ il-  
los cōdemnat: q̄a nō imputat, quia in iudicū dei, propter  
intercessionem mundicie Christi, nō uenit. Quarto, si tū  
demū in beatā Christi pacem admittimur, dū abolito uca-  
teri Adā, abolite etiam plenē illę sordes fuerint, uidemus  
has sordes, quanq̄ cōdonatas, tñ sic deo haberit peccata, et  
esse abominationi, ut illis sordidati, in regnū eius pfectū,  
in quod nihil simundū ingredit̄, punire nobis nō liceat.

Ex his ergo intelligitur, nihil præter rationem rectam,  
nihil absurdum, ut calumniatur manifesta absurditate Pighi  
us, uel sanctos patres, uel nos dicere, dū cōfitemur secuti  
scripturas, nos per innatā illam prauitatem, ante baptisma  
in offensa & ira dei cōstitui, et eterne dānationis reos fie-  
ti: post baptisma uero, siquidem illi nō assentiamur, mini-  
me: et si peccati nomine eā solum prauitatem intelligas, que  
actu reos ire deiteneat, sicut D. Augustinus alicubi intel-  
ligit, ante baptisma peccatum esse, post baptisma nullum.  
Pighiū uero ut contra uerbū dei, ita etiā cōtra omnem Ecclesiā, omnemq̄ rectam, piām & religiosam rationē, ac etiam contra suam ipsius confessionem scribere, concipi sc̄ientiā carnis, nec in paruulo, nec in adulto, nec ante, nec post baptisma proprie & uere esse peccatum.

Affirmatio  
Pighi, Pe-  
lagiana.

## DE PECCATO

Patet & illud, rationes quib. hoc colligit, nihil esse quam sophisticos elenchos. Ut, cōcupiscentiam, quod à natura & naturae authore insit, & insit ineuitabiliter, nemini posse deputari peccato. Et infantibus, quia usū rationis destituti sunt, nullam posse nec imponi legem, nec imputari iniquitatem. Concupiscentia enim de qua cum Ecclesia loquimur, depravatio illa naturae, & uitium naturae, non inest à natura, ut illa à Deo condita: sed ut peccato Adæ initiata est: adeoq; ab ipso uitio naturae: quare eam uitium esse, & peccato deputari etiam rationi consentaneum est. Cumq; à Deo authore naturae non est, nisi ut poena peccati, tam ex eo non consequitur, eam non esse peccatum: quam non ex eo, quod immittit eam Dominus, consequitur, cæcitatem cordis, non esse peccatum. Ita nullam peccati excusationem affert necessitas, in quam peccato uentum est. Et certum est, teneri lege Dei, etiam qui legem suo uitio intelligerent non ualent. Qua enim iustitia quæso, inquit D. Augustinus contra Iulianum lib. 3. à regno Dei, aut à uita Dei alienatur imago Dei, in nullo transgressa legē dei? Alienantur uero infantes à uita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis eorum. Sed Pighius, quod Pelagius metu damnationis Ecclesiastice non audebat, uitam et uitam beatam, quæ nisi Dei uita esse non potest, infantibus etiam, extra Christum tribuit, de quo mox in confutatione sententiae Pighianæ dicemus.

Ex his quæ hactenus de hoc originis malo differimus, id planum abunde factum est, nulla à Pighio ratione nos culpari, quod hoc malum originis uere ac proprie peccatum esse affirmamus. sic & quartum Pighij crimen depulsum sit.

Quintum quod Pighius falso nobis criminis dat, est,

nos

Necessitas  
et ignoran-  
tia, in quā  
peccato  
uentū est,  
non excu-  
sant.

Cap. 12.  
Ephes. 4.  
Alienatur  
à uita Dei  
infantes  
per igno-  
rantiam.

Quintum  
crimen:

nos D. Augustinum nostræ authorem facere sententiaæ, cum nostra ab illius sententia, ut falso criminatur, plurimum dissideat. nam ait D. Augustinus cōcupiscentiam illam innatam atq; inspersam nobis, quam peccatum originale omnibus ex Adam carnaliter procreatis propriū facit, ab Adam tractum, intelligere eam cōcupiscentiam, quæ carnis tantum sit, non etiam mentis & spiritus: nos uero sentire eam esse uitium, etiam uoluntatis, rationis, mentis, spiritus: ac omnium quæ ante regenerationē sunt in homine. Cumq; D. Augustinus cōcupiscentiam post baptisma omni culpa absoluat, solumq; nobis ad exercitationem & agohem reliquerit, nec aliter peccatum dici affirmeret, nisi quemadmodum scripturam manum, loquimam lingua, frigus pigrū dicimus: nos contendere cōcupiscentiā istam, à baptisme esse uere ac proprie peccatum.

Mira uero uis auertendi à uero mentes, quæ inest in confidentia sini, & odio aliorū. Legit, & procul dubio nō indiligerenter, Augustinum Pighius: nouit quoq; Thomā & plerosq; alios Scholasticos non nisi ex Augustino id didicisse, ut nomine concupiscentiæ, quam peccatum à uitata origine contractum, uel materiale eius agnoscunt, intelligant deordinationem omnium uirium: & tamen affirmare sibi permittit, nos à sententia D. Augustini discedere, dum eam & mentis & omniū in homine uirium de prauationē intelligimus. Nec minus aperte falsum esse nouit: Augustinum affirmare non aliter peccatum illam concupiscentiam dici, q; scriptura manus, oratio lingua, frigus pigrum dicitur. Sed cum alioqui nimium uerborū insumpserimus in refutandis sophismatis Pighianis, quæ tamen nemini uel mediocriter in scripturis uersato fucum fecerint: et omnibus, qui libros D. Augustini legent, notissimum sit, Pighium utrumq; D. Augustino fal-

Cc

DE PECCATO

so adscribere: & concupiscentiam ab eo pro sola carnis & non totius ueteris hominis depravatione accipi: & affirmari eam non aliter peccatum dici, quia ea metonymia, qua effectui nomen causæ, & causæ effectus nomen imponitur: quod paucissimis hoc crimen rei ciemus.

Ignorantiam enim legis diuinæ, & infirmitatem illam plena uoluntate sectandi ( quæ mala mentis sunt ) inesse à peccato originis uitia, quam diligenter D. Augustinus & quod copiose in libris suis docet: De quo & supra locum unum adduximus ex libro de peccatorum meritis et remissi. quem si cum ihs expendas, quæ eodem capite & sequenti, hac de re differit, miraberis, qui Pighius, qui nihil uideri uult oscitanter uel legere, uel scribere, in animum induxit affirmare, Augustinum malum, quod à uitata origene contrahi cum Ecclesia Catholica agnoscit, solidam carnis, id est, inferiorum uirium prauam cōcupiscentiam intelligere: & non etiam depravationem mentis, & uoluntatis, uiri superiorum. Sed lege pie Lector caput  
**De peccato.** merit. &  
remiss.  
7. & 8. secundi libri. Vbi interioris hominis uetus statum uitiosam, tum primum plene nouitate commutandam ex Paulo docet, cum plena extiterit & corporum regeneratio. Ibi certe in malo originis ponit, omne id quo Christo dissimiles sumus, hoc est, totum ueterem hominem, tam interiorem quam exteriorem.

**Augustinus** Sed excepto copore, inquit, si in ipso animo qui est homo interior, perfecta in baptismo nouitas fieret, non diceret Apostolus, Etsi exterior homo noster corruptitur, sed interior renouatur de die in diem. Profecto enim qui in uetus de die in diem adhuc renouatur, nondum totus est renovatus, hoc est, uatus: & in quantum nondum est renouatus, in tantum in uito ori adhuc in uetus est. Proinde ex hoc quod adhuc in ueris est. tustate sunt, quamuis iam baptizati, ex hoc etiam adhuc sunt

sunt filij s̄eculi. Ex hoc autem quod in nouitate sunt, hoc est ex plena & perfecta remissione peccatorum; & quantumcumque illud est, quod spiritualiter sapiunt, eique congruos mores agunt, filij Dei sunt. Intrinsecus enim exuimus ueterem hominem; & induimus nouum, quoniam ibi deponimus mendacium & loquimur ueritatem, & cetera quibus Apostolus explicat quid sit exui ueterem hominem, & indui nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Hæc ille. At uetus pecati est, & uitati ortus: & sicut iustitia mentis est, ita & in iustitia, qua tenetur homo uetus: & tenetur ab origine uitata. non igitur tantum inferiorum uirium malum est, id quod ab Adam trahitur uitium.

Et paulo infra scribit. Proinde in quantū similes ( Christo) in tantū regenerante spiritu filij Dei sumus, in quantum autem dissimiles, in tantum filij carnis & s̄eculi. Illinc ergo peccare non possumus: hinc uero si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipso decipimus, donec totū transeat in adoptionem, & non sit peccator, & quæras locum eius, & non inuenias. Hic uides Augustinum in homine peccatum agnoscere omne id, quo Christo dissimilis est. Sic autem & uitia sunt superioris portionis, ut est ignoratio mentis & infirmitas uoluntatis. Inde & infra cap. 17. Ignorantia & infirmitas uitia sunt que impediunt uoluntatem, ne moueat ad faciendum opus bonum, uel ab opere malo abstinentem: uocatque subinde hanc & infirmamentis ignorantiam horrendam & miserabilem: & negat in Christo, ut quæ uitium sit damnable, eandem fuisse.

Et in lib. de Natura & Gratia cap. 3. Natura quippe hominis inquit, primitus inculpata, et sine ullo uitio creata est, tum media Natura uero ista hominis qua unusquisque ex Adā nascitur, eo indiget.

## DE PECCATO

Totamen iam medico indiget, quia sana non est. Omnia quidem te sana non bona, quae habet in formatione, uita, sensibus, mente, & est, ergo in summo Deo habet creatore & artifice suo: Vitium uero, uitio est. quod ista naturalia bona contenebrat & infirmat, ut illuminatione & curatione opus habeat; non ab inculpabili artifice contractum est: sed ex originali peccato, quod commissum est libero arbitrio. Ac per hoc natura poenalis ad iustitiam iustissimam pertinet. Si enim iam sumus in Christo noua creatura, tamen eramus natura filii ire, sicut & ceteri. Deus autem qui diues est in misericordia, probet, non ictus multam dilectionem, qua dilexit nos: & cum essemus luminati mortui delictis, conuicauit nos Christo: cuius gratia & curattu, sumus salui facti. Vnde ex his ergo tantum locis uidet quia Deo dissipatis. Augustino uitium & peccatum contractum absit. Adam, non solum intelligenti inferiorum virium concupiscentiam: sed etiam depravationem totam hominis, ut ab Adam carnaliter procreatus est.

Solet quidem D. Augustinus dum de malo originis loquitur, id quod est in eo crassius, atque ob id omnibus notius praecepit proferre, cupiditatem scilicet illam, quae ut corporalium uoluptatium, ita alijs uehementior est. Cumque Pelagiani Ecclesiam Dei de eo calumniarentur, quod contumeliter concupiscentiam innatam & inspersam nobis, nobis malum & damnable uitium esse, quasi hac sententia nuptiae damnarentur, de ipsa quoque uenera concupiscentia sepe multum disputat. At quia preceptum domini, Non concupiscere, adducere solet, ad ostendendum inesse nobis natam concupiscentiam, satis liquet, eum de uniuersali cupiditate loqui: in qua & depravata concupiscentia oculorum, atque mala ambitio continetur: quae non absque ratione excitantur. Et quia nec istae cupiditates existere in homine, atque agere eum a lege Dei transuersum possent, si mens,

mens, & scientia, & consyderatione recti, satis firma esset,  
nusq; non queritur de miserabili ac damnabili, cum igno-  
ratione, tum infirmitate mentis atq; uoluntatis : & confite-  
tur hæc mala ab Adam contracta, & pertinere ad miseriā  
illam, quam patitur homo ab exordio nativitatis suæ : à Libro de  
qua, nili dei gratia in Christo, nemo liberatur. Dicitq; ho lib. arbit. n.  
minem propter hæc peccata, quia nō potest uidere qualis  
esse debeat, nec ualeat esse, qualem se esse debere uidet, nō  
esse bonum; nec etiam habere in potestate ut bonus sit, In  
de est, q; horrendam uocat hanc ignorantiam, & infirmi-  
tatem, & addit, non carnis, sed mentis.

Hæc, & que supra adduximus, aperta sunt et sunt libri  
huius sancti Patris huiuscemodi confessionibus undicq;  
referti: quamobrem admodum indignum Pighio est, & remiss.  
negare Augustinum ponere in uitio Originis, uitia men.  
tis, uoluntatis, & spiritus, Bellum uero hic argumentulū  
objicit. Augustinum adserere carnem per concupiscentia  
concupiscere aduersus spiritum: non igitur ponere  
concupiscentiam malam in spiritu. Ita enim ludere homo  
nymis illum iuuat. Spiritui regenerationis in Christo,  
qui contra carnem concupiscit, nec nos aliquid uitij, sed  
uitutem potius tribuimus, qua concupiscentia carnis re  
primitur; at in spiritu, qui carnali generatione adflatur,  
nisi uitium insit, non erit causa, ut restituï eum ad integrati-  
tatem primæuam cum Paulo precemur. Sed de his & su-  
pra satis. Porro quod addit hic Pighius Augustinum, cō  
cupiscentiam, quā ait ante regenerationem peccatū esse,  
post regenerationē, non solū ab omni reatu, sed etiam ab  
omni culpa absoluere: & tantum ad exercitationē & ago  
nem nobis relinqui; nec aliter peccatum dici, nisi quem= admodum scripturam manū, loquela linguam, frigus  
pigrum dicimus, clarissimis uerbis affirmare: hoc claris=

DE PECCATO

si me falsum esse, ea loca facile conuincunt, quæ ex libris  
D. Augustini supra adduxi. In quibus legis sanctum ui-  
tum diserte dicere, uitium originis non tantum ideo dici  
peccatum, quia sit & effectum, & causa peccati: sed etiam  
ideo & dici & esse peccatum, quia inest ei inobedientia  
contra dominatum mentis: quia peccati titillatione mo-  
uetur: quia prava desideria commouet. Ad certamen  
quidem relinqui nobis hoc malum, cum dominus propi-  
tius omnibus iniuriantibus nostris reatum eius remittit,  
donec sanet etiam omnes languores nostros, hic sanctus  
pater multis in locis affirmat: at simul nō tacet, quin ubique  
clare & multis testatur, hoc malū uitium esse detestandū,  
Deo displicens, quod miseros nos, & quantum ad ipsum  
malū attinet, si non Christi merito contegeretur, alienos à  
regno & uia dei reddit: contra quod precari ppetuo de-  
beamus, libera nos à malo. Relicta nobis est ad certamen,  
fideique exercitiū, etiā ipsa diaboli suggestio: eo aut̄ non ef-  
ficitur illā nō esse sceleratam & abominabilem Deo. Ex his  
itaque intelligitur, & quintum Pighij crimen nihil qui mani-  
festam calumniam esse, sicut & cetera. Nam qui de his re-  
bus iudicare possunt, si que ad reuocata per Pighium so-  
phismata Pelagianorum respondimus, religiosi expende-  
rint, videbunt indubie, illa nihil qui futilia humanæ ratio-  
nis commenta esse, quæ doctrinā Ecclesiæ ne obscurare qui-  
dem, nedū labefactare possint. Iam ergo ad excutendum  
& confutandum Pighij, uel potius Pelagianorum per Pig-  
hium renouatum figmentum, progrediemur.

Quib. mo-  
tus Pighi-  
us senien-  
tiam Ecclē

CONFUTATIO DOGMATIS PIGHIANI.

Plighius, ut initio huius disputationis exposui, rationi  
pagina pec-  
suæ, qui scripturis dei addictior, cum uidere non pos-  
cati blas= set, quo iure peccati reus teneretur infans, qui nondum  
phemat. quid peccatum, aut recte factum sit, nosse queat: nec in se  
quicquā habeat, quod non in generatum ei sit, atque ideo,

ut colligit, naturale, & purum, sanctumq[ue] opus Dei sit, iudecauit, & affirmare in animum induxit, dicere infantes nasci propria aliqua iniuitate infectos, quae ipsos iniustos & abominabiles Deo reddat, non esse absurdum tantum, & cum omni ratione pugnans; sed etiam in Deum impium & blasphemum, hinc enim consequi, à Deo, cui ius figmentum infans sit, quantus sit, immitti eam iniuitatem, atq[ue] eo Deum ipsum eius iniuitatis, quam in infantibus condemnet teneri. Cum autem simul perpendet ferri non posse, ut diceret infantes non cum reatu peccati nasci, propter quod aliquid subirent condemnationis, excogitauit ueteri Pelagianorum blasphemiae tam colorem, imò nullum colorem; nam licet uerbis Catholicis de reatu & condemnatione peccati originalis, quae non nisi Christi sanguine tolli possit, loquatur, mox tamen ea ipsa uerba interpretatione dilucide impia, & germane Pelagiana rursus tollit: & ipsissimum Pelagi & Celestij dogma reuocat, & auget.

Dicit enim originis peccatum, nullum aliud esse, quam ipsius Adæ peccatum: quo ille acceptum præceptum dei transgressum, meruit sibi et suræ posteritati adimi dona illa supernaturalia, quib[us] se ille, natura licet mortalis, & uarijs infirmitatibus subiectus, à corruptione & morte præseruasset; & officijs iustitiae, citra difficultatem à carne reputante studuisse; si à transgressione præcepti diuinis sibi, ut facile potuisset, temperasset. Et in horum donorum amissionem, totam illam Dei iram & condemnationem ponit, cuius obnoxij natura, id est, ut ipse interpretatur natuitate sumus. Infantes enim dicit omnes nasci natura innocentes, deo charos: & si hinc, in ea, in qua nascuntur innocentia, decadant, uiucturos iucunde ac fœliciter: absq[ue] ulla tristitia de eo, quod supernaturali illa beatitudine

Sententia  
uetus Pela  
gianorum  
de peccato  
originali  
per Pighiū  
reuocata.

DE PECCATO

dine carebunt, immo ait illos Deum ex toto corde, totaque anima, amaturos, laudaturos, & de eius erga se benignitate ac beneficijs gratias acturos.

In hac Pighij sententia pie Lector, quid quæsto Pelagi anæ impietatis desyderas? Caput enim controuersiæ, que inter Pelagianos, & Ecclesiam Christi fuit, erat tota de traduce peccati. An peccatum, iniquitas, uitium, ab Adam in omnem posteritatē transeat, eamque sic inquinat, Deoque aduersariam constituat, ut ab ea necesse habeant liberari per Christum, etiam infantes, perituri æternum, nisi ab eo regeneratione mundati fuerint: an nihil peccati aut uitij eiuscmodi ab Adam in posteros traducatur. Pelagius

*Verba Celestij de peccato orig. lib. 2. ca. 5.* & discipulus eius Celestius in sententia Pighij erant. Celestius enim, ut commemorat D. August. lib. contra Pelagianum & Celest. 2. dicebat. Peccatum non nasci cum homine, sed postmodum exerceri ab homine: non esse delictum naturæ, sed uoluntatis. Pelagius, quo laudabiles,

*Verba Pigi. cap. 13.* uel uituperabiles sumus, id non nobiscum oriri, sed agi a nobis: nosque ut sine uirtute, ita & sine uitio procreari: eo quod ante actionem propriæ uoluntatis id solum in homine sit, quod Deus condidit. An uero non haec Pighij & sententia est, & ratio, cur in ea sententia esse uelit?

Eodem lib. cap. 13. Nec enim aliud ubique crepat, & proprio peccato non posse teneri, qui nullo sit uoluntatis proprio arbitrio. Et quia in recens nato infante nihil insit, quod non Dei opus sit, non posse infantibus quicquam inesse uitij: ne Deus uitij author inscribatur.

At propter hanc ipsam & sententiam, & rationem, Pelagius cum discipulo suo Celestio, ut pernitosi heretici & gratiae Christi inimici, ab Ecclesia Christi resecti sunt: in Pelagio & rectissime commota sunt, teste D. Augustino, contra & Celestio hos nephandi erroris authores, Episcopalia Concilia, damnata.

Apostolica

Apostolica sedes, uniuersaq; Ecclesia Romana, Roma-  
numq; imperium, donec resipiscerent de diabolí laqueis.

Ergo fidei Catholicae est, confiteri, transisse in omnes  
filios Adam Peccatum originale, regeneratione purgan-  
dum: nasci omnes qui ex Adam carnaliter procreantur  
cū uitio, immundicie, et iniustitate: quę non à regno tantu  
Christi, sed etiam à uita uera excludit, & in eterна miseriā  
detrudit: nephandi uero & haeretici erroris, & dogmatis  
pestiferi Pelagianorū (his enim titulis sententiam Pighij  
insigniuit Ecclesia Catholica) nasci quidem omnes filios  
Adæ exortes regni cœlorum, sed nihil trahere eos uitij  
ab Adam: nulla nasci contagione peccati: Christiq; rege-  
neratione non redimi infantes de malo ad bonum, sed de  
bono ad melius: de incertæ conditionis uita, ad certo fe-  
licem.

Pighius uero impietatem Pelagianorum durabus ad-  
fectionibus auxit. Vna, cum quæstionem de traduce pec-  
cati Celestius & Pelagius rem esse uoluerint quæstionis,  
non haeresis, & de quo errare uenia dignum sit, Pighius  
sententiam Ecclesiæ de traduce affirmsat absurdam, im-  
possibilem & in Deū, naturæ authorem, impiam & blas-  
phemam esse. Altera, cum Pelagiā de conditione infan-  
tium, qui sine regeneratione Christi moriuntur, in medio  
reliquerint. (scripsit enim Pelagius sine Baptismo par-  
uuli morientes, quo nō eant sc̄io: quo eant, nescio.) Pighi  
us uitā illis addicit naturaliter beatam, hoc est, ea absolu-  
tione perfectā, ad quā homo natura sua potest ptingere,

Ita Pighius ultra Pelagianam impietatem contra Ec-  
clesiæ doctrinam prouectus est. Nam quod se in speciem  
societate dogmatis pestiferi, propter quod Pelagius &  
Celestius damnati sunt, adserere conat, confitendo nem-  
inem communilege ex Adam nasci, nisi uinculo illius pec-

Status con-  
trouersia  
inter Eccle-  
siam & Pe-  
lagianos.

Vide Cap.  
19. ibidem.

Ibidem  
Cap. 22.

D E P E C C A T O

Pighius, ut cati originis, iræ filium, mortis reum, damnationisq; ob-  
Pelagiani, noxiū quousq; inde liberetur per mediatoris nostri Ie-  
su Christi gratiam: hanc tamen suam ipse confessionem  
mali p̄ræ= mox euerit, continenter adiſciens: se per damnationem  
ter exclu= hanc intelligere exclusionem à regno cœlestis Hierusa-  
fionem à lem: sicut & Pelagiāni dicebant infantes nisi regeneratos  
regno Dei à peccato non fieri participes regni Dei, ac propterea tantum bapti-  
zari, ut ingredi in regnum Dei possent.

Adæ ad ge nus huma= Proinde sicut illi, ita & Pighius id tota sua disputatio-  
num tran= ne contendit, nihil esse in recens natūs, quod non sit Dei  
ſijſe. opus; ideoq; nasci eos absq; uitio, & deo charos: qui nihil  
non diligit eorum qua fecit: sicq; in ea innocentia morie-  
antur, uiicturos iucunde atq; feliciter: totoq; corde acto-

Pighius na ta anima Deum laudaturos. Vimq; concupiscendi aduer-  
ture condi sus sp̄iritum, boni ignorantiam, & ad persequendum bo-  
tiones fa= num infirmitatem, mortemq; ipsam naturæ tribuit, non  
cit, Concu peccato: nec quicq; in infantibus peccato Adæ & iræ Dei,  
piſcentiam in genus hominum inde prouocatæ acceptū fert, q; quod  
ignoran- nascuntur absq; dono illo super naturali, quod Adamo  
tiā, infirmi collatum fuit: quo, si pollerent, carnem haberent sp̄iritui  
tatem, mori- morigeram, & expertem mortis.

Multo itaq; de minus iræ ac condemnationis Pighius  
Pighius in non renatis per Christum agnoscit, quam agnouerint  
duobus ex= Pelagius & Celestius: qui licet & ipsi traducem peccati  
cedit im= non admitterent: & exclusionem tantum à regno Dei,  
pietatem peccato Adæ acceptam ferrent, tamen, ut dictum, nec  
Pelagianā fidem Ecclesiæ de peccati propagine, in Deum impiam,  
& blasphemam blasphemabant: nec beatam con-  
ditionem infantibus non regenit̄is tribuebant: quod  
utrumque facit Pighius. Eadem igitur, ino grauiore q; Pelagius & Celestius, ut impietate, ita & cōdemnatione  
Pighius tenetur. Cumque in hac tanta quaſtione, in qua  
proprīe

propriæ fides Christiana consistit ( Christi enim res-  
demptionem nemo nosse potest, qui nescit ex qua per-  
ditione ille redempturus nos aduenerit ) ab uniuersa Ec-  
clesia Christi discedit, synceramq; eius de uitiata natu-  
ra nostra confessionem impiam in Deum & blasphe-  
mam facit, ac pestiferum Pelagi & Celestij dogma , à  
tota Ecclesia & ipsa quoque Romana sede, cui alioqui  
Pighius omnia desert, damnatum & anathematizatum,  
revoocat , & impietate ac blasphemia auget , iudicabis  
Christianæ Lector, quid ei tribuere in cæteris debeas, &  
quanti facere, quod se Ecclesiæ definitionem sequi ubiq;  
tactat,nos uero ab illa recedere falso criminatur.

Valebit indubie apud te, Ecclesiæ, non Augustini tantum  
sententia , quam hic vir Dei in condemnatione Pelagi  
& Celestij latam ab Episcopalibus Concilijs , à sede A-  
postolica, & non Romana tantum, sed uniuersa Ecclesia, Augustinus  
cōmemorat, q̄ræ libro secundo cōtra Pelagi & Celest. Cap. 29.  
de peccato originali sic inquit, descripta est: Quis quis ab  
illo humanam contendit in qualibet ætate naturam , non  
indigere medico secundo Adam: quia non est uitiata in Gratia  
primo Adam: nō in aliqua quæstione in qua dubitari, uel Christi inie-  
rrari salua fide potest: sed in ipsa regula fidei qua Chri-  
stiani sumus, gratiæ Dei conuincitur inimicus. Sicut habet negat natu-  
sententia Ecclesiæ Catholicæ. Ergo huius iuditio inimi-  
cos gratiæ Christi , & ab ipsa fidei regula, qua Christiani  
sumus, deuius habendus est, quicunq; negarit naturam  
hominum , ita in qualibet ætate uitiatam esse, ut nisi per  
Christum sanari seruariq; nemo hominum possit.

Cum itaq; pestiferū Pighij dogma à tota Christi Eccle-  
sia pridē damnati et execratū sit, et dogma ecclesiæ de pec-  
cato originali supra ex scripturis euidentissime demon-  
stratū, esse scilicet illud uitiū humanæ nature à uitiata etdā

## DE PECCATO

nata generatione ingenitum, quo homo totus nequa, ini-  
quus, & Deo aduersarius, eoꝝ iustæ & sempiternæ iræ  
Dei filius nascitur, æterna morte condemnatus: nisi rege-  
natione Christi ab hac ira liberetur: tum etiā ostensum  
sit, ꝑ futilia sophismata sint, quæ contra hæc Pighius nō  
tam excoigitavit, ꝑ à Pelagianis mutuata reuocauit: non  
est opus ut ad confutationem huius Pighiani & Pelagia-  
ni, nefarij cōmenti, aliquid amplius adiçiam.

**Demonstratio dogmatis Ecclesiæ clara, eidens, & ir-  
refragabilis extat.** Ut Deus unus, ita etiam unus media-  
tor est Dei & hominum, homo Iesus Christus: per hunc  
Ecclesiastici itaque solum patet omnibus hominibus, etiam infantie-  
cæ de peccatis, reditus ad Deum, reconciliatio & pax cum Deo,  
translatio è potestate Diaboli, in regnum gratiæ: ante  
nali. quam perceptam regeneratione in Christo, impij & ini-  
mici Deo, & mancipia diaboli sunt, quicunq; ex Adam  
cōmuni lege procreati sunt. Non est enim nomen aliud  
hominibus datum sub cœlo, ꝑ nomen Iesu, in quo opor-  
teat nos saluos fieri: hic solus seruat suos à peccatis: Ergo  
extra Christum quicunq; homines sunt, ut sunt omnes  
nondum in eo renati, etiam infantes, perditi sunt: & per-  
diti peccatis: ijsq; quia non à se perpetratis, indubie innata-  
tis: quibus concepti scilicet & in utero matris formati,  
sicq; contaminati sunt: ut nemo eorum à sorde propria  
mundus sit: ne quidem infans, cuius uita est unius diei su-  
per terram. Et quia extra Christum hominibus nulla ui-  
ta, sed ira Dei, & poena, peccatorum ultio, mors sempiter-  
na parata est: nec uiuere uere, nedum uiuere iucunde &  
feliciter possunt infantes per Christum non regenerati. In  
Christo enim, non extra Christum uiuificantur omnes: ut  
etiā in Adam omnes mortui sunt. Et qui nō manducae-  
rint carnē & biberint sanguinem filij hominis, quo dñe  
res

natis tantum conceditur, non habent uitam in se. Hanc Demonstrationem legis apud D. Augustinum in omnibus quidem libris quos contra Pelagianos scripsit, copiose et dexterime explicatā: singulari tamen copia testimoniorum scripturæ exhibuit eam lib. de peccat. merit. & remiss. à cap. 21. usq; ad cap. 29.

Hanc Ecclesiæ fidem omnes catholici patres præclare confessi sunt, ut supra ostendimus. Agnoscunt enim den <sup>innasciunt</sup> te serpentis totum genus hominum vulneratum, infuso tium et p<sup>a</sup> peccati ueneno; ut nemo à peccato mundus, nemo à uita <sup>tres confi-</sup> Dei non alienus nascatur: contractam fatentur contagio <sup>tentur.</sup> ne obnoxie generationis iniquitatem & malitiam, colluvionem uitiorum, contagium terrenæ corruptelæ.

Idem confitetur tota Ecclesia, etiam sacramentis suis: quæ & infantes baptizat, & baptizat in remissionem <sup>Confessio</sup> peccatorum ueram: eorum scilicet, quibus illi pro = de peccato prijs detinentur: in quibus concepti sunt & foti in utero orig. in ba matris sūræ: nec tantum ideo, ut regni Christi, id est, felici= ptismate. tatis supernaturalis participes fiant: à qua tamen nemo excluditur, nisi super quem manet ira Dei in finem, & est uitæ ueræ exors. Recte itaq; ut inimici gratiæ Christi, & negatores redēptionis Christi iudicati sunt patres Pighi, Pelagiani, et in illis ipse quoq; Pighius: ppter ea quod nasci homines sine propria iniquitate affirmare ausi, eo negarunt dominum, cōmunem & unicum omnium hominum ad Deum mediatorem, & peccati expiatorem, esse & infantium Iesum, hoc est, à peccatis seruatorem, quæ illi nimis innata habent, non perpetrata. Sed uideamus quibus scripturis & rationibus Pighius restituere pestiferum Pelagi & Celestij dogma laboret. Scripturas has adducit.

Primum, locum Pauli ad Rom. 5. quo ipse tamen ista

Dd iii

DE PECCATO

Pelagiana impietas euidentissime confutatur. Per unum enim hominem ait Apostolus peccatum in mundum ingressum esse, & per peccatum mortem; & sic in omnes homines mortem peruersisse; in quo omnes peccauerunt. Item, ex unius delicto multos mortuos esse. Item, iudicium ex uno in condemnationem progressum multorum. Etrursus, unius delicto mortem regnasse per unum. Et iterum, malum per unius delictum in omnes homines in condemnationem inuasisse. Item, per unius inobedientiam multos peccatores constitutos esse. In his uerbis, inquit Pighius, Apostolum perpetuo et constantissime unius peccato unius Adae ferre acceptum mortis regnum & damnationis, sub quo omnes conclusi sumus. Sed hoc affirmat tantum Pighius, & affirmat contra uniuersam Christi Ecclesiam: nec ullo probat argumento.

*Expli-  
cat  
tur locus  
Ro. 5. per  
unius pec-  
catum.*

Ait quidem Apostolus, per unum hominem peccatum ingressum esse: sed non ait in unum Adam, sed in mundum: hoc est, in omnes homines, qui in hunc mundum nascuntur. Et peccatum dicit, non tantum reatum peccati. Ita cum dixisset per eiusdem unius hominis peccatum, mortem inuasisse in omnes homines, adiecit, in quo uno, scilicet Adam, omnes peccauerunt; hoc est, uitiatum ab eius peccato naturam traxerunt. nam poenam dare peccati, non recte dicitur peccare. Ita cum ait, unius Adae delicto multos mortuos, & unius iudicio multos condamnatos esse, id, quia sub iusto & clementi Deo nemo alienum peccatum luit, ipse peccati purus, inde factum intelligit, quod eodem Adae delicto omnes infecti, eiusque contagione nascuntur contaminati. Concludens enim haec Apostolus subiecit. Quemadmodum per unius hominis inobedientiam multi peccatores constituti sumus: sicut iam per obedientiam unius iusti constituentur multi. At non recte dicimus peccatores constituti, quia rei sumus alieni pec-

cati, ipsi uero absq; peccato: quo Pighius interpretamen-  
to, eludere hanc Apostoli sententiam conatur: sed quia  
in peccato ipsi quoq; sumus, Christus, ut hostia pro pec-  
catis, solita scripture metonymia peccatum dicitur: at pro  
ferat Pighius unum scripturæ locum, in quo peccatores  
dicantur, qui sunt omnino ipsi absq; peccato: & detinen-  
turt tantum obnoxij poena propter peccatum alienum.

Et qua Dialetica ualeat illa cōsequentia: Ab unius de-  
sicto peccatum, mors & condemnatio in omnes homines  
inuasit, ergo nihil peccati in ipsis hominib. innascitur, in  
quos peccatum, mors, & cōdemnatio peruersisse dicitur.  
sed tantum ob unius illius peccatum, mortem, & cōdem-  
nationem, peccatores sunt, moriuntur, et condemnantur.  
Sic uero est Pighij hic enthymema. Certe si ualeat ea cōse-  
quitio, ualeat & ista. Vnius Christi iustitia, uita, felicitate  
iusti sunt, uiuunt, & felices sunt, omnes qui Christo insiti  
sunt, ergo ita per Christi iustitiam, uitam & felicitatem,  
felices sunt: ut nullam prorsus ipsi in se iustitiam, uitam,  
& felicitatem habeant.

Sed quid opus uerbis est: Paulus hoc eodem capite  
prædicat, Christum pro nobis, cum peccatores impj, & Pighius in  
inimici Dei, atq; hinc morti sempiternæ addicti eramus, tam & fa-  
mortuum: suaq; morte nos in gratiam Dei & uitam resti-  
tuisse: hoc si non etiam ad infantes pertinet: nec pertinet lutem in-  
ad eos Christus, & non est ille etiam infantium Iesus. Vi-  
des pie Lector, ut Pighius crucem, ut precium mortis  
Christi, & uim resurrectionis eius, totamq; humani gene-  
ris factam per Christū redēptionem, quod ad infantes  
attinet, & ipsam hominum naturam, euacuet & frustra-  
neam faciat: cū nihil prorsus malī à peccato Adae in infan-  
tes, qui priusq; legis cognitionem percipiāt, moriuntur,  
transire agnoscat: præter solam carentiam doni superna-  
turalis:

## DE PECCATO

teralis; sine quo tamen iucunde & feliciter uiuere, amare Deum toto corde, & summa cum laetitia Deum celebrare poterunt in sempiternum. Quod ipsum tamen do-

*Fol. 20. Di-* num ut extenuet, scribit non admodum uerisimile esse, *ffutatio-* tantas, tanque multas in se cōtinuisse uirtutes: quantas nos *nis sue:* prædicamus cum sanctis Patribus; cum Adam tentatio- ní tam leuiculæ ita facile cesserit.

*Ezech. 19.* Altera scriptura quam Pighius pro reuocanda Pelas giana impietate adducit, est locus ille Ezechielis & Hieremie.<sup>31</sup>, neminem sub iusto Deo alieno peccato premi: quemlibet sua, uel iustitia uiteturum, uel iniuitate mori- turū. Sed Pighius, non nos, ut supra ostendimus, in hunc

Pighius in locum impingit. Nos enim unumquenque propter suam fanubus in ipsius prauitatem: si non propria iudicatione & uolunta- nocētibus remia, neminem sub iusto Deo alieno peccato premi: quemlibet sua, uel iustitia uiteturum, uel iniuitate mori- turū. Sed Pighius autem dicit infantes re- gno Christi excludi, ob nullum suum, sed tantum ob pec- catum primi Adam. Non nos igitur, sed Pighius, si lena, non propria iniuitate damnari infantes affirmat: & stu- pere dicit eorum dentes, qui labruscam ipsi non degu- starunt.

*Argumen-* Contra condemnationem infantium non regenerato-  
*tum Pighij* rum affert istud. Dominum, cum de extremo iudicio uerba faceret, non numerasse infantes inter eos, quos se con-  
*Infantes* demnatur ad Gehennam cum diabolo & angelis eius  
nō renati non nu- prædixit. Sed eodem arguento, si admitti debeat, con-  
merantur cludetur, infantes nec admittendos in regnum Dei, etiam  
inter con- baptizatos, nam nec hos dominus inter eos numerauit,  
demnan- quos prædixit se ad hæreditatem regni sui uocaturū. Ta-  
dos Math. les uero facit Pighius demonstrationes. Sic enim est &  
35. Ergo quod ex altero loco colligit, Quo loco lignum ceciderit,  
nō condem ibi manet; ergo infantes post hanc uitam in statu sunt: in  
nantur. quo acquiescunt.

Ratio

Rationes vero cur infantes dicat ob Adæ tantum peccatum regno Dei excludi, nullas: de eo autem, quod nullum eis innascatur uitium, affert eas, quas dissoluimus. Infantes, quia nec cognitione legis, nec facultate liberi arbitrij ad obedientium legi prædicti sunt, non posse lege tene ri: & concupiscentiam ut opus Dei & naturæ non posse esse uitiosam.

Nos autem ostendimus infantes, quamvis nullo rationis uel liberi arbitrij adhuc usū ualeant, tamen, quia natura sunt Deo & legi eius rebelles: quales esse eos, non solum scriptura clare docet, sed oculis cottidie conspiciatur: etiam natura, teneri peccati, & esse filios iræ. Nec est à natura & authore naturæ Deo, quod caro concupiscit aduersus spiritum, quatenus id iusta peccati poena est: sed à uitio damnata generationis.

In hac, inquit D. Augustinus, quæstione ubi queritur, non cui rei creator, sed cui saluator sit necessarius, non intuendum est quid boni sit in procreatione naturæ, sed quid in peccato mali: quo certum est uitiatam esse natu ram. Simul autem utrumq; propagatur, & natura, & natura uitium, quorum unum est bonum & alterum malum. Illud de conditoris largitate sumitur: hoc de originis dæ Deus inobediente attrahitur. Illi causa bona uoluntas Dei summi: huic mala uoluntas hominis primi. Illud indicat Deum creaturæ institutorem: hoc indicat Deum inobedientię punitorem. Deniq; idem ipse Christus propter illud cre andum factor est hominis: propter hoc sanandum factus est homo. Hæc ille.

Porro cur Pighius infantes, nulla nec dani, nec sensus poena affici uelit, qui hinc, in ea, quā ipse eis tribuit, innocentia decedunt, affert paralogismos: in quibus suo mo re sumit, quod ei ante probandum erat. Nullum, inquit, expectant.

Ee

*Augu. quid  
naturæ, qd  
uitij in ho-  
mine.*

*Simul pro  
pagatur ne  
tum.*

*Deus in po  
nitentia  
Adæ in po  
steris puni  
tor.*

*Argu. Pig.  
cur renas-  
ti paruu-  
li, nec sen-  
sus nec dā-  
ni poenam  
expectant.*

DE PECCATO

habent infantes in corporibus peccatum: non est igitur consentaneum ut aliqua afficiantur poena corporis; item, Voluntatem iudicio Dei repugnantem, cum hic non haberint, illic haberent non possunt, nullam igitur sentient poenam damni; de qua cum tristarentur, repugnarent iudicio Dei, & haberent uoluntatem inordinatam.

At scripturæ testant, & omnis Ecclesia semper id credit & confessæ est, infantes ex Adam nasci corpore & anima uitiatæ, Deo & rebellibus, quia inimici Deo, donec per Christum reconciliantur. Digni igitur sunt, ut etiam condēnationi subiaceant corpore & anima, dum per Christum hac poena liberentur; qui non uenit medicus sanis, sed egrotis: non seruator saluis, sed perditis, uenit, n. querere et salvum facere quod perierat.

**Argu. Pig.** Sed uide quā alterā rationē adferat. Ecclesia, inquit, non requiri nullā requirit à baptizandis de peccato originali poenitētur poenitētiā, nec interiorē, nec exteriorē: ergo nulla quoque illud poenia peccati na manet in futuro. Quis enim, adjicit, exhortetur alium, originā, erit ut de eo, quod non commisit, nec ut committeret ullā causam dego nulla id dīt, poeniteat: Cernis quo euadat humana ratio, cum uer poena ma- bo Dei solita, suis permittit cogitationibus. Non exigit ergo à Baptizādīs poenitētiā uitiate nature: Ad quid igit̄ poscitur ab eis, ut renuncient Diabolo, & operibus eius, Quare requiritur ab eis, ut expoliationē ueteris Adæ, in Baptismate dono Christi collatam, et fide susceptam, per omnē uitā suā, psequantur: Vel possunt mortificādē carni suę et expurgādē uetus statiprioris generationis incūbere homines, ut non poeniteateos huius peruersitatis, & ueritatis, que in carne est: Vel erat cōgaudentis suo malo, & gratulantis Dei in se operi uox illa? Miser ego homo, quis in liberabilitate corpore mortis huius.

Sed urgebit forsitan Pighius definitionē poenitētiæ, quod sit do-

sit dolor de malo præterito<sup>1</sup>, propria uoluntate admissus. *Malū orig.*  
 Sed nec sic nō euaneſcat argumentū eius. *Innouationi. n.* *Pœnitēdū,*  
*ſuę ad iustitiā, ut ea perficiat*, toto corde omnis Christia- *et dolendū*  
*nus ſtudere debet. dolendū igit̄ ei eſt de ueruſtate peccati*  
*aduic inherente. At quare dolendū, niſi quia ea Deo di-*  
*ſplicet, & a Deo alienat. Recte igit̄ nos colligimus. San-*  
*cti grauatī corpore mortis, natura malo originis uitata,*  
*qa Deo rebelli, ſentiuſt ſe miferos eſſe, dolētq; ob id plu-*  
*rimū, ergo niſi hoc malo per Christum liberentur, ſemper*  
*miferi, & in poena, cum ſenſuſ, tum damni manebunt.*

Authoritates patrum pro hac noua & Pelagianam ſu-  
 perante impietate, infantes, ut ſine uitio naſci, ita etiam nō  
 renatos, tamen uituros nō ſolū abſq; uilla poena, ſed etiā  
 fœliciter in ſumma dilectione & laude Dei, quia non ha-  
 bet nullas adducit. Qua coepit tamē confidentia, conatur  
 Augustinum facere ſuī, & Pelagiani dogmatis aſtipula-  
 torem, de eo, quod originis peccatum nihil aliud ſit, quā  
 reatus peccati primi hominis, & non aliquid uitium,  
 quod in ipls inhaereat in infantibus: cum nemo ſit ex uni-  
 uera antiquitate, qui pefiferū hoc dogma, nihil naſci ho-  
 minibus peccati et uitij, accuratiuſ, ac copioſius oppugna-  
 rit, tot libris contra hanc heresim ſcriptis. Quod cum diſ-  
 simulare non poſſet Pighius, calumniantur virum Dei ar-  
 gumento illo Pelagianorum, indignum eſſe iustitia Dei,  
 condemnare eos, qui nullum proprium peccatum ha-  
 bent, huc quidem depulſum eſſe, ut innasci hominibus  
 peccatum dixerit: uerum ante iſtam pugnam Pelagiano-  
 rum exortam, ac etiam poſtea, quoties argumentis Pe-  
 lagianorum non urgeretur, ſenſiſſe homines uno unitu  
 Adae peccato, & nullo proprio naſci obnoxios.

Sed uideamus ex quibus uerbis ſucum iſtum concin-  
 nare iuſtituerit. Scribit D. Auguſtinus libro de duabus

DE PECCATO

animabus contra Manichæos, Peccatum esse non posse sine uoluntate. Dicere peccati reum teneri quenquam, quia non fecerit, quod facere non potuit, summæ iniustitiae et insaniae est. Et lib. Retractationum. i. Infantes non proprietate uoluntatis, sed origine teneri reos: Et peccatum, cum Adam uoluntate sua peccasset, in mundum intrasse. Item, paruulos teneri reos ex eius origine, qui non fecit quod facere potuit, diuinum scilicet seruare mandatum, & uoluntate sua peccauit, qui libero, & ad facendum, & non faciendum motu animi non carebat, eique ab opere malo abstinenti summa potestas erat.

Ex his locis infert Pighius. Vides, inquit, in his omnibus quod illud originis peccatum dicat. Non equidem uim illam concupisibilēm carnis, quam naturaliter secum trahit, unusquisque nascentium, sed illud unum unius peccatum Adæ, quod ille libera uoluntate commisit: & cuius reatu constringuntur omnes eius filij. Hæc Pighius.

At nos in his Augustini uerbis nihil amplius uideamus quam quod ipse in illis & uidit, & dicere se uoluuisse testatur: cumq; nemo sententia eius magis idoneus interpres aut fidelior testis esse poterit, quam ipse, eius interpretationi standum est. Disputationem suscepérat contra Manichæos, qui insanissimo errore introducebant duo animarum genera, unum bonum, de ipsa Dei substantia, in quo nihil possit esse malum desumptum: alterum malum, quod nulla prorsus ex parte ad Deum pertineat, & in quo nihil possit boni inesse. Adhunc itaq; errorem reuincendum hęc duo ponebat exiomata. Peccatum non nisi uoluntatis esse: Voluntatem uero non esse nisi ubi sit libertas, quod uideatur, & malum nolendi, & bonum uolendi. Ethinc concludi bat neutrū genus animarum.

*August. de duabus animabus contra Manichæos cap. 20. 22.*

rum ponī posse. Certum enim esse homines peccare, & quosdam propter peccatum damnari, qui autem peccat, peccare anima, iam peccatum neutri animarū generi qd ponebat Manichæi, tribui posse nō bono, quia fingeret illud esse de substantia Dei: non etiam malo, quia illi aut uoluntas deesset, & ideo etiam peccatum, sicut iam malum non esset: aut certe uoluntas adesset, & iam huic generi aliquid boni inesset, ipsa scilicet uoluntas: eoque penitus malū nō esset. Huius itaq; argumenti solū occasio ne, non proposito, quid peccatum sit, explicandi, Sanctus Episcopus definitiones illas peccati & uoluntatis proposuit; ex communq; hominū sensu illa sumpfit. Peccatum nō esse sine uoluntate: et, Voluntatem non sine libertate. Pelagiani autem, hoc, & non sine calumnia pro se arri puerant, & ex eo sophistica sua conuincere uolebant, Peccatum partulū nec Augustini sententia tribui posse: eo quod illi propriæ uoluntatis arbitrio careat. His itaq; depravatoribus suorum uerborum occurrens vir Dei lib. primo Retractionum, testatur, se illud, quod dixerat, peccatum non esse nisi uoluntatis, dixisse, non de eo peccato, quod etiā est poena peccati: sed de peccato actuali, quod uocant. Et id uere quidem, nam de eo peccato, argumentum duxerat, quod accidere cotidie hominibus notum est. Sed ut ostenderet illud ipsum dictum suum, Peccatum non esse sine uoluntate, defendi posse, salua etiam confessione peccati originalis, commemorat illa in Retractionibus. Peccatum infantium, etiamsi sit absq; ipsorum uoluntate, tractum tamen esse ex uoluntate primorum parentum: adeoq; nec ipsum esse sine uoluntate, si non in opere, tamen in origine.

Adiicit autem eodem loco, posse etiam putari falsam esse istam sententiam, qua dixerat, nusquam nisi in uo-

DE PECCATO

Iuntate esse peccatum. Apostolum enim dixisse . Si autem quod nolo, hoc facio, iam ego non operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Et hinc de concupiscentia subiicit, que licet non dicatur ita peccatum, quod propria uoluntate committatur , tamen quia eiusmodi malum est, cui donec sanetur, omnis fidelis, qui bene proficit, studiosissime reluctatur, evincit alibi hoc ipso argumento, ut supra commemorauimus , hanc concupiscentiam, uere peccatum, & damnabile malum esse: nec enim nisi damnabili malo reluctantur fideles bono spiritu . Hanc & in præsenti loco uitium naturæ : & uitium contra naturam, & uitium, quo natura filii ira sumus uocat. Perlege caput totum.

Quod ergo hoc ipso loco Pelagianis, rogantibus catholici peccatum dicerent parvularum, quorum uoluntatem non tenerent ream, respondit, parvulos non proprietate uoluntatis, sed origine reos teneri, non ita intellexit, ut Pighius, parvulos ob solum, quod in Adam fuit, & non etiam in ipsis sit peccatum reos teneri: sed quod in parvulis peccatum est, non ipsorum, sed uoluntate Adæ admissum atque contractum esse. Nam ubique hoc clare D. Augustinus docet, totam hominis naturam in Adam, qui propria uoluntate peccauit, sic esse uitiatam, ut hoc uitium originaliter transeat in omnes ab Adam carnaliter propagatos: atque de hac ipsa peccati, non reatus tantum , propagatione testatur Ecclesiam omne certamen, contra Pelagianos suscepisse: & propter negatum hunc transitum illos damnasse. Proinde hec consequentia apud D. Augustinum nulla est. Infantes sunt originaliter peccatores, aut tenentur rei origine: ergo non proprio peccato, uitio & iniuritate . Etenim cum hoc loco posuisset, parvulos, non proprietate uoluntatis, sed origi-

ORIGINALI.

origine reos teneri, continenter subiecit. Omnis enim homo terrenus, quid est origine nisi Adam? Porro autem Adam habebat utique voluntatem, qua uoluntate, cum peccaret, peccatum per eum transiuit in mundum.

Et in Epistola ad Hilarium quam Pighius citat, in qua locum illum Pauli ad Roma, diligenter pertractauit, ut per unum hominem peccatum, mors & condemnatio in mundum transiit, sic inter cætera ait. Sicut ille homo delicto suo uitiavit posteritatem suam: sic iste Deus homo iustitia sua saluauit hæreditatem suam. Ille trahiendo carnis immunditiam, quod non poterat impius diabolus: ille donando spiritus gratiam, quod non poterat Abel iustus. Vitiavit, inquit, primus homo suam posteritatem: immunditiam in posteros traciebat. nihil autem uitiatum & immundum in homine, quod non displiceat Deo, qui finxit hominem ad imaginem suam, rectum & mundum. Christo itaque opus omnibus est, etiam infantibus & seruatore, atq[ue] repurgatore ab iniuitate. Dedit enim se pro nobis, inquit, Paulus, ut liberaret ac mundaret nos ab omni iniuitate.

Sed indignum est hac de re tantum uerborum prodigere, cum Divus Augustinus in suis contra Pelagianos libris nusquam non hoc copiosissime doceat, & accuratissime urgeat, eos, qui negent uitium & peccatum ab Adam in posteros eius transfusum, & innatam concupiscentiam esse uitium, quo uita & regno Dei excluduntur, quicunque eo uitio non per Christum liberantur: esse inimicos gratiae Christi & redemptioni parvulorum; negare dominum & parvulorum esse Iesum, id est, seruatorem a peccatis: facere Baptisma, quo &

Adā traciebat immunditiam in posteros.

2. Tit. 2.

DE PECCATO

infantes in uteram peccatorum remissionem, & veteris Adam expoliationem Baptizantur, ludibrium: negare sanguinem Christi, etiam pro infantibus in remissionem peccatorum fusum: negare Christum, agnum dei tollere peccata mundi, qui infantium non tollit. Et haec uir Dei non ex se, non adactus ratiunculis Pelagianorum, ut Pighius calumniatur, non præter Scripturæ atque Ecclesiasticæ definitionis authoritatem sed ex ipsis scripturis Dei, atque germana Ecclesiæ traditione doctus & inductus, tradidit, iudicauit, docuit, atq; defendit: ut ab hac sententia sine manifesta impietate discederent potuerit.

Cui nec illud uitio uerti iure potest, de quo nouam ei  
Enchridio  
cap. 45.

An etiā proximo-  
rū parentū uitia con-  
trahantur à paruulis.

Pighius calumniam in conclusione suæ disputationis adfert, quod uisum ei est, non improbabiliter díci, parentum peccatis paruulos obligari, nō solum primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsis natū sunt. Scripturam enim Dei eo sequitur, claram & euidentem, qua Deus testatus est, se iniuriam eorum, qui se odio habent, & suas leges contemnunt, puniturum in filijs, in tertiam, & quartam generationem. At iudice Deo nemo alienae iniuriae, ipse iniuriae liber, poenas persoluit, ut apud Ezechielem Dominus ipse testatur. Probabile ergo est, huiusmodi filios, in quibus Deus patrum impietatem punit, non primorum tantum, sed proximorum etiam uitia contagio condemnatae originis contrahere.

Quanquam cum ex uitio à primis parentibus ingenito, sint natura de perdita massa, & filij iræ, eoque digni etiam gehennæ supplicij, nemo illos indignos iudicauerit, in quibus Deus & præsentis uitæ poenis declarat, q; inuisum habeat, etiam proximorum parentum peruersitatem, declarat. Tamen multo magis consentaneum est scriptura,

ræ, cum tam diserte Deus testetur, & iuret, se iudice unum quemque suam portare iniuriam, in eos impiorum filios, in quibus Deus parentum impietatem poenit persequitur, paternam etiam impietatem generationis contagio propagari, ne queri possint dentes sibi stupere, propter uiam commesam à parentibus, ipsis non degustatā. Diuus Thomas quidem iudicat hanc propagationem uitiorum, quæ in proximis parentibus sunt, esse impossibilem: & adfert hanc rationem, hominem generare sibi idem in specie, non secundum individuum. ac ideo, quæ præcise singulorum hominum, & non communis naturæ sunt, ea non traduci à parentibus in filios: ut nemo grammaticus grammaticum gignit.

Verum quid homo in homine generando traducat, multo certius ex diuinis scripturis, quam humana ratione discitur. non enim iudicia solum, uerum etiam opera Dei nobis inscrutabilia sunt. Scriptura uero testatur Deum, & punire parentes in filijs, & neminem innoxium filium dare poenas iniuritatis paternæ, si non & ipse particeps sit iniuritatis. Et uidemus non corporis tantum: sed & animæ uitia à parentibus in filios transfundi: de fol. 74 quo supra diximus. Quando ergo homo sua uitia cum mentis, tum corporis, filijs suis non ingenerat, id misericordiæ Domini: quando ingenerat: id iusto eius iudicio tribuendum est. Nec enim est iniuritas apud Deum: & sunt miserationes eius super omnia opera eius.

Neceadem ratio est artium, & virtutum, quæ studio iam aliquo perfectæ sunt, quas parentes transferre in filios generando non possunt: alia, facultatum & affectionum, cum animi, tum corporis, quas & Philosopphi naturæ adscribunt: & transire in filios cernimus. In scripturis passim legimus, Deum, & impijus maledictio-

Ff

Inchoatae  
virtutes et  
uitia natu-  
ræ.

## DE PECCATO

nein, & pijs hominibus benedictionem in filios eorum,  
& minatum esse, & re ipsa præstissee, at cum Deus nem  
nem puniat in oxium, necesse est, ut bonis boni, malis ma  
li liberi nascantur; paternis cum uitij s, tum uirtutibus ali  
quo modo generatione in liberos transeuntibus.

*Sancti sua* Hinc certe est qd sancti, et patru suoru peccata, cōfident:  
& patrum & boni filij, fructus uētris prædicant. Ecce filij, canit Psal  
peccata cō mus, dant ceu hereditas à domino, & ceu merces, fructus  
sentur. uētris: V elut sagitte in manu robusti sunt, quas quo uelit  
Psal. 127. ei aculei: ita, sunt filij adolescētes in manu Dei, ut emittat  
eos, ad que ipse destinari bona opera. At ista hereditas,  
*Psal. 109* hec merces, pijs sanctis & cultoribus Dei promissa est. Ita  
in execratione Antichristi, rogāt sancti à Deo, ut sint filij  
illius pupilli: uagādo uagent, et mēdicēt, nemo misereat  
pupillis eius &c. Quam poenam Ecclesia nō potest iuste  
petere nisi eam meritis. At quid perse mereri possunt  
pupilli infantes: iam Deo iudice, nulla nisi quae in pecca  
to est, anima moritur & affligitur. Trahunt ergo paruuli  
communi illa lege Dei, Vlciscar iniquitatem patrum  
in tertiam & quartam generationem, peccata, etiam proxi  
morum parentum: nam sunt Deo, ut supra dixi, & uita  
poenæ peccatorum.

*2. Para. 10 Rex Re chabea & sue ipas dedit.* De Rechabeam rege, cum nollet audire seniores Isra  
lis, moderando tributa paterna: & suo male consulto,  
duroque responso, decem tribus à se alienaret, testatur  
patrue scriptura. Et non audiuit rex populum, quia erat auer  
sio à Domino, ut perficeret uerbum suum, quod Do  
sus inqui minus loquutus fuerat per Achian Schilonitem ad Ie  
tatis por robeam, filium Nebat. hoc est, ut auferret, sicut per  
nas dedit. eum prophetam Ierobeam prædixerat, decem tribus à  
domo Dauid, & traderet Ierobeam. Hac uero dir  
ruptione regni, persecutus est Deus impietatem Salo  
monis

monis in filio eius Rechabeam, sed eo non innoxio: de-  
ditque hic paternæ quidem, sed simul etiam suæ ipsius  
iniquitatis & stultitiae poenas: auersus à bonis & æquis  
consilijs de remittendis tributis. Ita consentaneum est,  
omnes eos, qui poenas persoluunt iniquitatis paternæ,  
etiam suam propriam habere iniquitatem, qua illas poe-  
nas merentur, quibus Deus & patrum, & ipsorum, pec-  
cata puniat.

Si itaque h̄i paruuli adhuc sunt, ut propriæ uoluntatis  
habere peccata non queant, quid aliud ex his consequaf,  
apud eos, qui ex scripturis Dei iudicia & opera, ma-  
gis quam ex sua ipsorum ratione cognoscere student,  
quam istiusmodi filios trahere contagio damnatae ge-  
nerationis uitia paterna? Nemo itaque qui scripturas  
potius, quam humanas cogitationes sequi dидicerit, iu-  
dicabit absurdissimum & euidenter falsum, ut Pighius  
sanctissimo & uere orthodoxo Patri conuiciatur: nec  
etiam impossibile, ut Diurus Thomas Aquinas scripsit,  
sentire, infantes etiam proximorum parentum peccata  
contagione uitiatæ generationis attrahere.

Ex loco enim Ezechielis, ut supra dictum, nihil ali-  
ud concluditur, quam nemini, qui ipse pie & iuste uiuat,  
nocitura m̄pietatem & iniustitiam maiorū. Nihil illic  
dicitur de peccatorum traductione, quæ iusto Dei iudi-  
cio à parentibus in filios transeunt. Iam solius Adæ pec-  
cato naturam uitiatam esse, & non singulorum quoque  
m̄pietate uitiarī, Thomas sumit, sed non ex scripturis,  
nec certa aliqua ratione demonstratum. Deinde, ut dí-  
ctum, alterius rationis est, habitus actione paratus, qui  
transferti in filios non potest: aliud, affectio uitiosa,  
uel inchoata uitus; quam subinde ingenerari filiis ui-  
demus.

## DE PECCATO

Sed Pighius, tanquam uehementer absurdum hic præterea subiicit. Si uera sit D. Augustini sententia de propagatione peccatorum, quæ insunt in quibuslibet parentibus, miserrimam fore conditionem paruulorum, absq; gratia regenerationis decedentiū : ut quos tam innumerabilium tot parentū suorū supplicia luere oporteat: Nos uero, ut diximus, hæc Dei, & opera & iudicia arcana ex scripturis admirari, & iusta prædicare, non q; stultiore, hoc etiam superbiore ratione nostra suggillare didicimus. Sequimur scripturam. uerbo Dei credimus: indeq; confitemur, Deum, iniquitatem quorumlibet patrū impiorum vindicare in filijs eorum, in tertiam & quartam generationem: & iustitiam quorumlibet patrum piorum, beneficijs suis prosequi in mille generationes. Cumq; in filijs, inquit, nos infantes hic non excludimus: in quibus etiam uidemus utrunque clarissime præstari, & maledictionem patrum & benedictionem. At nouimus neminem, qui ipse iniquitatis purus sit, puniri à Deo propter iniquitatem alienam. Hinc ergo uero simile & probabile nobis fit, paruulos & suorum, ex quibus ipsi geniti sunt, parentum uitia contrahere.

1. Sam. 15

Math. 13

Exeo autem quam misera cuiuscq; uel non misera conditio sit, iudicio Domini relinquimus: hoc scire contenti, non esse iniquitatem apud Deum: & iudicia eius nobis inscrutabilia. Amaleckitæ, quos Saul funditus delere iussus est, & ita ulcisci in illis, quod maiores in filios Israel cum ex Eegypto egrederetur, peccauerant, quod attinet ad externam poenam, deterioris uidentur conditionis fuisse, quam ij, qui primi Israelem impune adflixerunt: tamen non sine suo merito, eius ipsius sceleris maiorum suorum, post tot secula poenas ex oluerunt. Eadem conditione fuisse uidentur Iherosolymitæ, super quos uenit omnis

omnis sanguis iustus, effusus ab Abel usque ad Zachariam filium Barachiae. Ad hec uero, quid aliud dicat pius animus, quam iudicia tua, o Deus abyssus multa, & o altitudo immensa sapientiae & scientiae tuae, quam inscrutabilia sunt iudicia tua.

Ex his liquet igitur Pighium, illud D. Augustino nulla ratione uitio dedisse, quod in hanc sententiam inclinavit, parvulos non Adae tantum, sed etiam suorum parentum uitia damnata generatione contrahere, nec ullum attulisse argumentum, quo ea absurdia & euidenter falsa concueretur, ut nec Thomas quicquam attulit, cur uideri debeat impossibilis.

Quod uero hic sanctus Episcopus credidit, docuit, & contra Pelagianos defendit, omnes qui ex Adam carnaliter nascuntur trahere naturam uitiatam, & ita uitiatam, ut in aeterna miseria & condemnatione futuri sint, quos cunctus homines Christus Dominus non restituerit, id non adactum sophismatis Pelagianorum, ex se ipso commentum esse: sed ex manifestis scripturis & perpetua Ecclesiæ doctrina didicisse, tam clare, & euidenter, in libris contra Pelagianos ipse demonstrauit: ut nulla profecto alia, & contra Pighianas blasphemias, opus confutatione sit, quam lectione librorum, quos hic ad regnum Dei doctissimus Episcopus, Ecclesiæ aduersus Pelagianos scriptos reliquit.

Attamen quia non omnibus horum copia librorum est: nec Pighius eundem per omnia, quem Pelagiani ordinem, idemque schema obseruauit, adserendo idem licet dogma: uisum est uel circa hanc questionem ostendere, quanta confidentia, quam futilia, quamque nulla uerisimilitudine suffulta commenta Pighius proferat, quam parum denique in his non scripturarum modo, cuius ubique parvam

## DE PECCATO

**Vnde co-** rationem habent, sed nec consentientis Ecclesiæ, concin-  
**gnoscere li-** nentium aquilarum, suæque etiam Roma, sedí, ubi illa  
**ceat, quam** recte sentit, authoritatí deferat. ut lectores simplicio-  
**inani & su-** res non commoueantur, cum tanta sibi sumpta, non  
**perba & ir-** delata authoritate, tanta seueritate, tanto supercilio, no-  
**religiosa** stra omnia contemnit, obscura, perplexa, absurdā, se-  
**confidētia** cum pugnantia, improbabiliā, somniata, impia & bla-  
fit Pighius. sphema facit: sua autem omnia iactat esse luce meridia-  
na clariora, euidentia, explicata, rationi consona, inter se  
consentanea, conclusa, demonstrata, & nihil quām ip-  
sius Ecclesiæ Christi indubitata dogmata, quæ sola Deo  
suam gloriā adferant. Fundamentū alioquī est religio-  
nis nostrę in hac questione, eo quod nemo nosse valeat,  
ad quid nobis secundus Adam uenerit, quid factus sit,  
quid cōferat, qui non agnoscit, quām pestem, perniciem,  
perditionem attulerit primus Adam. Quamobrem &  
ad sequentia plurimum conseret huius loci paulo fu-  
sior, ac diligentior explicatio. Finem itaque hūc dispu-  
tationi hīc imponam.

**Satis enim ex his, quæ in huius loci tractatione ex-**  
**Epilogus.** plicauimus, demonstratum, defensumque est. Pecca-  
tum originis, & uitium esse: & uitium, quo tota homi-  
nis natura, & cunctæ eius uires uitiatæ sunt: ipseque ho-  
mo natura impius & inimicus Dei nascitur: ut donec  
reatu huius uitij per Christum, qui solus gratiæ patris,  
uitæque restituit omnem hominem, liberetur, filius iræ  
sit & gehennæ: etiam si infans sit, cuius uita est unius  
diei super terram: & donecab eo uitio penitus per eun-  
dem sanetur, immutatis in cœlestem conditionem, carne  
hac, & sanguine hoc, ob id ipsum uitium, miser, & à regni  
Dei perfruptione extorris mateat.

Satis & illa explicata sunt, nec inesse quicquam in isto  
catho

catholicæ fidei dogmate, unde Deo peccati aliquid adscribatur: qui hominem natura rectum, & purum condidit: & non nisi iusto iudicio huius condemnationi, ut & ex illo nascantur uitiosi omnes homines, subiecit: nec id infantes culpa huius uitij exitiali liberare, quod ignorantibus legem Dei, & nihil ad id conferentibus, malum hoc innascitur: quandoquidem uerbo Dei constat, & necessitatis & ignorantiae delicta iure imputari.

Ita nec illud iam obscurum esse potest, quid de ea adiectione sentiendum sit, quam admodum calumniose, ut omnia, adnexuit in conclusione sua disputationis. Aufer re nos, nostra tam absurda, & improbabili sententia, humanae naturae omnem bene agendi facultatem, conatum, possibilitem, quamvis adiutæ diuina gratia: ut quam imaginemur, & doceamus, totam carnem esse; & uelut fermentum quandam indomitam, etiam sub ipsa gratia, & in sanctis, toto conatu suo repugnare Deo, & diuinæ gratiæ; ac uelut naturaliter malam, nulla gratiæ medicinæ curari, persanarique posse. Hæc ille,

Nos enim, ut satis superq; declarauimus, nullā quām orthodoxam & catholicæ Ecclesiæ sententiam sequimur, diuinis scripturis testatam & consignatam: nasci nos natura filios iræ, hoc est, natura uitiatæ & Deo rebellis: quæ doctrinam spiritus prostulit; & contra legem Dei semper fertur, quare totus uetus homo exuendus, & abolendus nobis est: Sed id simul credimus & prædicamus, cum insitis nobis Christo Domino, curari ab eo cœperit, hæc nostra, peccato Adæ fauciata & uitiatæ natura, tum donari nobis & excitari spiritu Christi in nobis, bonos sanctosque motus; adflari nobis spiritum

## DE PECCATO

*Quomodo homini in est bene faciendo cultas.* ritum sanctum, & cognoscendi & amandi & perficiendi quę Deo placent. Hinc agnoscimus non facultatē modo, conatum, & possibilatatem bene agendi nobis adesse: sed bonas quoq; & sanctas actiones in nobis effici: uerū hęc gratiæ, non naturæ sunt, ipso nimirum Domino efficiente & uelle & operari. Quare id ingenue confitemur, quod D. Augustinus etiam ante exortos Pelagianos scripsit lib. 3. de lib. arb. Hanc pietatem inconcussam tenendam, nullum cuiq; bonum, uel sentienti, uel intelligenti, uel quoquo modo cogitant occurrere, quod non sit ex Deo. quid, n. habemus, quod nō accepimus à Deo?

*Naturano ferfera indomita.* Cap. 10. Iam naturam nostram nondum spiritu Christi innouatam, totam carnem esse, & ceu feram indomitam, donec ab hac corruptibili conditione in incorruptiblē prorsus immutata, itaq; persanata fuerit, spiritui & legi Dei semper repugnare, eoq; malam esse naturaliter, id est, uitio inato, & Scriptura & S. patres clarissimis uerbis testantur. id quod supra abunde ostendimus.

Hęc itaq; nunquam cum Pighio, quantumuis ea falso criminetur esse pestilentiora, quam ipsa Valentini & Manichaei, de diabolo in nobis naturis & animabus dogmata, execrabimur & anathematizabimus: sed in eis ut necessarijs Christianæ religionis dogmatijs, ab omni Ecclesia Christi semper creditis & confessis, iuuante Christo, firmiter & perpetuo permanebimus: & Pighiū, ut ini micum gratiæ Christi, & contra regulam fidei, qua Christiani sumus, naturæ laudatorem, ab Ecclesia Catholica ut manifestū discipulum Pelagijs pridem cōdemnatum, uitabimus: & à societate Ecclesiæ Christi alienum habebimus: donec & ipse ista sua partim Pelagiana, partim Pelagianis magis impia commenta, execrari & anathematizare consenserit.

Nullum

Nullum homini innasci uitium: nec quicquam uel animæ uel corpori hominis recens nati inesse, quod non sit sanctum, purumq; Dei sictoris opus.

Concupiscentiam innatam nobis, & contra spiritum 2. concupiscentem, inclinantemque & captiuantem hominem in legem peccati, rem bonam, non malam & uitiosam esse.

Hanc concupiscentiam, cum ad malum nos attrahit, 3. experens sibi amica, & abhorrens à contrarijs, nihil mali sed id facere, quod unum accepit à conditore, ut ficeret.

Quod ex his sequitur, hominem ob hanc concupiscentiam spiritui aduersariam nullo obstringi reatu: nec pœnitendam esse, pœnitentia uel interiore uel exteriore.

Nihil homini deputari peccato, quod insit ei necessario, aut ignorata lege.

Infantes si moriantur ante regenerationem in Christo, 6. natura fore fœlices, et uicturos in dilectione & laude Dei.

Hæc, inquam, donec Pighius non execratus fuerit, & anathematizauerit, nulla profecto nobis cū eo in Christo consensio esse poterit: & si in nullo alio quam ultimō pestiferi sui dogmatis capite persistat, nobis, tanquam communis fidei hostis iudicādus erit. Sic enim scribit D. Augustinus ad D. Hieronymum & ex apertis scripturis concludit.

Quisquis nobis dixerit, quenquam in resurrectione mortuorum uiuificari posse nisi in Christo, tanquam pestis communis fidei detestandus est. Verū ergo id dicit Pighius, controuersiam de peccato originali internos & ipsum integrum manere, nec etiam Vvormatiæ attachā esse. Illud autem falsum dicit, manere, uel etiā fuisse nobis unquam hac de re controuersiam cum Ecclesia Catholica. Sed & ī quibus cum Vvormatiæ agebamus,

DE PECCATO

quod attinet ad peccatum originale in non renatis, nihil  
a nobis dissentiebant; omniscipiter inter illos & nos disputa-  
tio de eo solo fuit, quod de peccato originis manet in san-  
ctis reliquum: qua de re quid conuenerit inter nos, supra  
bona fide expositum est. Iudicium de his omnibus sit pe-  
nes Ecclesiam Dei, & omnes ueros eius filios; quos ro-  
go, probe omnia haec perpendant, et ex his statuant, quid  
tribuere Pighio debeant: quid iudicij deferre, adeo per-  
nitiose in ipsis foribus doctrinae Christianæ, non erranti  
simpliciter, sed sanam doctrinam tam confidenter & se-  
ue blasphemanti: totaç in eo Ecclesiam ueterem cōdem-  
nati. Sed tandem ad cæteras controversias nos conuerta-  
mus, in quibus studebimus omnia confidere multo bre-  
uius. Quanquam forsitan non inutile Ecclesiæ fuerit, nos  
hanc primordialem quæstionem, de ingenita nobis per-  
ditione: & quæ in ea Pighius contra orthodoxam fidem  
argutatus est & conuictus, paulo fusius excussisse.

DEPVLSIO CAVILLATIONVM ECCIANARVM.

**Q**Vanquam Eccius sua impiæ, futili, & maledicæ so-  
phistica, sicut contra uniuersam doctrinam Chri-  
sti, ita & contra hunc articulum de peccato origi-  
nali Ratisponæ conciliatum, ea euomuerit, quæ nulla sint  
digna responsione: quæ causa quoç est, cur illi ad tam  
multiplices blasphemias nihil à nobis responsum sit; ta-  
men paucula ex his refutabo: tantum eò, ut simpliciores  
ex his habeant quæ Epicureis Christi hostibus, qui isto  
& similibus patronis freti, mirifice contra doctrinam pie-  
tatis sæpe ferociunt, respondeant; & ne ille perpetuo que-  
ratur, sibi à nobis nihil responderi.

Prima ergo Eccij contra hunc articulū calumnia est, q.  
ait,

aut, eum cōcordatum esse Vvormatiæ quo pro more suo  
sibi eius rei laudem arroget ut quib[us] & disputarit, & fa-  
ciendæ concordiæ præfuisse uideri uelit. & declaratio-  
nem eius, quæ libro Imperatoris continetur esse rui-  
nosam, & multis locis explodendam. Vvormatiæ ue-  
ro inter quatuor tantum ex collocutoribus, ab altera par-  
te ipsum Eccium & Munsingerum, ab hac, Philip. Me-  
lanth. & me, constituta est quædam formula conser-  
fus: sed quæ ab utriusque partis collocutoribus adhuc  
examinari, & comprobari debebat. Quod si factum sit  
ab illius parte, nescio: à nostra certe non est factum. Tamē  
ut semel ea mihi formula per se non displicuit, ita nec mo-  
do eam reijscio: Sed explicationem eius, quæ est in libro  
Imperatorio ideo magis probo, quia ueritatem Christi  
pleniū exponit: & nihil in ea inest, quod non re ipsa in  
illa priore formula comprehensum sit, ut & antea dixi.  
Sed cur hanc declarationem Eccius calumnietur ruino-  
sam, & multis locis explodendam uideamus.

Primum reprehendit, quod liber dicit, in imagine  
Dei ad quam conditi sumus, comprehendi sp̄ritum  
sanctū: et citat testē, sub nomine D. Augustini, farraginē,  
quæ titulum habet, Quæstiones noui, & ueteris testa-  
menti. Nemo uero Catholicorum unquam negauit  
hominem primum cognitione & amore Dei donatum  
fuisse, alioqui enim rectus qui fuisset: At Deum, non  
homo ψυχή, sed sp̄itu Dei, quem nemo negabit  
sanctum, prædictus ita nosse potest, ut uere amet, & co-  
lat, 1. Corin. 2. Dignum autem approbatore Eccio argu-  
mentum, quo confarcinator illius libri probat Adam  
non habuisse sp̄ritum sanctum. Si Adam sp̄ritum san-  
ctum habuisset, Christus nullū nouum patris donum ut

## DE PECCATO

promiserat, attulisset. Quasi uero non fuerit nouum do-  
num, sp̄ritus tam multiplex, effusus in omnem carnem,  
tot ante s̄eculūs perditam; etiam si eodem & Adam sp̄ri-  
tu uixerit. Sed idem consarcinato negat etiam spiritum  
sanctum patribus datum. Cum tamen Dauid oret, Spi-  
ritum sanctum sibinon auferri. Sed isti apocryphi, & fal-  
sis titulis insigniti libri idonea armamentaria sunt ijs,  
qui oppugnando regnum Christi, rem facere & parare  
sibi nomen statuerunt.

Deinde taxat Eccius, in defectu iustitiae originalis, po-  
ni in libro incredulitatem & inobedientiam, & dicit esse  
Melanthonicum, ab Ecclesia & patribus alienum. At  
quis sanguinem neget in illa originali iustitia fuisse cre-  
dulitatem, hoc est, facultatem & facilitatem credendi &  
obediendi Deo. Inerit igitur ijs, qui hac iustitia priuati  
sunt, & ita priuati, ut impij & inimici Deo existant, incre-  
dulitas & inobedientia: neque id tantum, quia non cre-  
dant & non obediant Deo, sed etiam quia contrarijs ui-  
tis infecti sint, difficultate, imo impossibilitate, quod ad  
uitiatam naturam attinet Deo credendi & obediendi. Et  
cum scriptura dicat, omnes, qui per Christum restituti no  
sunt, impios et inimicos Deo, qua ratione inficiabitur Ec-  
cius, eos etiam dici debere incredulos & inobedientes:  
non quidem quod uerba & iussa Dei sua praua uolunta  
te repellant, sed quod sint natura his quoq; uitis incredu-  
litate & inobedientia deprauati.

Certe D. Augustinus ignorantiam & fatuitatē in  
paruulis uitio originis adscribit, & delicta cum Psalmo-  
grapho satetur: sicut & multa alia infantiae peccata, ut su-  
pra commemorauit. Melanthonicum igitur est, sed idem  
etiam scripturæ, & Ecclesiasticū, & sanctis patribus usur-  
patum, tribuere infantibus incredulitatem, & inobedien-  
tiam;

tiam: nisi non sit difficultas credendi, & uitium Deo repugnandi, in impietate & inimicitia aduersus Deum, quibus cum utijs nasci infantes Paulus testatur. Sed Eccius definiat incredulitatem & inobedientiam, ut sint eorum tantum uitia, qui iam suo agunt arbitrio. At quis illi istud ius definiendi illi concessit?

Ita est & illud, quod negat aliquid haberi de malo originis Rom. 3. & Gal. 3. At unde, ut gloria Dei, hoc est, solida Dei imagine, qua conformes filio Dei esse debemus, destituimur omnes? Vnde, q̄ & gens Iudea, sicut cæteræ gentes, sub peccato & incredulitate conclusa est: nisi quia de massa perdita, Deo incredula & rebelli nascimur omnes, ut gentes, ita & Iudei: Extra Christum omnes nascuntur filii r̄ns à π. Hęc autem quid aliud est, q̄ incredula inobedientia, & inobediens incredulitas.

Tertio arrodit, quod liber Imperato. pie dicit, concupiscentiam, uitiosum habitum, non posse non prodire in omne genus peccati actualis. Et id primum proرسus negat, eo quod multi philosophi Græci & Romani abhorruerint, ut dicit, ab auaritia, homicidio & adulterio &c. Deinde tñ fate: malum hoc ex se in nō renatis erūpere in omne peccatum, si id nō auertat Deus. Est em̄, ut liber subiecit, Diabolus in nō renatis efficax, à quo captiuū detinent. Constat uero, non renatos, quia nihil ex dilectione Dei faciunt, soluto primo præcepto reos fieri omniū: & tene-ri his ipsis peccatorum generibus, à quibus se continere uidentur: eo quod in illis quæ declinant malis, & bonis quæ in speciem faciunt, non Dei, sed suam gloriam aut utilitatem spectant. Itaque manet adhuc uerum, eos erumperet in omne genus peccati, sed infantes in peccata infantilia; adulti adulorum. Vides pie lector, Eccl̄um nihil quā cauillari & ludere in rebus Dei, Quod & in eo facit, qđ

DE PECCATO

authorēm librī Imperat. dicit ignarum philosophiæ, eo quod concupiscentiam, quæ affecta qualitas est, uocarat uitiosum habitum, quasi uero non etiam doctissimi philosophorum si milder abuti hoc nomine soleant.

Illud autem aperte falsum dicit, meminisse se fuisse in lib. Imp. eo loco, ubi ponitur discriminē peccati originālis et actualis, pœnitendum errorē, sed se cōmutante sub latum. Nihil enim eo loci liber ab Imperatore oblatus habuit, quod non etiam in eo ipso legitur, quem Eccius euulgauit.

Post hæc uexat librum Imp. propter quædam non recte adducta scripture testimonia. Et primum, illud Roma. 9. Cum nondum nati fuissent, nec boni aliquid, aut malii egissent, ait neminem unquam, uel ex ueteribus uel recentioribus intellexisse de peccato originali. Atqui D. Augustinus non uno in loco, ex eo euincit, massam totam humani generis odibile Deo uitium ab Adā traxisse, propter quod Esau, suo merito odio habuerit. Et quid, inquit, ut uel unum adducam, oderat Deus in Esau tantum fecisset aliquid malii, q̄ peccatum originale? Idque uir Dei eo loci multis prosequitur. Vides rursus uanitatem & cauillandilibidinem, indignam, cui quicquam respondeat à professoribus doctrinæ pietatis.

Illud uero calumniosius, quod authorē librī Imp. truncatorē facit uerborū Pauli, ex eo, qd locū istū non plenā adscripterit, Regnauit mors ab Adā, etiā in eos q nō pecauerunt, prēterito, qd sequit, in similitudine prēvaricationis Adæ. Nā per totū librū author hic loca magis uno uerbo annotare, uel sāpe numero tantū adscripto signare, q̄ plene adducere studuit. Id Eccius satis nouit, tamē tā uerbosam hic rixā instituit: & atrū dentē suum etiā in Erasmus figit. Hinc ergo cognosce, Christiane lector, quid

Epistol. 27  
ad D. Hieronymum.

quid isti tam impudentes rixatores, in negotio constitutæ  
di Christianam concordiam efficere ualeant.

Eiusdem impudentia est, quod de imagine rixatur,  
Quanç illud etiā calumnia sit; quod dictum authoris libri  
de uestigio imaginis diuinæ, peruerit. quasi posuisset  
in homine non imaginem, sed uestigium Dei. Quid Au-  
gustinus, quid alij S. Patres de imagine Dei in homine  
disputarint, in libris eorum legitur. Quid autem prohibe-  
beat authorem libri sequi eos patres, qui imaginem Dei  
intelligunt rationem rectam, mentem sapientia & iustitia  
ornatam, quæ peccato Adæ collapsa, per Christum resti-  
tuitur, ut conformes reddamus imaginis ipsius, qui est  
perfecta pleneque expressa imago Dei inconspicua? Quæ  
imago cum peccato euersa sit; & relictum tamen in homi-  
ne aliquid rectæ rationis, qua homo se peruersio[n]is ipse  
cogitur condemnare, quam ineptum & ridiculum, id  
uocare uestigium diuinæ in nobis imaginis?

A Eque nugax est, quod agnoscit illud, nos per Ba-  
ptisma reformari ad imaginem filij Dei saltem inchoa-  
tam, bene dictum, & rejecit tamē, quia Melanthonicum.  
quasi non sit etiam probe dictis Melanthonis utendum.  
Illud uero quam non pie adiicit. In puer baptizato esse  
iustitiam in suo genere perfectam. loquitur enim non de  
Christi iustitia pueris per Baptisma imputata, sed de pro-  
pria et inhærente. At in his quid inhærentis iustitiæ inest,  
præter sanctos quosdam motus, & mentis ad diuinam  
uitam inchoatam accommodationem: iuxta quam illis  
summa adhuc inest omniū rerū ignorantia, & peccata in  
fantiæ plurima. tametsi propter Christū iā non imputent  
ad condemnationem. Sed de ista perfectione iustitiæ uia  
torum, ut illi loquuntur, in sequenti cōtrouersia dicemus.

Conatur præterea nobis eripere, authoritatē D. Augu-  
stini

## DE PECCATO

stini, de eo, qđ innatam concupiscentiam, secuti apostoli  
Paulum, confitemur per se peccatum esse, negat, n. nos de-  
bere, pedem in eo loco figere, quo ille confutat haereticū.  
Quasi uero vir Dei uspiam accuratius, & magis propri-  
loqui studuerit, ut nimirum facere solent omnes ueritatis  
studiosi, quām ubi confutare instituit hæreticos. Sed si nō  
est nobis in ijs pes figendus, quę D. Augustinus scripsit  
contra hæreticos: nec insistendum erit ijs, quę nobis ex  
eodem doctore Eccius proponit, nam sunt ea omnia con-  
tra eundem Julianum, & authores eius hæreseos Pelagia-  
num & Cælestium scripta. Sed supra hæc quæstio satis  
explicata est. In renatis concupiscentiam, si ei non consen-  
tiatur, non esse peccatum, quo faciat reum condemnatio-  
nis; attamen iniuriam esse, atq; ideo etiam peccatum.  
peccatum tamen non propriæ uoluntatis, sed uitij quod  
per se, ut sanctis ipsis, ita Deo magis inuisum & detestan-  
dum est, nisi gratia Christi contegatur.

Vltimo uexat illud qđ in libro Imperatoris positū  
est, concupiscentiam non renatos uiolenter post se rape-  
re: multumque de eo disputat, quod nullum peccatum ad-  
mittatur uiolenter. At cū D. Paulus ad exprimendū uim  
huius pestis recte dixit, se facere, qđ nollet, & D. Cypri-  
nus etiam renatos dixit, uiolentia huius ingeniti mali ad  
peccatum cogi & compelli: Et autor libri non inepte di-  
xit non renatos eo malo uiolenter corripi.

Satis uerosint ista in hoc quidem loco, Nemo em qui  
de religione iudicare possit, nō clare uidet uel ex his, quā  
futilia, nugacia, & aperte calumniosa sint, quę contra do-  
ctrinā Christi Eccius euomere soleat, ut nulla sane apud  
pios homines confutatione opus habeant, imp̄ijs nihil a-  
liud quā mendacia & calumnias probari possunt, quino  
bis mittendi sunt.

De Iustifi-

# EXPLICATIO ET CON-

CILIATIO CONTROVERSIAS

de Iustificatione.



N hac controuersia, ne consentiant omnes p̄ij, et doctrinę Christi synceriter studiosi homines (cū imp̄is em̄ et Sophistis, ut testati sumus, nulla de doctrina Christi quærenda conciliatio est) duæ maxime res obstant, una est, diuersa hōrū uerborū iustificari, credere, iustificationis, fidei, intelligentia; altera est, diuersus deflexionis à medio salutaris ueritatis metus, ueren̄ em̄ alij, ne, dū bonorū operū & necessitas urgeat, et merces extollat, aliquid detrahat gratię dei, & certę in Christū fidutię: alij uero metuunt, ne, dū magnifice prædicat gratia & Christi meritū, pondusq; proprio rum operum eleuatur, remittatur poenitentia, & refrigescat studium bonorum operum, falsaq; fiducia salutis carnalis hominibus confirmetur. Quo igitur euidentius ostendamus cum Ratisbonæ uerae concordiæ, quod ad hunc articulum attinet, fundamēta iacta esse: imo quantum doctis ad regnum Christi, & confessionem studiose quarentibus satis sit, rationem solidæ concordiæ descriptam esse; tum hanc ipsam concordiæ rationem, nullis uel Pighij uel Eccij uel aliorum Sophistarum argumentationibus labefactari: explicabimus Primum, significatio nem uerborum illorum, iustificari, & credere, iustificationis, et fidei. Deinde declarabimus, ratione illa mysteriū iustificationis prædicādi, quæ in lib. Imp. exposita est, & gratia Dei, meritoq; Christi; & poenitentiæ peccatorum, studioq; bonorum operum satis caueri. Postremo dilue-

Hh

DE IUSTIFICATIONE.

mus, quæ Pighius, alijq; Sophistæ contra doctrinam pie  
tatis obijciunt.

Iustificari itaq; duplicitate accipitur. Vno modo, pro  
iudicari, comprobari, deputari, & laudari iustum; alio mo-  
do pro reddi & fieri iustum, ceu iustitia donari & orna-  
ri. Priore modo Scriptura sacra fere ista uoce iustificari  
utitur; altero Sancti patres, quamquam alicubi & diuinæ  
literæ uerbi istud posteriore significatu usurpare uidean-  
tur. Cum extiterit lis inter uiros, & uenerint ad iudici-  
um, ut iudicetis inter eos יְהוָה יְמִינְךָ iustificate iustum, &  
שֵׁגֶב improbificate improbum, id est quem bonam  
causam habere, et iustum deprehenderitis, secundū hunc  
iudicate, eum iustum esse pronunciate: quem habere mala  
causam, & iniustam, eum condemnate. Hic iustificar-  
quid sit aliud, quam iudicari iustum?

Sic usus est hoc uerbo Psalmus 51. Tibi, soli tibi pecca-  
ui, ut iustificeris in uerbis tuis, hoc est, in causa tua, & ra-  
tionibus, quibus causam tuam comprobas; & purgeris,  
hoc est, purus pronuncieris, cum iudicaris. Ita in Psalmo  
82. Iudicate pauperem & pupillum, afflictum & inopem  
iustificate, hoc est, iusto iudicio vindicate. Inde & in Euā  
Matth. 12. gelio, Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis con-  
demnaberis.

Hinc uerbum istud deducitur etiam ad significan-  
dum defensionem, testimonia, & laudem, quibus quis-  
que suam, uel alterius causam in iudicio, uel alias iustum  
esse, & se uel alium in ea haberii iustum debere adserit. In-  
de Job. Si cum Deo ueniam in iudicium, quis testimo-  
nijs me communiet? Si iustificauero os meum, id est,  
defendere conatus fuero, ipse me conuincet impro-  
bū, &c. Job. 9. Sic dicebat Dominus phariseis, Vos iusti-  
ficatis uos coram hominibus, Lyc. 16. Ita publicani dī-  
cuntur

## DE IUSTIFICATIONE

xx

cuntur iustificasse Deum, id est, iustum agnouisse, & ei  
iustitiae laudem tribuisse: cum credentes prædicationi Io-  
hannis, Baptisma pœnitentiae in remissionem peccatorū  
suicuperant. *Luc. 7.*

Alterum significatum huius uerbi est, quo significat  
iustum fieri, & iustitia imbui. Sic usus est eo Daniel. Qui  
erudiunt, splendebunt, ut splendor firmamenti: & qui iu-  
stificant multos, id est, ad iustitiam instituunt, sicut stellæ  
in sempiternum. Et in Apocalypsi: Tempus prope est,  
qui iniuriā facit, faciat adhuc iniuriam, qui sordidus est,  
sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc, &  
sanctus sanctificetur adhuc. Hoc iustificari & sanctū sie-  
ri adhuc, est in iustitia & sanctimonia proficere, et utrāq;  
in homine augeri. Et Paulus ad Corinthios, cum dixisset  
sceleratos & flagitosos homines non percipere regnum  
Dei, subiecit. Et hæc quidē eratis, sed abluti estis, sed san-  
ctificati estis, sed iustificati estis per Dominū Iesum, et spi-  
ritum Dei uestri. Hic apparet Paulū per ablutionem, san-  
ctificationem, & iustificationem, non solum remissionē  
prioris contaminationis, impuritatis & iniustitiae: & im-  
putationem mundicie, sanctitatis & iustitiae Christi: sed  
etiam inchoatam in ipsis sanctis puritatem, sanctimoniam  
& iustitiam, quam Christus spiritu suo in creditibus ef-  
ficit, quaq; illos induit, intellexisse.

In hac significatione fere utitur sancti patres hoc uer-  
bo, *Δικαιοδότης*, & iustificari. Latinis nonnullam huius occa-  
sionem præbuit forma uerbi: ex qua fieri iustum, statim  
in mentem uenit. Sed tam Græci, quam Latini, in scriben-  
do & utendo hoc uerbo, id semper spectarunt, quod iu-  
stificatio, quæ remissio est peccatorum per Christum, &  
iustitiae Christi imputatio, nemini sine spiritu, innouato-  
ret totius hominis, & iustitiae in homine effectore, continua-

Hh ij

S. Patres  
iustificari  
pro iustum  
fieri.

## DE IUSTIFICATIONE.

Roma. 8 git: qui nimirum sp̄iritus, sicut pr̄æbet sp̄iritui nostro te-  
stimonium, quod condonata nobis peccata sint, & nos  
iam filij & heredes Dei, iustitia Christi donati, & induiti:  
ita & in nobis uitam Christi, ueram iustitiam, efficit, mē-  
braq; nostra liberata seruitute peccati, & iā serua, hoc est,  
propria instrumenta facta iustitiae, agit ad omnia omnū  
virtutum officia; ad bona scilicet opera, ad quę in Christo  
conditi & renati sumus, ut in eis ambulemus.

Gal. 3. Hanc itaq; iustitiam, quam sp̄iritus Christi in omni-  
bus fide Christi iustificatis, hoc est, à peccatis uere absolu-  
tis operatur, spectantes sancti patres, illud, iustificari nos  
fide Christi, pro eo ferè intelligunt, qd est, nos fide Christi,  
iustitiam à Deo percipere: & nō solum iustitiam Christi,  
qua nobis imputatur: sed etiam eam, quam in nobis  
excitat, & perficit sp̄iritus Christi. qui enim natus est ex  
Deo, iustitiam facit: quare, qui non facit iustitiam, siqui-  
dem aliquod opus hominis faciat, is natus ex Deo non  
est; eocq; Christo non uere credit. Non quidem hanc sine  
illa Sancti Patres intellexerunt: nemo enim illorum non  
prædicat, nos in Dei iudicio nostra iustitia, quanta-  
libet ea sit, subsistere non posse: tamen secuti, Latini ety-  
mon huius uerbi, iustificationis, & utriq; Gr̄eci & Latini  
Patres, spectates effectū iustificationis: quę est cū Deo re-  
cōciliatio & peccatorū remissio: uerbū iustificari, sic pro-  
pemodū ubique intellexerunt, & interpretati sunt, ut in-  
choatā in credentibus iustitiam simul cum iustitia Christi  
imputata, qua est illius causa, complexi sint.

Rom. 5. Cap. 10. Hinc scribit D. Augustinus lib. de peccat. mer. & re-  
vt Augu. miss. lib. i. Nempe legimus iustificari in Christo, qui cre-  
iustificare dunt in eum propter occultam communicationē, et inspi-  
accipit. rationem gratiæ spiritualis, qua quisquis hæret domino,  
Cap. 5. unus sp̄iritus est. Et lib. de Natura & Gratia. Ex qua fide  
etiam

etiam ante eius passionem iustos uixisse non dubium est,  
qui præstat spiritum sanctum, qui datus est nobis: per Charitate  
iusti qui-  
cung iusti.  
quem diffunditur charitas in cordibus nostris; qua una  
iusti sunt, quicunque iusti sunt.

Eadem causa D. Chrysostomus esse iustificatum plus  
esse intellexit, quam accepisse remissionem peccatorum.  
Cum enim causam reddit, cur Paulus agens de iustitia si Roma. +  
dei adduxerit illud Psalm. Beati quorum iniqüitates re-  
missæ sunt, cum in eo loco nihil insit de iustitia fidei. dicit  
hoc illum de industria fecisse, ut iustificationem fidei ma-  
gis extolleret. Nā si scriptura beatum pronunciat, cui ex  
gratia remissa peccata sunt, intelligi multo beatiorem  
eum, qui iustificatus sit, & fidem exhibeat. Itaq; & hic uir  
Dei fidem, atq; fidei fructus, inhærentem scilicet homini  
iustitiam, uerbo ~~lunari~~ complexus est. Sic pleriq; om-  
nes sancti patres faciunt. Atq; indefit ut S. patres iustifi-  
cationem fidei aliquando operibus tribuere uideantur:  
cum tamen id minime faciant: sed iustificationem ope-  
rum, cum fidei iustificatione simul complectuntur.

Iam, iustificari, ut in scripturis usurpatur pro secundū  
aliquem iudicari in iudicio Dei, pronunciari aliquem <sup>iustificari</sup>  
& laudari iustū à Deo, adhuc duobus modis accipitur, idem q. ab  
uno modo de eo iudicio, quo absoluto homini peccatis solui pec-  
adiudicatur hæreditas uitæ æternæ: alio, de eo iudicio, catis, & de  
quo comprobantur & remunerantur benefacta homi- <sup>putari in</sup>  
num, uel homines propter benefacta. Cum enim D. Pau- <sup>filios Dei.</sup>  
lus docet neminem ex operibus, sed omnes homines fi-  
de tantum Iesu Christi iustificari, de ea iustificatione lo- <sup>iustificari</sup>  
quitur, qua hominibus cōdonatis peccatis, adoptio Dei, <sup>pro lauda-</sup>  
& uita æterna addicitur. cum uero Iacobus contendit, nerari re-  
hominem non solum ex fide, sed etiam ex operibus iusti- <sup>re facta ho</sup>  
ficari, de ea iustificatione loquitur, qua Deus hominum minum.

DE IUSTIFICATIONE.

bona opera comprobat & remunerat, et hominem propter pie facta collaudat & benedicit. Adducit enim ibi opus obedientiae, propter quod Abraham, quod immolare filium paratus fuisset, a Deo laudatus & præclara promissione ornatus est.

*psalm. 14,* Et quia prior illa iustificatio nullis nostris operibus, sed solo Christi merito contingit, orant omnes sancti. Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, hoc est, nemo uiuens in hoc peruerso seculo, eo unquam iustitia peruenit, ut eius merito effugere possit iustum diuini iudicij condemnationem. Inde Isaia, In Domino iustificabuntur & gloriantur, omne semen Israel, hoc est iustificati misericordia Domini, confident, & se beatos prædicabunt. Et Dominus ad Paulum. Mitto te ad gentes, ad apperiendum eis oculos, & conuertendum eos a tenebris ad lucem, & ex potestate satanae ad Deum: ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctificatos sive in me.

*Cap. 43.* Itaque, cum adoptio Dei, & uita æterna non nisi remissione peccatorum obuenire potest, iustificari non raro pro absolu*t*i peccatis usurpatur. Ut, Qui mortuus est, iustificatus est a peccato. id, absolutus. Et, Notum igitur sit uobis uiri fratres quod per hunc uobis remissio peccatorum adnuntiatur: & ab omnibus, a quibus non potuistis per legem Mosi iustificari, per hunc omnis qui credit iustificatur, id est, purgatur & liberatur. utique a peccatis. Sic est & illud quod Dominus dicebat de publicano. Descendit hic iustificatus in domum suam præ illo, id est, peccatis suis absolutus.

*Aet. 13.* Itaque explicata sint significata huius uerbi, Iustificari, quod aliquando significat secundum aliquem iudicari, alicuius causam comprobari, & laudari aliquem iustum: aliquan-

*Rom. 5*

aliquando uero fieri iustum, hoc est, iustitia, uel donari,  
uel institui, uel proficere. Cumque scripturæ prædicant  
aliquos iustificari à Deo, uel apud Deum, id nonnunquam  
idem est, atque peccata hominibus à Deo remitti, & con-  
donari, uti peccatorum condonationi, semper coniuncta  
est adoptio in filios Dei, & uita æternæ communica-  
tio, reconciliationi enim cum Deo, adhæret semper uitæ,  
& hereditatis diuinæ participatio. Aliquando uero iusti-  
ficari idem ualet, atque laudari, mercedeç donari, pro-  
pter bene pieque facta.

Iustificationis uero nomine, ueteris instrumenti scri-  
ptura non utitur. Vbi enim Grœci ex Hebreo ριον redi-  
diderunt *λογισματα*, ibi Latini interpres ponunt, iusti-  
ficationem, ut uidere licet in Psalm. u. passim, & lucæ. 1. Ceremo-  
nia dictæ  
Vbi habetur de Zacharia & Elizabeth, parentibus Io-  
hannis, quod uersati sint in omnibus præceptis, & iu-  
stificationibus Domini irreprehensibiles. At ριον in his  
locis scripturæ, ubi cum præceptis & iudicijs Dei com-  
memoratur, ceremonias, & præcepta de cultu Dei signi-  
ficat. Spectarunt forsan Græci hac sua interpretatione,  
& huius uerbi abusu, quod in sacris ceremonijs, in qui-  
bus redemptio & communicatio Christi representatur  
& exhibetur, præcipuum est peccatorum absolutio, &  
cum Deo reconciliatio, nam *λογισμον*, unde *λογισμα* ue-  
nit, Græcis & iustum censi, & puniri significat. Quam  
obrem sacræ ceremoniæ, quibus homines, applicato eis  
suppicio, & satisfactione Christi, siquidē fide illis utant-,  
peccatis absolvuntur, haud inepte, *λογισματα* dicuntur.  
Chaldeus interpres reddidit ριον per *לִימִיאָת* pacta et  
uota significat, sacris enim ceremonijs cum redditur per  
Christum in gratiam cum Deo, foedus Dei quasi resti-  
tuitur & confirmatur, & uota Deo persoluuntur.

At

¶ At D. Paulus hac uoce uisus est aliquando pro iudicio, ut Roma. Qui tametsi sciant τὸ δικαιώματος, id est, iudicium Dei, quod qui talia faciunt, digni morte sunt, non solum faciunt ea: sed etiam consentiunt facientibus. Aliquando pro officio iustitiae, & obedientia legis, ut Roma. 2. Si *inuasus*, preputium custodiat τὸ δικαιώματα τῶν οὐρανῶν, id est, officia, que præcipit lex. Ita & §. Ro. Sicut ergo per delictum *iustitiae* unius (malum) in omnes homines (inuasus) ad cōdemnationem: ita (beneficium) *Διερός δικαιώματος*, id est, per officium unius, (ualet) in omnes homines, ad iustificationē uitæ: qua scilicet remissis peccatis uita adiudicatur. Sic uisus uidetur Apostolus hac uoce *Δικαιώματος*, & Ro. 8. Deus condemnauit peccatum per peccatum, id est, Christum peccati hostiam, in carne, ut *Δικαιώματα τὸ νόμου* impleatur in nobis, hoc est, obedientia legis: ut lex iam non condemnet sui contemptores: sed iustificet sibi obedientes in Christo. Sed satis de uerbo *Δικαιώματος*, cuius explicatio non est plane nostri instituti: tametsi ea non nihil conferat ad discussionem tenebrarum, quæ incident in hunc locum, de iustificatione, ex διωνυμίᾳ huius uocis. Significatio uocis *Δικαιώματος* nostro proposito propria est.

Hanc Paulus, ut clare cernitur in eo loco, quæ modo ad duxi ex Roma. 5. opponit condemnationi, cum predicat beneficium Dei per *Διερός δικαιώματος*, hoc est, Christi obedientiam, qua se ut mandatum à patre acceperat, in mortem tradidit propter nostra peccata, ualuisse in omnes homines, eis *Δικαιώσyται*, id est, iustificationē uitæ, sicut pernicies unius, per Adæ peccatum, ualuit in omnes homines eis *ναλέγουσα*, in condemnationem. Paulus itaque *Δικαιώματος*, iustificatio significat condonationem peccati, & donum uitæ æternæ.

San

Sancti uero Patres quia iustificationem à uerbo iustificari dicunt, eodem serè significatu hac uoce utuntur, <sup>Inuincit. t.</sup> Quid quo uerbo, iustificari, eoq; innouationē nostri, inchoata tamq; in nobis iustitiam, hoc nomine intelligunt; quam non raro simpliciter etiam pro remissione peccatorum, ea utantur, ut Ambrosius, Quomodo autem impletur in nobis iustificatio, nisi cum datur remissio omnium peccatorum; ut sublati peccatis iustificatus apparet. <sup>Ambro. in Epist. ad reatamente seruiens legi Dei. Et Augustinus, iustificatio Lib. 2. conporro, inquit, in hac uita, nobis secundum tria ista contraria fertur. Prius latro regenerationis, quo remittuntur cuncta peccata, deinde congressione cum uitijis, à quorum reatu absoluti sumus. tertio, dum nostra exauditur oratio, qua dícimus, Dimitte nobis debita nostra.</sup>

Hic uides D. Augustino primam & tertiam iustificationis speciem, nihil esse, quam remissionem peccatorū. Secundam ponit in studio innouationis nostræ, de qua & illud Apocalypsis est, qui iustus est, iustificetur adhuc, <sup>Apo. 22.</sup> qui sanctus est sanctificetur adhuc.

Ex his ergo patent etiam significata huius nominis iustificationis. Constat enim Paulo significare <sup>absolutio</sup> nem à Peccatis, uitæq; beatæ adiudicationem, condemnationis enim contraritatem fecit. Patribus significat etiam immutationem hominis qua sit in se iustus: ac ideo & dominum iustitiae, quo nos Deus iustos facit; & studium iustitiae, <sup>Bonorum</sup> quo Deo ad iustitiae in nobis incrementa seruimus, operum, et in inchoata iustitia proficimus. Cūq; et ex operibus honorum laus & reū, & hominū propter bona opera, honorūq; operum remuneratio qua, Deus suos dignatur, uocari iustificatio.

Iam explicemus quo significatu credere & fides in scri

DE IUSTIFICATIONE.

**S**ignificata pturis & patribus accipiatur. Credere latini dicunt, pro eo uerbi Cre quod Græcis est πιστεύω, & Hæbreis, γνωσθαι. Hoc igitur dere. γνωσθαι, ut ab eo incipiam, quod & Græci per πιστεύω & Latini per credere exprimere uoluerunt, significat firmū, ratumq; hoc est, uerum habere id, quod dicitur. Deducunt enim γνωσθαι ab γνώση: quod firmum, certum, solidum, significat. Vnde id non inscite Græci reddiderunt, per πιστεύω, quod significat fidem habere, hoc est, firmā persuasionē, certumq; assensum dictorū. Credere itaq; Deo, aut Christo, est uerbis Dei, aut Christi, ex adflatu sp̄iritus diuinī, certū, atq; indubitatū assensum pr̄ebere, propter diuinā autoritatem. Ex adflatu inquit, sp̄iritus sancti, quia ψυχικός homo, qui non nisi naturali lumine pr̄editus est, uerba Dei tam amplecti non potest, ut ea pro stultitia habeat; & quæ Dei sunt, nemo nouit nisi sp̄iritus Dei. Singulare itaq; opus habet adflatu sp̄iritus sancti omnis homo ut uerbis Dei fidē habeat, Is afflatus aliquādo est eiusmodi, ut homo aliquid uerborū Dei credat, nō aut omnia; si cut olim Manichæi partē tantum scripturarū recipiebāt; quod hodie & Turci faciunt, atq; omnes qui Christum credunt Deum & hominem: nec tamen colunt ut Deum & seruatorem. Alijs contingit sic sp̄iritu Dei adflari, ut credant quidem quæ eis adferuntur uerba Dei & Christi omnia, sed ad tempus tantum: ut sunt quicunque semel perceptam ueritatem rursus deserunt, quos Dominus uocauit προστάτες. Sunt etiam quibus sp̄iritus Domini, & omnium uerborum suorum, & perpetuam fidē inspirat: sed eam admodum infirmam. Sicerat fides Apostolorum ante perceptum sp̄iritum sanctum.

**C**redere quædam.

**C**redere ad tempus.

**M**atth. 13.

**C**redere in fine.

**V**t Apostolus.

Credebant Christo Domino omnia; in nullo enim lorum fides mentiri eum suspicabantur: habebantq; ei fidem perpetuam tuam: nec enim unquam ita exciderunt fide erga eum, ut non

non adhuc eius desyderio tenerentur: Interim tamen multa eius dicta prorsus non intelligebant, multa non consyderabant: Resurrectionem eius pleriq; eorum diserte negabant: de redemptione Israelis, quam per eum perficiendam sperauerant, spem prope omnē abiecerant: tamen credebant Christo, nec quicquam mentitum eum sibi arbitrabantur, sed uerba eius de resurrectione, ita ut ea fieri debuit, nō intelleixerāt. Vnde cū resu rexisset Dominus, interpretabā illis & uerba sua, et scripturas, menteq; ut ea intelligerēt, aperiebat. ac tū demū recordantes eorū quę eis Dns de sua resurrectione dixerat credebant.

Postremo est quædam Domini ad spiratio, quæ facit actu credere, ueraq; fide uerba Domini etiam in singulariis rebus recte consyderare. quædam, quæ conseruat quidem fidem in animo, at non excitat eam, ut quæ credere actu. credere habitu. dñe, digne & in rebus singulis, de quibus statuendum est, perpendantur. Vnde sanctorum, ac etiam summorum, peccata existūt. Nec enim quisq; agere potest, quod non existimat sibi bono futurum: at qui credit Christo, et uerba eius omnia, cū intelligit, tū consyderat, & id tū q; quando suscipienda actio est, is nunq; potest id sibi bonū fore arbitrari, quod non consentaneum sit cū uerbis Christi. Itaq; nemo, perstante apud se iusta uerbi Christi credi, & in rebus singulis, consyderatione, peccare potest: q; a Christo uere & solide credens nihil potest, quod à uerbo Christi dissentiat, judicare sibi bonum fore. Vnde Ioannes recte scripsit. Qui est natus ex Deo, non peccat: nec n. potest homo agens, qua in Christo renatus est, nisi ex spiritu Christi & secundū uerbum Christi agere. Proinde necesse est, ut omnis qui peccat, aut Christo Domino nō placet credat: aut uerba eius nō omnia intelligat: aut ea non consyderet; maxime tum, quando agendum est: & in re

## DE IUSTIFICATIONE.

singulari circa quam agendum est.

*Aliud credere Christi & credere quae Christi sunt.* Hic tamen et illud obseruandum, non omnes qui aliquam Christi credunt, etiam Christo credere. Christo enim qui credit, is uerbis eius assentitur propter diuinam eius auctoritatem: quae cum in omnibus eius uerbis eadem est, sit, ut qui Christo credit, de nullis eius uerbis, quae quidem eius esse uerba cognoscit, & intelligit, dubitare queat.

Quem enim quis ueracem omnino iudicat, eius uerbis omnibus perinde fidem habet: et si de aliquo eius dicto dubitat, iam plane ueracem illum non existimat. Itaque qui aliquid uerborum Christi, quod intelligit, & Christi esse non dubitat, in dubium uocauerit, nec firmissime uerum habuerit: is nec in ceteris Christo credit: sed quod aliqua dicta a Christo amplectitur, id ex alia qua-  
piam causa facit, quia ex auctoritate Christi. Deus enim, ut omnes homines de salute sua satis doceat, moneatque uarijs ueritatem frām illis reuelat. Nos autē hoc loco de credere Christo disputamus, q̄ est uerba Christi, quae-  
cunq; cognoscas eius uerba esse, uera habere, & de eis ni-  
hil dubitare: et id propter diuinam Christi auctoritatem.

*Quid credere Christi.* Hoc uero credere adspicit alijs spiritus Domini, ali-  
dare Christi: quia ex parte, ut quædam ex doctrina Christi amplectan-  
tur, non totam: quia totam Christi esse cognoscere non  
ualent. alijs ut totam quidem recipiant, sed ad tempus  
modo, non perpetuo: quibusdam etiam perpetuo, sed  
fide admodum imbecilli: hoc est, credendorum & te-  
nui, cōfusa atq; obscura cognitione: & infirmo, debili, ua-  
cillanteque assensu, alijs non adeo quidem infirma fide,  
sed tamen non excitata, non agente: alijs etiam excitata, &  
uerba Domini consyderante fide, sed nontū, quando ali  
quid appetendum uel respuendum est, & in ea ipsa re si-  
gulari, quæ uel persequenda, uel fugienda sit; alijs deni q̄  
fide

fide in ipso quoq; actionis articulo, et circa re singularem  
que actioni proposita est, cōsiderāte & statuēte qd opor-  
tet. Quo pacto, qui Christo credunt, peccareno possunt.

Atqui cuiuscunq; modi credere sit, tamet cum est, ac  
uere solideq; est, & actu est, excludit prorsus omnem de  
eo quod creditur dubitationem. differt enim ~~misereip~~ à  
~~dofasip~~, hoc enim aliquam secum adhuc dubitationem  
habet: illud nullā, quod & Thomā Aquinas agnoscit.  
Vere cre-  
dere omne  
dubitatio-  
nem exclu-  
dit.  
credere, inquit, n. habet firmam adhæsionem ad unā par-  
tem: cum opinans habeat adhuc & de altera dubitatio-  
nem. Nec quisquam qui communem sensum, usumq; hu-  
ius uerbi credere sequitur, aliud in hoc uerbo intelligit:  
cum id quidem proprie usurpatur, & uere planeq; crede-  
re intelligitur. Ille enim qui Dominō iubenti credere, re-  
spondebat, Credo Domīne, succurre incredulitati mee, fa-  
tebas se adhuc non plane credere, agnoscens incredulita-  
tem suam. Inde D. Augustino, uere, & quomodo creden-  
dum est, credere quod pater filium misit, est id credere  
inconcusse, firme, stabiliter, fortiter, ut iam nemo disper-  
gatur in propria, & Christum relinquit.

V sitata est et alia distributio huius uocis, credere. Aliud cre-  
dūt em̄ faciunt credere Deo, aliud credere Deū, aliud cre-  
dere in Deum. Et est quidem omnino aliud, credere Deū & Deo.  
Aliud cre-  
dere Deum  
In Ioann.  
Tractata  
109.  
um, hoc est esse Deum: aliud credere Deo, nam sicut a-  
liquis credit hominem aliquem uere quidem esse, non  
tamen fide dignum, ut fidem accommodandam uerbis  
eius existimet: ita potest aliquis credere id quod Deus  
dicitur, esse quidem, nec tamen fidem habere uerbis eius:  
q; scilicet quæ uerba eius proponuntur, non possit crede-  
re esse uerba Dei. Nemo enim potest, uere, planeque cre-  
dere, esse Deum, uera huius uocis notionē, hoc est, esse  
summum bonum, quod nihil queat nobis non & uerissi-

DE IUSTIFICATIONE.

mum & optimum præcipere, & non etiam credere Deo, hoc est, habere fidem uerbis eius, & acquiescere præceptis eius: quæ quidem esse eius uerba & præcepta cognoverit. nec enim potest mens dicentem ueracem in omnibus dictis suis concipere, & de dictis eius dubitare; agnoscere aliquem & sapientissimum & sui amantissimum, & ambigere de consultis & præceptis eius, si sibi bona & salutaria sint.

**Credere** Porro credere Deo, & in Deum, in scripturis idem si=Deo & in gnificant, sicut idem est בְּשָׁתָן וְאַמִּין & אַמִּין בְּשָׁתָן & Deū in scri id est credere in Moschen, & credere Mosche. בְּנֵי enim pturis idē. hic nihil amplius significat, quam הַ. sicut in alijs uerbis idem ualet quod אֲתָּה ut אֲבָל בְּלָהָם & enim id est, comedere in pane & panem. Inde eadem forma lo-

**Credere in** quendi testatur Scriptura populum Israel credidisse Deum & בְּנֵי בְּנֵי in Dominum & Moschen. Iam in Mosche, quis dubitet Latinos illa, credere in Deū, et in Christum, mutuasse à Græcis interpretibus, qui habent πιστεύειν εἰς Θεόν, ἐγ εἰς χριστόν. & ea ad uerbum, uel potius apiculum, expressa ex illis, אַמִּין בְּגָלוֹה וְאַמִּין בְּמִשְׁיחָה, & quæ tamen Ebræis nihil amplius significant, quam credere Deo & Christo.

Sicut etiam re ipsa ei, cui datum sit, Deo & Christo uere credere, quod est ut diximus, uerba Dei & Christi propter diuinam authoritatem uera habere, & eis assentiri, abesse non potest, illud, quod Dicitus Augustinus definit credere in Deum, hoc est, credendo adhærere Deo. Quis enim uere credat & indubitatam fidem Christo habeat, dicenti, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos: suscipite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris, q[uia] non ad eum uenire toto corde eiusque

que se iugo subiçere : Eo enim natura se uertit homo totus , ubi persuasus est inuenturum se quod expetit : nec potest non amplecti , quod certo sibi , & nunc , utilissimum fore credit . Ita quis fidem habeat Deo dicenti , Ero tibi in Deum , mala omnia depellam , bona cuncta largiar , audi modo mea præcepta , pone in me omnem fiduciam tuā , & cole me toto corde , & non illico se toto peccatore ad Deum conuertat , expetat præcepta eius , dicitq; cum Davide , Portio mea Domine , statui custodire uerba tua . Suspicio ad te toto corde meo , benigne fac mecum secundum uerbum tuum . Item , Bonum sensum & scientiam doce me , quia præceptis tuis fidem habeo . Et obseruabo legem tuam , & custodiām in toto corde meo : &c . Sed quid opus uerbis :

Quis enim id non in seipso experitur , se non posse nō pendere ab eo , amare etiam & colere eum , quem non dubitet sibi ingētia bona ultro & gratuito ac uere polliceri , & quæ pollicitus sit , certissime præstiturum : eiusq; etiam consilia atque præcepta se cupide sequi , quem non dubitet sibi uera & salutaria consulere atque præcipere : Itaq; sicut nemo cuiquam sibi magna bona , quæque sentiat sibi bono fore , pollicentī , uere , firmèque credere potest , quin eum ipsum , sibi ultro tanta bona sibi offerente , amet & colat ; & eadem quæ pollicitus bona est , spe certa expectet , & confidat eo : sic fieri nequit , ut quisquam Deo uere atq; confirmate credat , pollicentī confidentibus sibi semel omnia bona , & liberationem ab omnibus malis , uitam beatam & æternam , ut eum non summe etiam amet & colat , & quæ pollicetur solida fiducia ab eo præstoletur . Ac quemadmodum possibile non est , ut quis eius consilia & præcepta negligat , quem non dubitat simul & ama ntissimum sui & sapientissimum ,

nec

## DE IVSTIFICATIONE.

nec quicq; sibi præcipere, nisi quod sibi certam salutem ad ferat; ita nemo credens Deo affirmanti se nostræ salutis esse cupidissimum, solumq; nosse & uelle, quæ saluti nobis sint, præcepta Dei contemnere, & contraria illis cuperre potest. Ex quo sane clare intelligitur, in Credere Deo, omne id esse, & plene comprehendi, quod in credere in Deum poni solet: eoq; omnem qui uere credit Deo & Christo, eundem & in Deum & in Christum credere.

Hec de significatis uerbi credere, ut illo Scriptura uti-

*Cap. 1.* tur, satis sint. Quod enim dicuntur apud D. Ioannem in Credunt q nomen Christi credidisse, quibus ille se non credidit, his minus non bus se Do= ex eorum fuerunt numero, qui ad tēpus credunt. Qua- lis & uetus populus erat de quo canit Psalmus 10, cū oc- cideret eos, quærebant eum & conuersi mature quæsie runt Deum. Et recordati sunt quod Deus esset robur eorū, & Deus excelsus redemptor eorū. Et blanditi sunt ei ore suo, lingua autē sua mentiti sunt ei. Cor enim eorū nō erat rectum cum eo, neque firmi steterunt in pacto eius.

*Cap. 12.* Credunt q Illi uero príncipes, de quibus idem Euangelista memo non confi- rat, quod in Christum crediderint, sed confiteri ausi non tentur. fuerint, crediderunt infirme, nec satis, dum occasio oc- cureret Christum confidendi, confyderare potuerunt, quid Christo tribuendum esset: & penes quem esset po- testas ipsis commodandi & incommodandi. Quod dæ- monibus Credere à D. Iacobo tribuitur, id de ira Dei in eos est. Vnde subiçitur, Et contremiscunt. Nec enim ad illos ulla salutis promissio pertinet.

Credunt  
Dæmones

Iam ut de eo aliquid dicamus, qua & quam multipli- ci significatione S. Patres hoc uerbo Credere usi sunt, cō- stat uersatis in libris eorum, omnes per, Credere in Deū, & Christum, intelligere, dum eo Scripturæ simpliciter utuntur, Euangelium Christi certo & indubitate assensu ample

amplecti. Credentis enim id proprium omnes agnouerunt, quod D. Basilius proprium eis facit, tali persuasione assentiri uirtuti dictorum, ut nec quicquam praesumas uel reprobare, uel adiucere. Agnoscent autem secuti Scripturam, alios Christo uere credere, & in omnibus; alios autem non uere, sed ex parte tantum, uel ad tempus. Diuus Augustinus suam illam differentiam inter credere Christo, & in Christum, subinde repetit: illud tribuit & Daemonibus, hoc solis sanctis & ueris Dei filijs. Et credendū dicit Paulo, Petro & alijs seruis Domini, sed non in Paulum, in Petru, aut ullum hominem. Verum istud credere inde affirmat, quod credere in Deum definit, credendo Deum quid amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari, uide in tractatu 29. in Iohannem.

At supra diximus, quid sit proprie credere Christo, & non tantum aliqua uerba Christi: ut etiam in scripturis idem sit credere in aliquem, & alicui. Sed D. Augustinus spectauit illud, quod cum Evangelistae & Apostoli eam fidem, cui individualia comes est spes, & charitas, totaque uita Dei, prædicant, ferè semper dicunt ea fide credi in Deum, & in Christum. Sed Dominus ipse, credere patri, & sibi, pro, credere in patrem & in se, dixit: & credere in nomen eius, Johannes illis quoq[ue] tribuit, quibus dominus se non credebat.

Sed tandem ad explicationem uocabuli fidei. Hanc, pro τινι ουτων Græci scripturæ interpretes τινι ex πιστει dicunt: & duplice significatu utuntur. Aliquando enim eam fidem intelligunt, quam præstamus in dictis & promissis nostris: quam scriptura etiam ueritatem uocat. Jeremiah. Inquirite si quispiam sit qui faciat iudicium, id est, qui recte & iuste agat: qui studiose sectetur την τινα fidem, Hac significatione usurpasse uocabulum

K k

## DE IUSTIFICATIONE.

fidei uidetur Paulus cum scribit Timotheo. Tu vero & homo Dei haec fuge, sectare autem iustitiam, religionem, fidem, dilectionem, patientiam, mansuetudinem:

*Fides dictorum conuenientia* quamuis fidē hoc loco, & de fiducia prouidentiæ Dei, quæ contraria auaritiæ est, non inepte interpreteris quod torumque facit Chrysostomus. In tertio autem ad Rom. Apostolus indubitate pro dictorū conuentorumq; constantia & ueritatem hanc uocem usurpauit, cum ait. Num illorum infidelitas, fidem Dei euacuauit? Dicere enim Apostolus uoluit etiam si multi ludorum fide violata à Deo defecissent, Deum tamen non propterea defuturum promisus suis, quæ genti Abrahæ fecisset.

*Fides, qua uera credimus in uerba Dei.* Alterum significatum huius uocis, & in scripturis frequentissimum, est, quo significat fidem, quam habemus uerbis Dei, assensum certum, quo Domini dicta amplectimur, eisque persuasi acquiescimus. A πίστις enim ducta τίσις, recte persuasio dicitur, iam certum est Latinos scripturarum interpretes per uocabulum Fidei id ipsum exprimere uoluisse, quod sancti scriptores per τίσις. Fides itaque, de qua hic disputamus, qua credimus Deo & Christo Domino, donum est, & opus Spiritus diuinus in nobis, quo uerbis Dei, & Christi assentimur, ueracq; esse non dubitamus.

Donum autem hoc hominibus uarie impertitur, ut in explicatione uerbi credere exposuimus. Alijs enim, ut quædam tantum eorum, quæ prædicatio Christianæ fidei complectitur, de Deo & Christo, credant. qui sicut non Deo & Christo ipsi fidem habent, id est, non assentiunt Euangeliu propter diuinam authoritatem, quæ pars est in omnibus partibus Euangelij: ita non ponunt etiam omnem fiduciam in Deum & in Christum; ideoq; nec amant nec colunt Deum & Christum. Horum itaq; fidem

## DE IUSTIFICATIONE.

130

Idem Jacobus uocauit mortuam , id est , inefficacem ad bona opera . Nam qui Deo & Christo ipsi fidem ueram habent , iij toti Euangelio credunt : eoque sicut ex Euangelio audiunt , & certo credunt , Christum Dominum unum esse , qui fidentibus & auscultantibus sibi mala depellit omnia , & uitam beatam & sempiternam largitur : & hoc beneficium offerre omnibus : ita non posse sunt , non ad Christum se totos conferre , eo uno fidei re , eumq[ue] toto corde amare & colere : dum hac fide uitiant aguntq[ue]. Proinde in scriptis Apostolicis fidei eius quam habemus uerbis Dei & Christi , prima distributio haec est , quod alia mortua est , alia uiva : quam Paulus <sup>Fides mortua</sup> uocat πίστιν άληθέας ἐνεργού μηδένην , fidem per dilectionem operantem.

At quæ mortua fides recte dicitur , eo quod uitæ Christi in hominibus non excitat , ea duplex in Scripturis traditur . Alia enim eorum est , qui cum sint pleraq[ue] de Christo persuasi , nihil tamen inde faciunt , q[ui] quod eum uerbis confidentur , factis negant ; ore & usu sacrarum ceremoniarum dicunt ei Domine Domine , non faciunt autem uoluntatem eius : & si aliquam herbescensem bonę uitæ spē uidentur ostentare , tamen mox omnis in eis nouæ uitæ succus exarescit , uel æstu afflictionis propter Christum sustinendæ exhaustus : uel spinis studiorum & uoluptatum huius seculi , una succrescentibus , extinctus . Alia vero fides expers uitæ Christi eorum est , qui spiritu Dei iniciati , aliquid etiam preclarum pro Christo dicunt & faciunt : ut erant illi qui in nomine Christi , uaticinabantur , ejiciebant dæmones , multasque uirtutes faciebant , cum tamen ab eo uita sua tam essent alieni , ut testaretur Dominus se illis dicturum . Amen dico uobis , non noui uos , discedite à me operantes iniuriam .

Kk ij

DE IUSTIFICATIONE.

Viva fides  
duplex.

Ita uiua quoqe fides qua iustiuam Dei uiuunt duplex est. una, qua ita in Christo manent ac uiuunt, qui ea prae diti sunt, & Christum in se manentem, uiuentemqe habent, ut Domini spiritu ad pietatis & iustitiae officia, quae cuice pro sua uocatioe, & cuiusce in corpore Christi loco cōpetunt, agantur: nihil tamen prae*ter* comunia Christia ni hominis munera praestare ualeant. Altera facit prærea etiam prophetare, miracula edere: alijsqe uarijs spiritus sancti dotibus Ecclesiam Dei instaurare, ut cuice ad mensus fuerit fidei huius modus.

Vtrace uero fides in alijs confirmata & ualida est: in alijs infirma & debilitata. Et haec imbecilla fides rursum bifariam habet, aliquando enim fides imbecilla est cognitione & iudicio credendorum. Ea infirmitate erant, de quibus commode suscipiendis præcipit Apostolus Rom. 14. & 15. & 1. Corinth. 8. & 9. Necenim poterant hi uidere quod late pateret libertas externalium rerum, parta per Christum: ceterum parati Christo assentiri omnina. Tali infirmitate laborabant et Apostoli cum nunciam tam sibi resurrectionem credere non poterat: quos ob id Luceulti. Dominus uocabat stultos, & tardos ad credendum. Marcus hunc fidei morbum ἀπίσταγον σκληροκαρδίαν uocauit: quamquam non omnino fidem in Christum amisissent: sed nec Scripturas, nec Domini uerba de resurrectione intelligebant, unde sermones mulierum nunciantium Dominum resurrexisse, pro deliramentis habebant. Hec itaqe fidei imbecillitas erat, non assensus in uerba Domini, sed intelligentiae eorum, quod scilicet esse uerba Domini, quae erant, cognoscere nondum possent.

Solicitude  
de hac uita  
infirmitas  
fidei.

Aliquando est infirmitas fidei in assensu, quod uerbis ac promissis Domini, quae intelliguntur, non citra omnem dubitationem inharetur. Huius infirmitatis

est,

## DE IUSTIFICATIONE.

est, sollicitudo de necessariis huius uitæ, de qua est illud. *Matth. 6.*  
 Si gramen quod hodie est in agro, & cras in ciborum *Luc. 12.*  
 mittitur, Deus sic uestit, quanto magis uos ὀλιγόπιστοι, id  
 est, pusilla prædicti fidei. Eandem fidei imbecillitatem pa-  
 tiebantur discipuli, cum anxijs, quod nullos secum panes  
 accepissent, audiebant à Domino. Quid cogitatis intra  
 uos ipsoſ, quod nō acceperitis panes ὀλιγόπιστοι? Siceſt &  
 deieſt animi & trepidatio in periculis, quā Dominus  
 reprehendebat in Petro, cum iuſſus uenire ad eum *Matth. 14.*  
 per aquas, exorto ualido uento metuiffet. Dicebat e-  
 nim illi Dominus, obiurgans eum, ὀλιγόπιſtis, cur timui-  
 ſti? In eadem fidei imbecillitate erant & cæteri discipuli,  
 cum iactati tempeſtate in lacu clamarent ad Dominum,  
 præceptor, præceptor, serua nos, perimutnam sedata tē-*Luc. 8.*  
 peſtate dicebat illis Dominus, ubi eſt fides ueſtra? De  
 hac infirmitate eſt & illud Pauli. Similiter autem & spiri-*Rom. 8.*  
 tus adiuuati infirmitatem nostram.

Quemadmodum autem eſt quædam fidei infirmitas, *infirmitas*  
 quæ facit trepidare in periculis, redditq; anxijs dum nō *fidei, non*  
 adeſt, quibus haec uita indiget: ita eſt etiam imbecillitas fi-*repremen-*  
*dei, quæ admittit nimiam rerum & uoluptatum preſen-*  
*tis malas*  
*uítæ existimationem & cupiditatem.* Qui enim satis *cupiditæ*  
 firme assentiatuſ iuerbis Domini, & ea satis defixo in *tes.*  
 ipſa animo ſemper conſyderet, quibus conſirmat, eos  
 mortem ſibi ipſos aſciscere, qui cupiditatibus carnis in-*1. Timot. 6.*  
 indulgent: & ſe in omne malum dare præcipites, qui uelint  
 in hoc ſæculo diteſcere: iſ tam facile, cum habendi, tum  
 alias cupiditates & uoluptates a ſe depellet: quām intre-  
 pide mortem, & alia pericula ſubibit, qui certa fide te-  
 neat, & ſolide perpendat illud Domini, eum animam  
 ſuam ſeruare qui illam Euangelij cauſa in omne diſcri-*Matth. 16.*  
 men abiecerit; perdere uero, qui ſeruare eam, deferendo  
 Euangeliuſ conetur. Kk iii

DE IUSTIFICATIONE.

Itaque sicut omnis uita nouæ, ueræ uirtutis & iustitiae  
imbecillitas & debilitatio, ab infirmitate uenit et languore  
fidei, qui enim recte apprehendat, intelligat, & teneat  
uerbum Domini, is illud non sequi, aut ei quicquam  
preferre non poterit: si omnis fidei, hoc est, ueri in uer  
*Omnis*  
*fidei infir*  
*mitas ab*  
*imbecilli*  
*uenit uel*  
*cognitione*  
*uerbi Dei.*  
*Luc. 1*  
bum Dei assensus infirmitas, & debilitas, existit ab infirmitate, debili que uerbi Dei cognitione & consideratione. Aut enim non intelliguntur quæ dicuntur à Deo, id quod usu uenit Apostolis, cum eis prædicaret de supplicio suo & resurrectione: scribit enim Lucas de eis, & nihil horum intellexerant, & erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Vnde de tanta illis erat stupiditas ad Euangelium resurrectionis credendum. Aut nō cognoscitur, esse uerbum Dei, quod ut uerbum Dei assertur. Vnde procul dubio accidit, ut Zacharias angelo nuncianti ei nasciturum filium non crederet. Cum enim iustus esset coram Deo, ut de eo Lucas testatur, difficiliora naturæ, quam eum in senectute fieri patrem, Deo credidisset, si certus fuisset ea à Deo uere promitti. Sic Apostoli haud quæcumq; deliramenta putassent, quæ mulieres de resurrectione Domini ex uerbis angelorum ipsis nunciabant; si esse illa uerba angelorum Dei cognouissent.

*Vnde infir*  
*mitas fidei*  
*Cap. 3*  
Sæpe autem homines & intelligunt quæ dicuntur, & non dubitant ea esse uerba Dei, & tamen infirme illis affectiuntur: ægrecq; dum amplectenda sunt, quæ grata habentur Deo, & respuenda, quæ uidentur carni iucunda uel commoda, eis inhærent. Id eadē ratione accidit, quæ peccatur cōtra fidē, atq; recti sententiā: quā rationē Aristoteles disputas de Incontinentie & Cōtinentie exponit in septimo Ethic. ad Nicomachū. Dū enim contra id, qd fides præcipit, homo fide donatus peccat, id sit, aut quæ uerba

uerba Dei, tum, cum agendum est, uel nō tenet, uel nō in-  
tuetur, nec scientiam eorum exercet aut, quia, tametsi co-  
gnitionem uerbi Dei tum exerceat, & cogitet quid il-  
lud iubeat, exercet tamen eam in rebus tantum uniuersi-  
sis, non in singulis, & ijs ipsis, de quibus tum statuendū  
aliquid sit, quaeq[ue] nunc arripiendæ, uel reisciendæ sint;  
aut deniq[ue] quia, si quod uerbum Dei præcipit, consyde-  
ret etiam in re singulari, facit id tamen non recte com-  
pos sui, propter uehementiorem cupiditatem, subore-  
tam uel iudicio sensuum, uel carnali ratiocinatione men-  
tis: quæ animum à recta sententia uerbi Dei, quammen-  
te tenet, ac etiam ore eloquitur, & quidē in re singulari,  
quæ actioni proposita est, detorquet & abripit.

Exempli gratia, David fidem in Deum habuit, &  
scientiam uerbi eius admodum excellentem: at cum con-  
spectu Batschaba commotus, de committendo cum filia  
adulterio cogitabat, uel ea, qua pollebat, uerbi Dei  
cognitione, hoc est, fide sua, non est usus, eamque non  
exeruit cogitando, quid illa iuberet, sed statim cupiditi-  
tate correptus, tantum ut libidini satisfaceret suæ, co-  
gitauit ( quod tamen uiro diuino haud probabiliter  
tribuemus ) aut certe quod uerisimilius est, fide sua tum  
utebatur, & ex ea cogitauit: adulterium à Deo ueritum,  
& ob id summe noxium esse: sed hoc, quandoquidem  
libidini suæ contra fidem suam obsecutus est, cogita-  
uit tantum in uniuersali, nō etiā in re singulari, quæ tū ob-  
iecta erat: ut, malum est rem habere cum hac Batschaba,  
uxore urie: Dic. n. propositiones animo eius obuersa-  
bant, altera obiecta à fide aliena uxore abstinentiū est, al-  
tera suffusa à libidine, aspectu Batschaba accensa: obles-  
cere se pulchra muliere suave est: ille uero in particulari  
assum.

DE IUSTIFICATIONE.

assumpsit, sub posteriore (priore interim in languida metis cogitatione suspensa, & sensim effluente) haec Batschaba, elegans mulier est: secuta itaque ex hac altera propositione, quam animo eius iniecerat libido, conclusio est. ergo Batschaba accersenda est, id quod fecit. Vel si fides eius se usque ad ipsam obiectam mulierem sustinuit, utique suam eo usque explicauit, ut cogitarit, haec mulier alij nupta est, & quidem fideli tuo ministro: unde & conclusionem sequi oportuerit, non igitur accersenda est: ita tamen occupatus, & sibi ereptus fuit peruersa & uiolenta cupiditate, qua nimirum iam flagrare coepit, ut & assumptionem istam, haec mulier aliena est, & conclusionem, non ergo accersenda est, tanquam dormiens, uel ebrius, aut alias mente captus cogitarit, non igitur fidei syllogismus in eo efficax fuit, sed contrarius, quem suggesti libido: itaque accersiuit Batschaba, & stupravit.

Gal. 2.

Ad eundem modum debilitatur fides dum leuiora peccant, languidaque illa redditur in officijs suis quibuslibet. D. Petrus, cum fratres, in observationem disciplinarum Mosaicarum superstitiones, a Iacobo Anthiocheam uenissent, & ille se propter eos a communione gentium subducere cogitaret, cum quibus ante communib[us] cibis usus fuerat, non fuit plane ignorans officij: fide enim Christi eximia praeditus erat: & sciebat se ad proferendum Euangelium attenerare omnia, eiusque progressum omni mortalium gratiae preferre debere. Verum dum duas habebat obiectas enunciationes, & utramque per se fidei, unam, libertatem Euangeli, quod ad omnes gentes proferri, & in quo Gentes atque Iudeos coniungi inter se oporteret, modis omnibus commendandam, & adserendam esse: alteram, fratrum offensionem, quoad cum Deo liceat, evitandam studio & obseruatiā praeponstra erga Ierosolymitanos fratres,

## DE IUSTIFICATI ONE.

133

fratres, eo inclinavit, ut alteram propositionē, fratres non esse perturbandos, pressius, quam illā, libertati Euangelij, & omnium in eo communioni, totam nostram uitam seruire debere, consyderaret: & sub ea assumeret, nunc edere cum gentibus offendet istos fratres, sub altera aut non assumeret, nunc edere cum gentibus commendabit Euangelij libertatem, & faciet ad pleniorē in Christo, Gentium, & Iudæorum consociationem: aut si hanc assumptionis, tamen id non, ut alteram assumptionem, animo præsentī, pleneq; intuitus est, alio scilicet detractus amore & studio fratrum, qui à Iacobo uenerant. Conclusit itaq; à communione Gentium tum abstinendum esse, quod erat non recto pede incedere ad ueritatem Euangelij, & requirebat manifestam Pauli reprehensionem.

Idem usū uenit omnibus, qui uel aliquid contra fidem suam admittunt: uel fidem suam non satis explicant: siue contemptu periculorum, quæ pro Christo subeunda incidunt: siue alacri beneficiorum Domini expectatione, dū angustæ res sunt, uel aduersæ: siue in reprimendis prauis cupiditatibus, & exercendis gnaуiter officijs pietatis. Aut. n. hi scientia uerbi Dei non utuntur: aut non utuntur etiam in rebus singulis, faciūt id ceu dormientes, aut ebrj, uel capti mente, ab stracti scilicet aduersarijs uerbo Dei perturbationibus. Itaq; quicquid peccatur ab ijs, qui fide in Christum præditis sunt, peccatur imbecillitate fidei, quod illa cognitio, assensumq; uerbi Dei non satis, dum incidit de agendo delibera<sup>tio</sup>, sustinet, explicat, & exercet.

Vnde intelligitur, quamdiu hic uiuimus, quia nunq; absq; peccato uiuimus, fide nos nunq; satis firmata, atq; mus imbecillitate fidei, quod illa cognitio, corroborata esse: ex parte enim cognoscentes non uideamus, & consyderamus satis, quid Deus præcipiat, quid 1.cor.17.

LI

DE IUSTIFICATIONE.

Luc. 17.

uetet, quid polliceatur, quid minet. Ac ideo semper orandum nobis cum Apostolis ad Dominum, Ad augenobis fidem. Sicut enim illi ne satis prompte remitterent fratribus offensas, imbecillitatem fidei in causa esse senserunt: ita haec una causa est omnis & neglecti officij, & contra officium admissi peccati. Tunc n. (canit Psalmus) nullo peccati lapsu pudesti: quoniam intuitus fuero opera precepta tua. Et, recididi in corde meo uerba tua, ne peccem tibi.

Psalm. 119

Hec ergo generalis fidei infirmitas est, non defixa semper habere in uerbo Domini mentem; & ex illo de rebus omnibus constanter statuere. Illud ceu morbus & uitium fidei est, si insincera sit intelligentia uerbi Dei, quale erat attendere iudaicis fabulis, & preceptis hominum auertentium ueritatē: de q Paulus iubebat Titum suum Cretenses se uere reprehendere, ut essent sani in fide, hoc est, sanis fidei sermonib. sanę, sinceręq; doctrinę, firmiter inhererent, ad nulla hominum aduersa fidei, sanęq; doctrinę cōmenta deflectentes.

Altera fidei infirmitas est, quae non generales illas fidei actiones impedit, uel auertit: sed obstat tantum peculiari illi operi fidei, quod est, edere miracula. Hanc fidei infirmitatem passi erant Apostoli, cum non potuerant liberare demonio puerum lunaticū. Cum enim rogassent dominum, Quare nos non potuimus ejus cere Dæmonium? Respondit eis Dominus, οὐ τὴν ἀπεισίαν ὑμῶν: propter incredulitatem uestram. At nisi fidem Christo habuissent, nec adhæsissent perpetuo ei, nec alia signa fecissent. Habebant ergo fidem, cum generalem: ut ex uerbo Christi uiuendum sibi per omnia statuerent: tum singularem illam, qua freti, uirtute Christi miracula faciebant. Ea autem eorum fides, oblato isto lunatico, iacuerat infirmiscula: nec satis sese explicuerat precatione et ieiunio. Unde subiecit eo loco Dominus, si fidem habueritis ut granum sinapis, id est, uiuam, & ut granum sinapis, sese ex-

plicantem: dicetis monti huic, demigra hinc illò, & demi-grabit; neq; quicq; erit uobis impossibile, quod quidem pro ædificatione Ecclesiæ faciendū uobis occurrerit. Hęc de fide infirma & imbecilla, multa quidem illa, sed ad in-stitutum nostrum non inutilia, ut infra ostendemus.

Firma & fortis fides, etiam gemina est, una in effectio-ne miraculorū: altera in generalib. si dei officijs. Hęc generalis fides, dū ualida est, mentem hominis in uerbi dei, mina. & cognitione dilucida ac certa, & assensu consyderatione q; stabili & immota cōtinet. Sic erat fides Abrahæ, cu-ius robur & firmitatem describit Apostolus Ro. 4. Non infirmatus fide, non consyderauit suum ipsius corpus iam emortuum, ut qui centū annos natus esset, nec emor-tuum uterum Saræ: non dubitauit incredulitate de promissione: sed confirmatus fide, tribuens gloriam Deo, & certo persuasus, quod qui promisisset, idem potens esset etiā facere. Huic firmæ & constanti fidei Paulus tribuit firmā & defixam apprehensionem, persuasionē, & consyderationē diuinę promissionis, et omnipotentię: ac remo-tionem, non solum omnis dubitationis, sed etiam omnis consyderationis earum rerum, ex quibus aliqua de promissione Dei dubitatio existere posset: ut erat natura ef-feti corporis in Abraham, & uxore eius.

Quemadmodū igitur id propriū fidei est, dictis, quib. fides habenda est, planè assentiri, & de eis non dubitare: ita firmę & cōstantis fidei est, mentē sic defigi in ea dicta, & potentiam atq; ueritatē dicentis: ut nihil aliud in men-tem admittas, minime autē omnium, quae aliquā de eius-modi dictis dubitationē inferre possint. Et hoc cōmune est fidei & generali, & effectrici miraculorum.

Robur aut̄ fidei generalis apparent in constantia confes-sionis Christi, religiosa uitæ sanctimonia, & officiosa in fidei.

*In quo elat  
ceat robur  
fidei.*

DE IUSTIFICATIONE.

*Act. 10.*

*Rom. 1.*

*1. Corin. 1.*

proximos dilectione, omnibusq; uitæ nouæ fructibus.  
Hinc Lucas prædicat Stephanum fuisse plenum fide: &  
adnunciabat fides Romanorum in toto orbe, Robur uero  
fidei effectricis miraculorum, conspicitur in effectione  
magnorum signorū. Vnde Paulus, si omnem fidem ha-  
beam, ita ut montes transferam.

*Locus*

*1. Corin. 13.* propter hostes fidei Sophistas explicandum hoc loco) ef-  
Si habuero ficiendi uerbo Christi quiduis confirmatissimam, & sum  
omnem si= me confidentem. Nec enim hic Apostolus omnem fidē  
dem. dixit de qualibet fide, ut Pighius & Eccius cum cæteris  
Sophistis configunt. Ea enim quæ Christum Dominū  
solide complectitur: apprehendit in eo uitam æternam,  
& sine dilectione esse non potest. Eodem loco Paulus di-  
xit omnem scientiam, eo tamen non quoduis genus sci-  
entiae complecti uoluit, sed tantum rerum sacrarum. Ita  
dicendo omnem fidem, præpotentem quidem fidem: sed  
in effectione miraculorum intellexit illam, de qua dixe-  
rat paulo ante, Alij datur fides in eodem spiritu, cui mox  
dona sanitatem conferendi, & uim efficiendi virtutes sub-  
iecit, huius fidei effecta. Sic certe & Chrysostomus hunc  
locum interpretatur. Fidem inquit hanc, Apostolus non  
dicit dogmatum, sed signorum.

*Chrys. fidē  
signorum.*

Sed fac esse, ut intellexerit Apostolus hic excellentem  
confitendi Christum fiduciam, de qua locum istum inter-  
pretatur D. Ambrosius: aut de sana & non uitiata omniū  
credendorum credulitate, ut intellexisse uidetur hoc di-  
ctum D. Augustinus: tamen non potest intelligi hoc A-  
postoli dictū, de uniuerso fidei genere, siquidem ei fidei,  
de qua hic loquitur Apostolus, abesse possit dilectio: nā  
de qua dicebat Paulus, uiuo nunc fide filij Dei. Item Ha-  
bakuk, iustus fide sua uiuit, hoc est, qua iustificamur, sub  
hac

## DE IUSTIFICATIONE.

hac fide, quæ perfecta absq; charitate esse potest, haud  
 quaquam comprehenditur. Etenim ipsam fidei qua Eu-  
 angelio uere credimus, naturā & propriam rationem,  
 hanc esse, ut studium & amorem Dei, cultumq; & obser-  
 uantiam in homine efficiat, non scriptura modo, sed ipse  
 etiam communis humanæ rationis sensus docet. Quis cohæret  
 enim, ut & supra diximus, non eo unumquenq; arden- necessario  
 tius obseruat, maioreq; studio, amat, colit, quo magis uiae fidei  
 persuasum habet, eum plura posse, & in se ampliore esse fiducia in  
 & benevolentia, & beneficentia? Qui igitur fieri queat,  
 ut uere credens Euangelio, & ideo certo persuasus, De-  
 um, & solum omnia posse, & tenere, & se summa in Chri-  
 sto suo, benevolentia complecti, sibiq; æternam mortem  
 merito, æternam uitam largiri uelle, non maxima charita-  
 te, ueneratione, & deuotione complecteretur, suspiceret,  
 & demereri studeret.

Sed mittamus rationem, scripturā potius audiamus.  
 nemo enim spiritu sancto, certius & magis propriè de  
 suis rebus loqui potest. Quid respondit Petrus, roganti *Iohan. s.*  
 Domino, si & ipsi duodecim Apostoli deficere ab ipso  
 uellent, quod offensi sermone eius fecerant quidam ex  
 discipulis. Domine, inquit, ad quem ibimus: uerba uitæ  
 æternæ habes: & nos credidimus & cognouimus, quod  
 tu es Christus filius Dei uiuentis, Quo clare expressit,  
 eos qui uere crediderint, & credendo solide cognoue-  
 rint, Dominum Iesum Christum, seruatorem hominum  
 esse, habereq; uerba uitæ æternæ, discedere ab eo non  
 posse, Vnde Dominus toties illud repetit, habere uitam  
 æternam, qui in se credunt.

Ita Paulus, ad Gala. Omnes filij Dei estis, per fidem  
 in Christo Iesu, non dicit potestatem tantum habetis, fie- Cap. 3.  
 ri filij Dei, ut sophisticatur Pighius, at quis filius Dei est, filius Dei. *Omnis ue-*  
*re credens*

## DE IVSTIFICATIONE

spiritu Domini, qui idem ut fidei ita & spei & charitatis spiritus est. Iam cum non possit Christum diligere, qui non seruet sermonem eius, isq; totus in eo contineatur, ut diligamus nos inuicem, sicut dilexit ipse nos, necesse est, ut fidem etiam dilectio comitetur, & sicut Dei, ita & proximi. Qui enim fratrem suum non diliget, nec Deum diliget, & manet in morte. Coniuncta igitur fidei semper, & dilectio est, nec minus proximi, quam Dei.

*1. Cor. 13  
Quomodo  
maxima  
charitas.* Tria itaq; hęc sunt, non unum: fides, spes, dilectio: sed inter se perpetuo connexæ. Maxima quoque inter ea dilectio est, sed nec sine fide est, nec fides, sine illa. Maxima enim ideo est, q; in eo uno uerbo, diliges proximum tuum sicut te ipsum, uniuersa lex completeret: uitamq; Dei, quam fide percepimus, & spe perficiēdam expectamus, dilectione exhibemus. Et beatius est dare q; accipere, quare cum dilectio eroget, q; rae fides recipit diuina dona, maior fide dilectio iure dicitur. Interim tñ fides ea est, qua renascimur: & cū de Dei bonitate ex Euangelio persuasi, confidimus, spemq; futurę uitę concipiimus: tñ Dei amore studioq;, ac inde uera etiam dilectione proximi accendimur. Itaq; de natura & propria fidei ratione est, & parere & coniunctas habere, tum spem, tum charitatem, & hanc & in Deum, & in proximos. Est enim qua si līj Dei sumus, uitamq; Christi uiuimus.

*Definitio  
fidei.*

Fides ergo sana nō uitata, hoc est solida syncere doctrinæ Christi persuasio, uera non ficta, atq; uiua, nō mortua fides, id est, qua Christo uere credimus, & per illū iustifi camur, iustificatiq; ipsi capiti nostro et inserimur, & in eo manemus ac uiuimus, ipsumq; manentē, ac uiuentē, agē temq; in nobis habemus, ea est certa ac indubitate assensio Euangeliū, adspirata animis diuinitus, cui necessario coniuncta est, eodē nimirum adflata spiritu, cum fiducia de

de Christo, tum studium & obseruantia Christi, totaque noua uita. Quae uita Christi, uita Dei, hoc in uno quoque plenior & constantior est: quo illa in eo Euangelij assensio firmior est & certior: at nemini, cui adfit, illa abesse unquam poterit tota, tametsi adfit imbecillis & languida. Omnis credens in me, inquit Christus, & loquitur proprie, habet uitam æternam, Iustus fide sua uiuit, & uitam dei, quæ omnem in se uirtutem complectitur.

Vtric iam credere uelis, Lector, Christo Domino, qui omni fide prædicto uera, i.e. uere credeti, uitâ eternâ addicis, uitâ Dei, omni scilicet uirtute pollente: an Pighio & Sophistis, qui dicunt uere credentib. & pfecta fide præditis, abesse tamen posse ueram uirtutem. Fidē effectricem miraculorum, adesse posse, ihs, qui à Christo uita sua adhuc alieni sunt, & nos agnoscamus: at fidem uerā, fidem qua Christo plane creditur, ulli adesse posse, qui non in Christo uiuat, & Christum habeat uiuentem in se, id uero per negamus, & freti uerbo Domini, qui dixit, Omnis credens in me, habet uitam æternam.

Nec quicque contra hæc argumenti habent, quos Pighius & alij Sophistæ scripturæ locos adducunt. Ille enim, quem plurimum urgent, si habeam omnem fidem, ostendimus, loqui de fide effectrice miraculorum: cuius nimirum opus subiicitur, translatio montium: non de regeneratice, cuius officium est, confiteri & sectari Christum: & operari per dilectionem, quæ bono sint proximis. Sed de hoc loco dictum satis supra est.

Folio. 134.

Tantundem ualeat locus Iohannis, de principibus quos Euangelista perhibet credidisse in Christum: nec a usos tamen fuisse eum confiteri, nam etiam si non uideatur uerisimile, fidem horum principum quanquam infirmam, tamen ueram & uiuam fuisse, quod equidem puto, tamē

fol. 134. 12.

Mm

DE IUSTIFICATIONE.

non poterit hinc concludi, ueram solidamq; in Christum fidē, posse esse sine dilectione & uita Christi. Nihil enim colligi hinc aliud potest, quām posse esse aliquos, qui credant in Christum: & tamen gloriam mundi, in eo gloriae dei anteponant, quod Christū metu ignominię ab hominibus, confiteri nō audeant. At idem Euangelista, etiam ihs tribuit credere in nomē Christi, quibus se Christus nō credebat. Ex his autem quid aliud efficit, q; esse aliquod credendi, fideiç genus, non regenerans, non adserens iustitiam & uitam Dei: Ad id autem nequaquam consequitur, non esse & aliud genus fidei uiuæ & regenerantis; quo nemo præditus esse queat, qui non uiuat in Christo, & habeat illum uiuentem in se. Quod enim multa animalia sunt rationis experientia, eo non fit, nullum genus animalis ratione præditum esse.

Illud magis Sophisticum est, quod urgent, Johannem testari, credentibus in nomen Christi datam potestatem, ut fiant filij Dei, non autem ut illico sint. Quid enim in hoc dicto quo efficitur, credentes non simulacra in Christum credunt esse filios Dei, quod in quæstione uersatur? Sic habent Euangelistæ uerba, ihs qui receperunt eum, dedit potestatem filios Dei fieri, ihs, qui credunt in nomine eius &c. Quid si dixisset, dedit eis potestatem ut credentes fierent, oportuisset ne propterea eos pri-

Hilari . de Trin. i. Re qua alia re, quām ea ipsa potestate credendi, fieri credentes: Ita quid causæ esse dicent aduersarij, ut conueniat ex hoc dicto Euangelistæ intelligere, credentibus dari potestam, non ut statim sint, & fide sint: sed ut fiant primum filij Dei: idq; dilectione. & aliud esse hanc potestam fieri filios Dei, quām ipsam fidem: Certe Euangelista exponens quos intelligat credentes in filium Dei, subiicit, qui sunt nati ex deo, fide, n, filij Dei renascimur,

## DE IVSTIFICATIONE.

13

Dicemus ergo secundū Pighiū, ijs, qui iam nati sunt ex deo per fidē, datam potestatem ut primū siant filij dei per dilectionem. tam arguta est istorum hominū Sophistica.

Sed fac esse, ut Euangelista illud fieri filios Dei, de perfecta filiorū dei conditione dixerit. Est. n. duplex ḡodeσia, alia inchoata, alia pfecta. De priore est. Nō accepistis spiritum seruitutis rursus ad timorē, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba pater &c. De posterie. Et nos ipsi gemimus intra nos ipsos expectātes adoptionē, redemptionē corporis nostri. Demus ergo, ijs, q̄ā filij dei sunt p̄ fidē, adoptione inchoata, datā potestate, ut siāt etiam filij dei adoptiōne perfecta; tñ hēc ipsa asoluta nostri adoptio fide cum tenetur, tum perficitur. Nam si cut fide filij dei, ita & heredes sumus. Vñ Paulus hāc perfectam adoptionē filiorū dei etiam reuelationem eorum uocat. Dūq̄ hic uiuimus, q̄ in uirū perfectum, plene adulatæ etatis Christi, crescimus fide sit & cognitione filij dei, quę dilectione sese exerit. Sed quicquid huius sit, sp̄ritus sanctus passim diserte fidei id tribuit, quod ipsa nos filios dei constitutat. Omnes, inquit Paulus, filij dei estis per fidem in Christum Iesum. Idem sp̄ritus sanctus innumeris alijs locis testatur.

Hāc ergo, quę hactenus de hoc loco exposuimus, sa-  
tis sint. Qui enim scripturas Dei sequi uelint, ex ijs quę Christum adduximus, atq̄ exposuimus, aperte videbunt. Primū, si propriæ uadem, ut hac uoce diuinæ literæ utuntur, quum de fide in Deum, & Christum docent, significare propriæ eam fidem, qua assentimur Euangelio, atq̄ ideo omni quoq̄ uerbo Dei, idc̄ assensu uero ac solido. Deinde fidē, qua homines uel tantum aliquibus uerbis Domini, & non omnibus: aut ad tempus tantum illis credunt, & quamlibet fidem sterilem bonorū operum, etiamsi ea miracula, ce fidē dici.

Rom. 8.

Rom. 8.

Eph. 4.

Fidem non uiuentem uitā Christi  
nō propriæ aut uniuersitatis  
ce fidē dici.

Mm ij

DE IUSTIFICATIONE.

*Fidem ex  
propria  
suaratio-  
ne parere  
& conexā  
habere ui-  
tam Chri-  
sti totam.*

fiant, non nisi analogia quadam fidem uocari: ut cui no-  
men ueræ fidei, non autem ratio competit, quæ nimirum  
est, Euangelio Christi credere, eo testimonio sp̄iritus, per  
seruatum, ut & sis, & esse te non dubites filium, & heredem  
Dei, per Christū. Postremo esse ex propria ratione huius  
ueræ fidei, Christū Dominū, ut seruatorem uere, planeq;  
agnoscere: ac ideo etiam amare & obseruare, nec unq; ui-  
tam Dei abesse huic posse. quanquam ea sit minus magisq;  
constans, honorumq; operum ferax, pro ut fides uel lan-  
guida, ac imbecillis: uel ualida ac robusta fuerit.

Ista et sancti Patres ex scripturis agnouerunt & clare  
copioseq; docuerunt. Nullus enim eorum est, qui non  
prædicet ueram illam Christi fidem & uitam, cui abesse  
spes & charitas non possit: quanquam bona opera certo  
atq; necessario consequantur. Vnde Divus Chrysostomus in sermone de fide, legenaturæ & sp̄iritu sancto.  
Quam primū credideris, simul & operibus ornatus eris,  
Non quod desunt opera; sed per se ipsam fides plena est  
*De fide &* operibus, Ita D. Augustinus docet in mandato cre-  
dendi in Deum, totam uitam Dei contineri; & uitam bo-  
*cap. 25. &* nam ab ea inseparabilem, imo eam ipsam esse bonam  
uitam. Et in lib. de uocatione gentium, D. Ambrosio ad  
*Cap. 9:* scripto, Fides genitrix bonæ uoluntatis, & iustæ actionis  
dicitur.

In Ezech. *Homil. 22.* Ut enim D. Gregorius p̄ie uereq; scripsit, tantum in  
hac uita amamus, quantum credimus: & quantum ama-  
mus tantum de spe præsumimus. Eoque sicut cum  
prudentia uera, necessario coniunctæ sunt, iustitia,   
fortitudo, & temperantia: ita docent Sancti uiri nun-  
quam non cohærere cum fide uera spem & charitatem,  
totumque chorū virtutum: atque pro modo fidei,  
modum semper esse harum virtutum, totiusque uitæ  
nouæ.

nouæ. Cum enim fides in eo sit, sicut Diuus Chrysostomus recte docet, ut non ambigas, & insit nobis, spiritu ad Titum sancto nostro spiritui testimonium perhibente, & ei per suadente, qui posset fides infirmior esse ad recte instituendam uitam, quam sit prudentia uirtus rationis: quamq[ue] & hec si uera sit, filia sit fidei. Omnino igit[ur] ut D. Basilius scripsit, fides animam supra q[ue] demonstrationes rationales ualeant, ad consensum trahit. Inde & D. Hieronymus. Neq[ue] hoc dico, quo maius quicquam sit, quam Luciferia sacramenti fides, quam puritas animæ: sed indubitate ad nos. Deum fides, ardue reperitur. Verbi gratia dictum sit, ut quod uolumus perspicuum fiat. Ad orationem assisto: non orarem, si non crederem: sed si uere crederem, illud cor quo Deus uidetur mundarem, manibus tunderem pectus, genas lachrymis rigarem, corpore inhorrescerem, ore pollerem: iacerem ad Domini mei pedes, eosq[ue] fletu perfunderem, crine tergerem: hærerem certe truncu crucis, nec prius amitterem, quam misericordiam impetrarem. Ita & sancti Patres, quanq[ue] tria haec, fidem, spem & charitatem agnouerint, nō unum: & uirtutes toto genere inter se diuersas: necessario tamē inter se cōnexas esse, & coherentes, nec dubitarunt, nec nō multis in locis clare & copiosissime docuerunt.

At quia Deus arcano suo consilio, Euangeliū suū plerisq[ue] sic quidem reuelat, ut de nullo eius dogmate in genere proposito dubitet: imo nonnunq[ue] in particulari quoq[ue] illud sic amplectant, & consyderent, ut inde mala multa declinet, & nō pauca bona faciant, tamen non sic reuelat, ut eo semine immortali plane regignerentur, cognitione reparante imaginem factoris: et renouati spiritu mentis suæ sic induerentur nouo homine, qui secundū Deum conditus sit, uera solidaq[ue] iustitia & sanctitate

1. Pet. 1

Mm iii

## DE IUSTIFICATIONE.

uno ipso Christo Dño, fidem sancti uiri merito alteram agnouerunt, presertim scriptura quoq; de ea testificante: quæ sicut sine uera hominis innouatione, & iustitia Dei esse solet, ita saluare non possit, nec filios Dei cōstituere: quam D. Jacobus nō in epte mortuam uocauit, eo quod uitam illa Dei, ut non adfert, ita nec bonis operibus explicat. At quia ea fides mortua à D. Iacobo, facta à Paulo, temporaria à Domino recte ac proprie dicitur, imo Dominus ea præditos ipse dixit non credere: hæc certe fides, eiusdem rationis, cum uiua illa ac uera, quæ uitæ Dei in Christo uere apprehendit, & omnibus pietatis & iustitiae officijs exerit, esse non potest.

Cumq; fides, simpliciter dicitur, iure hec uera & uiua, non illa mortua & facta intelligi debet, nisi circumstantia sermonis alius requirat. Tametsi sancti Patres, uidentes multos cōfidere eò, q; fidē, quod ad dogmata attinet, sanam haberent, qui tamen ueræ uiuæque fidei expertes essent, nonnunq; fidem hanc uiuam, non simpliciter, sed fidem gratiæ, fidē ueram, fidem Euangelicā uocarunt. At quia sic persuaderi de Euangeliō, ut eo filius Dei & renascaris, & esse te ex spiritu sancti testimonio certe agnoscas: & sic tantū persuaderi de eo, ut quidē contradiceret ei nō possis, tamē eo nō plane inoueris, sed in uetusitate carnis, morteq; ipsa perseueres, inter se tanto interullo distant, quāto Adā uetus & Adā nouus, iustitia & peccatum, mors æterna, & uita æterna, nequaq; eandē fidē Christi intellexerunt, quod ad rationē ipsam fidei attinet, qua filij Dei renascimur, & in Christo uiuimus, eiq; uiti frugiferi insiti palmites, non possumus non fructum ferre: & qua tātum de Euāgeliō cōuincimur, manētes interim filij alienigenæ, uita Christi uacui, et à Christo alieni. Sunt autem diuersissime spiritus Dei in animis hominū persuasions,

nes, quarū una inscribit legē Dei in cordibus hominum, altera confirmat legē peccati: una purificat corda peccatis, altera auget peccatum: una certos reddit de vita æterna, altera condemnat ad mortem sempiternam.

Disputarunt Scholastici an idem habitus sit, uel diuersi, fides informis, id est, destituta charitate, & formata, id est, coniunctam habēs charitatem: & uidetur Thomē <sup>12. qua. 41</sup> utrāq; fidē, eundē habitum esse. Coniunctionem enim charitatis negat pertinere ad substantiā fidei. Sed quāq; hæc charitatis coniuctio fidei mortuę accidentalis sit, uerae tñ ac uiuæ fidei, ut demonstrauimus, hæc coniunctio ex natura eius cōpetit, & propria est <sup>καὶ ἀντίθετο</sup>: ut quæ sit eiusmodi de Christo persuasio, quam non possit nō cōse qui studium, & amor Christi; ut prudentiæ uerę, non pos test non coniuncta esse iustitia, & alię uirtutes.

Sed cum fateatur Thomas fidem esse eiusmodi opus Dei in animis, quale opus solis est, illuminatio aëris, quā sol iugi irradiatione efficit: sitq; ut ostēdimus, longe alia illuminatio, qua animo plane regenito infunditur cognitio Dei, ad id efficax, ut etiā fidamus Deo, & studiose colamus Deum; & qua eiusmodi Dei notitia efficit in animis in uetusitate peccati manentibus, quæ de operibus & uoluntate Dei conuincit tantum, relinquit autem, imo auget contemptum Dei, & inobedientiam aduersus placita Dei, mirum est, cur non magis illorum sententiam probarit, qui senserunt fidem formatam & informem esse diuersos habitus. ut sunt plane diuersæ perfectiones intellectus, ut ipse uocat. Informis enim fides sterili, tantum cognitione intellectum imbutit, & quæ condemnationem auget, formata autem, cognitione, feraci iustitiae & uitæ æternæ. Illa irati & condemnantis Dei opus est hæc propitiū Dei, & iam patris

## DE IUSTIFICATIONE.

patris hæc regni Christi propria est, illa etiam alienis à regno Christi participatur: illa quomodo cunque uocatis, hæc tantum electis consertur. Quare manifestum est, has fides, omnino diuersi generis dona & opera Dei esse. Nam utrumq; esse donū & opus Dei, ne Scholastici quidē cordatores negant. Euangelio enim Christi fidē habere & assentiri, facultatem mentis nouam, & diuinitus aspiratā requirit, quicquid huius homo ab homine discere queat, quod acquisitæ fidei tribuunt, qui huius commenti, ut melioribus contradiceret, autores sunt.

Autor &  
effectus fi-  
dei spiri-  
tus sanctus

Ex his itaq; planum factum est, nos ut cum scriptura, ita etiam cum Ecclesia Catholica atq; sanctis Patribus sentire & docere, quod attinet, & ad significata huius uocis fidei, & ad diuersa fidei genera, & ea quæ cuique propriæ competunt: & effectum est, fidem ueram, fidem regenerantem & iustificantem esse eiusmodi de Euangeliō Christi persuasionem, ut animus ea donatus, nō possit, sic agente in eo spiritu Christi, mentemque omnem et uoluntatē renouante, & in Christum desigente, non etiā certam de Christo concipere salutis fiduciam, accendi eius uero studio & amore: omniquesimul indui pietate, iustitia, & sanctitate.

Fidei con-  
iuncta fidu-  
cia est, non  
autem est  
fiducia.

Pighius contendit fidem dictam à fidendo (quasi diuinæ literæ nobis traditæ sint lingua latina) alicubi usurpari in scripturis pro fiducia, quæ ex sincero & familiariter quodam Dei amore nascatur. Sed ad id probandum nullam adducit scripturam canonicanam, & quem adducit ex Tobia locum, id nō habet. Tametsi enim insultantes pietati Tobię dixissent, ubi est spes tua, & ille respondisset non sic ipsis esse loquendum, qui essent filii sanctorum, et uitam illam expectarent, quam Deus daturus sit ihs, qui fidem suam nunq; mutant ab eo, nontamen ex eo etiāc̄, Tobiam

Tobiam id ipsum fidem dixisse, quod cognati dixerant spem. Sed quia fide non mutata, nec ponit spes in Deum potest, recte dixit sibi ad percipiendam uitam aeternam utile esse, non mutare fidem suam in Deum: eoq; etiam spem & expectationē mercedis, pro suis bonis operibus, sibi non abiiciendam esse.

Cæterum scriptura aliud fere ubique facit, sicut Cap. I.  
 אָמְרוּנָה וּבְתִרְן אֶת מְחַסֵּת  
 πεποιθησιμή ἐλπιψ, ita etiam *τίσιψ*, *νέα*  
 nomen fidei, aliud per nomen fiduciae & spei transstulerunt: atq; per nomen fidei certum diuinarum promissio-  
 num assensum: per fiduciam uero, aut spem, natam ex eo  
 assensu confidentiam de dei misericordia, & promissorū  
 eius expectationem significarunt. Paulus certe dicit: Iusti-  
 ficati ex fide habemus pacem erga Deum: & fide habe-  
 mus aditum ad Deum per Christum, & gloriamur sub  
 spe. Item, in Christo habemus παρέγγειαν Τὴν προσαγωγὴν  
 ἐν πεποιθησι, τὸν δέ τον πίστωσιν τόν, id est, liberā in uoca-  
 tionem, & confidentem aditum in fiducia, ea, quae est per  
 fidem. Et ad Thessalonicenses, Indesinenter in memoria  
 habemus opus fidei uestræ, laborem dilectionis, & tole-  
 rantiam spei. Opus, inquit, fidei, de uera enim uiuacq; fide  
 loquitur, quæ opus confessionis Christi, & totius uitæ re-  
 cte instituendæ, semper habet in promptu: tolerantiam  
 uero spei: dum enim spes firma est, in omni afflictione to-  
 lerantiam seruat: ut etiam charitas, si uera sit, nunq; non la-  
 borat in fratrum salute procuranda. His, & multis simili-  
 bus locis, Paulus clare aliud per fidem, aliud per spem &  
 fiduciam dicit, idem faciunt alij Apostoli. Sed quia uera  
 in Deum fiducia, ueræ fidei abesse non potest, sicut utram  
 que idem spiritus in animis operatur, & ex sua ipsius na-  
 tura, utraq; alteri cohæret, nec fidem scriptura prædicat,

Fides & fi-  
 ducia in  
 scripturis  
 diversa &  
 semper tæ-  
 mè iuncta.

Nn

DE IUSTIFICATIONE.

ut non simul complectatur fiduciam: nec fiduciam, ut non includat in eam & fidem. Per se aut & primo aliud est, quod scriptura fidei, aliud, quod fiducie nomine commendat & requirit.

**E**x fiducia amor, non ex amore fiducia. Illud uero Pighius contra, non scripturam modo, sed etiam Philosophiam, ac sensum communem dicit, fiducia diuinæ benevolentiae, & promissæ oblatæ salutis, ex sincero, familiari, ac mutuo Dei amore nasci: cum certum sit, amorem potius hunc familiarem ortum habere ex fiducia; hanc autem ex opinione, & persuasione benevolentiae, cum potestia ac ueritate coiunctæ. Nec enim amare quemque uere homo recte institutus, potest, nisi uirtutis & probitatis opinione inductus: & fiducia, hac ipsa uirtute, & probitate fruendi, concepta. Alitur quidem haec fiducia & augetur amoris familiaritate & probatione: at cum amare solide eum, cui non tribuat promissorum fidem, & cuius sibi non polliceatur benevolentie fructum, nemo possit: fiduciam certe nasci ex amore uero & familiari, dici cum ratione non potest.

**R**ixa Pig-  
**bij de defi-**  
**nitionibus**  
**fidei.** Sed de obiecto fidei Pighius maiorem rixam mouet, & doctrinam Christi nimis quam immaniter blasphemat: atque rursus detestari satis non potest, nostras caligines, obscuritates, tenebras, plusque Cimmerias, quibus inuoluamus & contegamus, omnia, ut ea multi Oedipi intelligere non possint. Et istam suam uere atram & tetricam bilem, subinde in nos euomit, idque ibi, ubi doctrinæ nostræ nihil prorsus inest perplexitatis aut obscuritatis, hominibus dunata Deum timentibus, & quæ Dei sunt intelligere cupientibus. Sed sperauit forsitan Pighius, se hominibus posse suis istis conuictis & blasphemis oculos sic prestringere, ut putent tenebras esse, dum lucem cernunt, & se non intelligere, quæ intelligunt, non uidere, quæ uident, sicut iocu-

DE IUSTIFICATIONE

143

loculares homines simplicioribus persuaderet solent, eos  
uidere, quæ non uident, audire quæ non audiunt.

Ordine uero uexandas sibi sumit definitiones fidei,  
quas tradidit Lutherus, Pomeranus, Philippus in con-  
fessione & Apologia, & Caluinus: quas omnes calum-  
niatur, miserum in modum, indefinitas, perplexas, inuo-  
lutas, adeo, ut nec à nobis ipsis intelligi queant; tum etiā secum pugnantes & falsas. Insinitum uero esset, persequi omnes eius cauillationes & ludificationes: calumnias & diras execrationes; aliquas tamen, sed præcipuas, & quæ reliquias continent, discutiemus.

Et quod ad nostrarū definitionum etiā nobis ipsis in explicabilem perplexitatem attinet, Pighius ipse Oedi-  
pum non infelicē præstítit: remq; ipsam ex nostrorū scri-  
ptis admodū clare exposuit, nos per fidem iustificantē in-  
telligere, non eam tantum credulitatem, qua simpliciter uera existimamus quæ Euangelion, totaq; scriptura Dei  
prædicat: sed eā fidem, qua certo & efficaciter Euangelio  
assentimur, ita ut adoptionem in Christo toto corde am-  
pleteamur.

Quæ tñ uera, uiuacq; fides, non ita à nobis ad salutem no-  
bis partam per Christum, affigitur: nec ita prædicatio  
& promissio huius salutis, communicationisq; Christi,  
obiectum proprium & adæquatum fidei iustificantis, à  
nobis constituitur, ut non doceamus fidem ueram cōple-  
cti simul omnia uerba, quæcunq; Deus humano generi  
credenda proposuit: quæ omnia nimirum Euangelio con-  
tinentur, ut ipsum totum, prædicatione hac. Christū do-  
natis sibi à patre uitā eternā parasse & largiri. Christus, n. Iohn. r.  
est finis legis, & sicut ipsi credit, qui Mose credit: ita q; cre Luce ult.  
dit ipsi, credit & Mose, & omnib. Prophetis. De Christo 1. Pet. 1.  
.n. Domino, & salute animarum, sine fidei nostre, Mose Collos. 1.

Nn q

DE I V S T I F I C A T I O N E.

Ephes. 1.  
Et Prophetæ omnes uaticinati sunt. In Christo Domino  
complacitum est patri inhabitare omnem plenitudinem,  
& per eum omnia summatim instaurari & perfici. Quare  
qui uidet filium cognoscitque, is uidet & cognoscit & patrem:  
quicque credit in filium, credit in patrem, qui illum misit, facitque  
id opus Dei, in quo omnia grata Deo opera continentur:  
complectitur eam Dei promissionem, qua reliquæ omnes,  
ut sunt, etiam, & amen, ita & continentur; obedit ei præcepto  
Dei, in quo reliqua omnia insunt. Hoc enim est præceptum Dei, ut credamus in nomine filii eius Iesu Christi: & diligamus nos mutuo.

Iohann. 3.  
Proinde fides, qua docti a patre certo, firmoque assensu  
credimus, nos Deo per Christum Dominum reconciliatos,  
gratosque in hoc dilecto factos, ut iam filii eius, & haeresis  
simus, iuxta spem uitæ æternæ, omnino fides Catholica est,  
qua nimirum uniuersa credenda complectitur in  
Christo Domino. Nec potest dici recte credere in Christum,  
uel Christo, qui non Christum, etiam ut suum seruatore  
amplectitur, & credit eum, etiam sibi factum a Deo  
sapientiam, iustitiam, sanctificationem, & redemptionem;  
qui non & ipse ad eum uenit, eumque sequitur, & requiem  
animæ suæ in ipso, & solidam felicitatem pollicetur.  
Sicutenim nemo potest non uitam æternam, & consummatam  
felicitatem summo desiderio expetere, ita nullus  
quocque hominum potest non toto corde conuerti ad eum,  
a quo illam uere & solide offerri sibi indubitate credidit.  
Eam ob rem, necesse est, ut quicunque audito Euangelio,  
Christum Dominum non illico toto pectore, ut seruatore  
suum, uitæque æternæ largitorem complectitur, non  
dubitans & se per ipsum habere remissionem peccatorum,  
& sortem inter sanctificatos, is Euangelio, quod Christus  
ex æquo omnibus offert, & in quo ipse clamat, uenite ad  
me

Fides spe  
cialis eadē  
Catholica.

omnes & quod testatur eum uenisse, ut omnes qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam, ueram solidamq; fidem haudquaq; accommodat; atq; ideo sicut Euangelio non credit, ita nec ullis uerbis Dei plane credit; nec minus catholica fide, quam hac speciali destituit, de uera, uiuacq; fide loquimur. De qua uitute et efficacia fidei, coniunctaq; illi fiducia, iam supra satis dictum est.

Ergo quod Lutherus primum fidei obiectum fecit, omnia diuinitus reuelata & promissa: deinde remissio nem peccatorum & gratiam partā per Christum: hancq; docet in sacramentis unice spectandam & recipiendam: quod deniq; fidei coniungit plenam à lege libertatem, & summum beneplaciti Dei studium, nullo uerbo secum pugnat, ut blasphemat Pighius: nec eo quicquā scripsit obscuri, aut incerti. Ita sunt etiam quas Bugenhagius, definitiones & descriptiones fidei tradidit, & scripturis, & inter se prorsus cōsentaneæ, clare & euidentes, omnibus, qui sunt ex fide Iesu Christi: cum scribit. Fidem esse, qua credimus Christum, coram Deo patre esse iustitiam nostram, sanctificationem, redemptionem, & uitā æternam: & quin nos liberet à lege, peccato & morte, constitutatque sub gratia, & faciat, ut agnoscamus, inuocemusq; patrem. Item cum scribit, esse fiduciam, qua Christum apprehendimus in conscientia coram Deo, & in Christo patrem.

Nec quicquam ab his, uel suis ipsius dictis, uarij, aut contrarij habet confessio & Apologia, cum confitetur & defendit, fidem iustificantem esse, qua homines credunt se in gratiam recipi, & peccata sibi remitti propter Christum. Item esse notitiam Christi, sed non historicam tantum: uerum qua ita assentimur promissioni Euangelicæ, ut & uelimus & accipiamus oblatam promissionem re-

## DE IUSTIFICATIONE.

missionem peccatorum & iustificationem.

Definitio  
Calvini.

Cum his denique pulchre quoque, quia cum scriptura Dei, congruit & Calvinus, qui fidem esse definit, diuinę erga nos benevolentiae, firmam, certamque cognitionē, quæ gratuitæ in Christo promissionis ueritate, per sp̄itū-  
tum sanctum reuelatur mentibus nostris, & cordibus ob-signatur.

Hæc, inquam, omnia sicut cum diuinis literis, ita &  
inter se, per omnia consentiunt, nec quicque habent in se  
obscuritatis, uel per prolexitatis, fidelibus duntaxat: ijs sci-  
licet, qui cupiunt facere uoluntatem patris. Nam, ut ostendimus,  
nemo reuelatis & promissis Dei, quæ omnia Lu-  
therus recte fidei obiectum fecit, uere credit, qui non &  
Euangelio credat: ac ideo præcipuum illud caput Euangeliū, & totius scripturæ, cum primis teneat, Christum no-  
bis donatum seruatorem, & uitæ beatæ largitorem.

Quod itaque in definitionibus & descriptionibus, om-  
nique prædicatione fidei omnes nos, præcipuū hoc, totius  
doctrinæ & reuelationis diuinæ caput, præcipue prædi-  
camus & urgemos, quid quæso pie lector alieni ab eo,  
quod fidei uerae est, assentiri omni à Deo nobis reuelatae  
et promissæ ueritati, inferimus: quod dissentanei: aut quod etiam  
obscuramus, aut inuoluimus, cuius nos Pighius criminā-  
di, & calumniandi nullum, nec finem nec modum facit:  
Quid enim facit aliud Christus ipse, & omnes Apo-  
stoli dum fidem Christianam prædicant, commendant, re-  
quirunt: Qui credit in me, inquit, Dominus, habet uitā  
æternam. Et Iohannes Baptista. Qui credit filio habet  
uitam æternam. Petrus. Non est aliud nomen sub cœlo  
datum, in quo oporteat nos saluos fieri. Idem. Huic om-  
nes prophetæ testimonium ferunt, quod remissionē pec-  
catorum accepturus sit per nomen eius, quisquis credi-  
derit

Iohan. 3

Iohan. 3

Act. 4

Act. 10

Christus et  
Apostoli,  
ubique fidei  
obiectum

derit in eum. Et Paulus, Notum igitur sit nobis viri fratrum faciunt in tres, quod per hunc nobis remissio peccatorum annuntiat gratiam Dei. Mosi iustificari, per hunc omnis qui credit iustificatur. Ad eundem modum cum ad fidem Christi totum orbem conuerterent, id praeципue credendum omnes Apostoli docuerunt, nos per Christum habere remissionem peccatorum, & uitam aeternam: hoc nomen omnes ferre ad reges & gentes, de eoque testari singulos oportuit.

Cum itaque Christus ipse & Apostoli istud fidei obiectum, redemptions Christi, & quam quisque ad se pertinere non dubitet, ubique ingerunt & urgent: nec ullo in loco istud diserte docent, fidem Christianam esse, qua omni reuelatæ diuinitus ueritati assentimur, quanquam hoc in illo continetur, quæ ratio esse possit, non hosti regni Christi, nobis quod idem Euangelij caput fideliter predicamus impingere, ut Pighius facit, nos catholicam Christi fidem perperam contrahere, nobisque ipsis & orthodoxis scriptoribus in eo contradicere.

Illa uero adhuc calumniosius obiectiuntur Lutherum, istam fidem specialem, ad Eucharistiam, & absolutionem à peccatis digne recipiendā, sic requirere, & satis esse ad percipiendā in his sacramentis gratiam Dei, docere, ut dicat, non oportere praemittere orationes, & alia pia opera preparatoria, nec sollicitum esse de contritione ac cæteris rebus ad poenitentiam pertinentibus. Lutherus enim docere uoluit, qua in re primo & per se constet nobis sicutaris Eucharistiae, & Absolutionis perceptio: quæ certe alia esse nequit, quam uera uiuaque fides, in oblatam in his Christi gratiam. Ea enim si desit, nullæ certe orationes, nulla Jejunia, nulla quamlibet anxia præparationis opera, nulla cōtritio, aut ullū poenitentiae munus quicquid valeat.

## DE IUSTIFICATIONE.

ualebit: imo nihil horum non erit peccatum, quia non ex fide factum, & hypocriticum: contra autem, si ea fides adsit, quicquid desit idoneæ præparationi, contritioni, & poenitentiae, id statim & condonatur, & sarcitur. Nam non potest uera fides non accipere, quod credit, Christum totum: et omnem eius gratiam nec potest etiam illi abesse, quamquam ante defuerit, uera contritio de peccatis, & animus ad gratiam Christi appositus.

Magis adhuc perfidiosum est, quod agens de causa Christi Pighius scribere ausus est, Lutherum negare fidem esse rerum præteriorum, sed solum futurarum, cum sciat Lutherum tantum id agere, ne quis se putet fidem teneat Christi, quæ iustificat, qui tantum eam de Christo credit, quæ ille fecit, & non etiam persuasum habeat, quæ si bi & omnibus credentibus facere posthac uelit, quæ spera res cilicet à Christo debeat in futuro.

Iam quod scribit Lutherus, habentem fidem esse librum alege, & ultrò facere quæ sciat placere Deo: idque solius gloriae Dei, nullo sui commodi respectu, id quoque Pighius facile uidere potuit, Lutherum dicere de credente, quatenus ex fide uera uiuit & agit, hoc est, qua natus ex Deo sit, & seminis Dei fructus proferat. Ita enim comparatus homo, uere in Christo uiuens & agens, nouit & considerat Christum sibi, & cum eo donata à patre omnia: certus est nihil unquam sibi mali nocere, nihil boni desiderari posse: itaque nihil aliud quererere potest q̄ gloriam Dei: & hac metitur necessario omnia.

At quam non semper agat homo fide, etiamsi præcipua pietate prædictus sit, quantum adhuc carnis omnibus adhæreat, atque nemo omnino in hac uita perfectam iustitiam assequi ualeat, Lutherus tam multis, tamque clare ubique docet, ut Pighius et alij sophistæ non satis queat exagge

## DE IUSTIFICATIONE.

145

exaggerare falsum illud crimen, eum & naturæ & gratiæ detrahere, naturamq; damnare, ac in eo blasphemum esse in Deum naturæ authorem, ut in superiori contoversia exposuimus. Docet itaque & Lutherus, docemus idem & nos omnes, quamlibet fide in Christum uera, totum teneamus & possideamus Christum: tamen nos, pro 1. Cor. 4. ppter nostræ carnis peruersitatè, fideiq; ipsius imbecillitas Gal. 5. tem, semper oportere uersari in timore & tremore: car = 1. Cor. 9. nemq; nostram crucifigere, & corpus in seruitutem redi= Quantam gere, ne scilicet quid peccemus, neue reprobî deprehensio= recte uiuen damur summaq; sollicitudine operari salutem nostram, di sollicitud hoc est Deo cooperari, ut fide & charitate, omniciq; uirtute, dinem do= ceamus. proficiamus, & ad propositam metam quam proxime Philip. 2. euadamus.

Ita Apostolus, quamuis hæc, quæ præmisi omnia do= Quantam ceat & regrat, & sibi quoq; tribuat, iuxta tamè, illa quoq; perfectio= docet, & sibi in Domino donata prædicat. Cum mortuus nem Apo= sit Christus pro nobis, & nos in illo, oportere nos, non no stulos requi= bis, sed ei, qui pro nobis mortuus est, et resurrexit, uiuere, rat. imo iā non nos, sed Christū in nobis uiuere: neminem se= 1. Cor. 5. cundum carnem nosse, nostra nulla in re querere: gloria= Gal. 2. ri etiam in afflictionibus: nihil non in gloriam Dei 1. Cor. 10. dicere, & facere. quid noua, submota omni uetus state, exhibere omnia, & in cœlis habere nostrā conuersationem, non in terra. Ex quo perspicitur, nec Paulum minorem, quam Lutherus & nos omnes facimus, perfectionem in creditibus Christo: nec nos minorem quam ille faciat, perfectionis querendæ, uel imperfectionis auertendæ cu= ram & sollicitudinē requirere. nam ipsius, imo Christi in eo doctrinā, & uerba quoq; in omnibus sequimur. Quatenus autem fides opera repudiet & ceu zelotypa, ut Pighius nos suggillat, secum non ferat, & quatenus opera Oo

DE IUSTIFICATIONE.

ipsa pariat, & necessario proferat, deinde cum de operibus agendum erit, explicabimus.

In Bugenhagijs definitione Pighius id præcipue uexat, quod fiduciam uocauit, quæ apprehendat in conscientia Christū coram Deo, & in Christo patrem. Hac n. fidei descriptione, nihil unquam, si illi creditur, dictū aut scriptū est ineptius, implicatius, portentosius: quare & singula uerba saeue flagellat: sed uide quæso quibus nixus argumentis. Quia fiducia uoluntatis sit, & fides atq; conscientia

**Argumen-** tia rationis, negat ista coniungi debere: tum quia appre-  
**tia Pighij** hendere sit, rei alicuius notitiam percipere, id ait inepte  
**contra Bu** tribui conscientię. Illud aut̄ Christum in conscientia corā  
genhagiū. Deo apprehendere, quid sit, nec intelligit, nec diuinare  
potest. Vides Christiane lector quām reprobi ad fidem  
fiant, & in quem furorem agantur odio nostri, & ambitio  
ne sese approbandi antichristis, qui se pie Ecclesiarum re  
formationi, quam molimur, aduersarios constituant?

Bugenhagijs non est professus, definitionem se fidei,  
ad dialecticorū regulas exactam, tradere hoc loco uelle:  
tamen omnia, quę propria fidei sunt, in hac sua descriptio  
ne proprie et dilucide posuit: ihs scilicet uerbis, eoq; ordina  
ne, ut naturam fidei, omnis qui sit fidei capax, facile intel  
ligat. Nec enim potest, mens, ut demonstratum est, uerā  
uiuamq; habere Euangeliō fidem, nisi animus etiam fidu  
ciam bonam de Christo, & per Christum de patre concia  
piat: & eiusmodi fiduciam, ut conscientia corā Deo, hoc  
est, in iudicio Dei, tranquilla fiat, nec nos accusatione sua  
amplius infestet: mundata scilicet ab operibus mortuis  
sanguine Christi, ut Epi. ad Hebreos prædicat. Ut dum  
nobis ex omni uita nostra male conscientia, & conscientia no  
stra ipsa nos condemnante, diffidimus de gratia Dei:  
apprehensa ex Euangeliō per fidem redēptione &  
gratia

gratia Christi, iācō consciē nobis de satisfactione Christi pro peccatis nostris, & conscientia nostra eam ipsam satisfactionem Christi, peccatis opponente, de clementia patris cœlestis confidamus.

In his quid nō est ex diuinis literis depromptum? quid non sensui pietatis consentaneum? Fide certe totus interior homo innouatur: & Christum inhabitantem recipit, mens, uoluntas, conscientia fiducia.

Et quis doceat certo, quibus hæc in animis hominum discriminibus inter se seiuangantur? Hoc sane experimur, in nobis, pro ut quisq; rem quamlibet cognoscit, ita de ea iudicat, ita sibi conscientia est, ita uult, fudit, amat, agere q; co natur. Quare leuicula ducuntur argumenta ex diuersitate harum facultatum uel actionum animi, ad inferendum diuersitatem donorum, & operationum sp̄iritus Sancti, istarum, de quib; nos agimus, fide, fiducia, dilectione, notitia. Cordi. n. in scripturis tribuitur, cognitio, sapientia, prudentia, conscientia: tribuitur etiam uoluntas, fiducia, dilectio, & omnes animi affectus. Philippus recte dicebat Eunucho, petenti baptisma, si credis extoto corde: Ita lex Dei inscribitur cordi: recondit sanctus uerba Dei in corde suo, & habitat Christus per fidem in cordibus suorum: cor etiam de peccatis reprehendit, Dixit enim Io hannes, si cor nostrum nos reprehendit (non dicit conscientia, ut Pighius hunc locum male citat) per cor tamen conscientia recte intelligitur. Pij itaq; & religiosi animi erit, in his rebus non argutari cum Sophistis (cor nostrum, etiam secundum naturam, non tantum secundum uim, & malitiam multiplicem, inscrutabile est) sed id potius rogare Deū, ut cor nostrum ipse innouet, mundum, & simplex reddat, & aperiat, quo uerbis Domini rite attendat, simpliciter credit, studiose inhæreat.

Incerta dis  
scrimenta  
facultatē  
& actionē  
animi.

Cordis no-  
mine o-  
nes animi  
facultates  
et actiones  
significan-  
tur.

Act. s.  
Psal. 149.  
Eph. 3.  
1 Joh. 1. 10

DE IUSTIFICATIONE.

**Quid Chri-** De uoce uero, Coram, quam impie ludit Pighius, cum  
**stum corā** scribit se nec intelligere, nec diuinare posse, quid sit Christus  
**Deo am-** stum coram Deo apprehendere: & rogat, an aliquando  
**plasti.** non coram Deo apprehendatur, imo an aliquid possit fieri clam, & non coram Deo. Eo profecto Pighius demon-  
strat, se Christum coram Deo nunquam apprehendisse, hoc  
est, in iudicio Dei, quod non sensit: & in ueritate, quam  
ignorat, Christum nunquam agnouisse & amplexum esse.

**Quid ap-** Aliud enim omnino est apprehendere Christum coram  
**prehende-** Deo, id est, agnoscere, intueri & amplecti eum ut serua-  
**re Christū** torem & propiciatorem uera, solidaque fide: & in iudicio  
**corā Deo.** ipso Dei, quod conscientia iam sentiat, quam quo Pighius,  
& similes illius, Christum facta, euaniendaque fide apprehen-  
dunt, iudicij diuini, ita securi, ut non sentientes. Sicut etiam  
longe aliud est uiuere, loqui & testificari coram Deo, id  
est, uiuia, & Deum pie suspiciente, fide, quod scriptura san-  
ctis tribuit: atque uersari, agereque coram Deo, ut ceteri homi-  
nes, ignari Dei, coram Deo, id est, Deo inspectore, omnia  
cogitant, dicunt & faciunt. Agnoscis ergo, Christiane  
Lector, causas, cur ita in nos Pighius debacchetur.

Similem animi peruersitatem declarat Pighius, uexando  
definitiones tidei, quae in Confessione & Apologia  
nostra, a Philippo Melanthone perscriptae sunt: quas Pi-  
ghius immenso interuallo interse diuersas, et secundum minime  
congruentes, imo pugnantes, calumniatur, & tamen cum  
adducit eas, nihil apparet, non plane congruens, imo re-  
idem, utcunque immutatis paulum uerbis, descriptae sint.  
**Que Pig-** Fidem scilicet iustificantem, esse Christi noticiam, uel co-  
**hius in de-** gnitionem, non historicam tantum, i.e. quae Euangeliū,  
**finitioni-** ceu historiam de rebus alienis, ueram quidem credat, nō  
**bus Philip-** autem sibi in eo salutem per Christum partam, promitti,  
**pi repre-** et offerri certo persuasum habeat, & amplectatur: sed qua-  
**hendit.** promissio.

promissionibus Dei Christo, certo assentimur, easq; uolumus, & accipimus, id est ad nos quoq; pertinere, persuasi sumus: eocq; toto corde illas accipimus, eisq; acquiescimus.

In his primum reprehendit, quod dicimus fidem esse notitiam, & cognitionem, quod inepte & impropre dici contendit. eo quod fides sit firmus assensus animi, quo nihil dubitamus, ea uera esse omnia, que S. scripturis prodita sunt, siue eorū notitiam habeamus, quales paucissimi reperiunt, siue nō habeamus. Hęc uero Pighij uerba firmus assensus animi, & nihil dubitare omnia scripturis prodita, uera esse, quanti Ecclesiæ referat, à filijs Dei omnibus plane intelligi, & recipi. nam nec Pighius ea intelligit, aut ulli Sophistæ, qui ueram & perfectam in suo genere fidem tribuunt, etiam alienis à Christo.

Sed ad rem, de hoc enim loco, & antea dicta plura sunt, & dicentur adhuc nonnulla. Cui quæsto rei assenti<sup>re</sup> quisq; possit, quam prorsus ignoret? Aut quis unquā cū ratione dictus est, ihs, quæ diuinis literis prodita sunt uere assentire, qui prorsus nullam eorum notitiam habeat? Ad minimum cognouisse eum oportet, qui recte dici debeat, fidem habere scripturis, aut ihs, quæ tradita scripturis sunt, ea esse à Deo reuelata, & testari, omnia à Deo condita esse, & gubernari, & per Christum restituit: aut aliam quampliā summam eorum, quæ diuinis literis continentur ut Deum esse, & remuneratorem esse inquirēntibus se. Christum Deum & hominem nos finxisse, & restituere uelle, uel simile aliquid.

Fidem esse  
notitiam  
Christi.

At qui uel tantillam credendorum notitiam & cognitionem habeat, is non potest dicinullam habere Dei & Christi notitiā, atq; cognitionem. Quomodo enim credent, inquit Apostolus, de quo non audierunt, ac in

DE IUSTIFICATIONE.

dubie, quod audiuerunt, etiam aliquo modo intellexerunt: Quæ etiam de Domino scripturæ prædicant, nisi credendo, intelligi nō possunt. Fide enim, ut coaptata et perfecta fuisse sœcula, ita & alia Dei opera & beneficia intelligimus omnia: unde & Dominus cognoscere, &

**10.17**  
**Cognosce =**  
re & crede  
**st̄ mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognoverunt ue-**  
**re in Chri-**  
**stum idem.**  
**Eph. 4.**  
**Col. 1**  
Paulus fidem & cognitionem Christi coniungit, scribēs Ephesij, Donec perueniamus omnes in unitatem fidei, & cognitionis filij Dei. Et Coloss. Vbi loquitur de fructu ubiq̄ ferente Euangelio, A quo die audiuitis, & cognovistis gratiam Dei in ueritate. Omnino ergo fides uera, cognitione Christi est.

Id certe fatentur omnes, fidem donum Dei, & uirtutem esse, spiritu Domini adspiratam, qua mens instruata, ualet et intelligere quæ in Euangelio Dei beneficia offeruntur, & eius promissionibus assentiri. Ex parte quidē cognoscimus hīc omnes: at qui nullam Christi notitiam habet, is nec fidem ei habet: et qui fidem habet, ea Christum & Deum in Christo cognoscit, quantum quidem satis est, ad uiuendum Christo & Deo.

**Quid fides**  
**historie.**  
Deinde exagitat suis conuictis Pighius in Definitionibus Confessionis nostræ et Apologiae, quod fidem iustificantem dicimus esse quidem historię, sed non tantum, uerum quæ etiam promissionem salutis Christi specialiter amplectatur, & credat sibi quocq; peccata remitti, & uitam æternam donari propter Christum.

Hic taxat primū quod Scripturā historiā uocamus, negat enim illam tantum rei gestę seriem narrationē cōtinere: Atqui illa quid a iud q̄ cōmemoratio et explicatio est, corū, quæ Dominus nostri causa, & fecit & docuit.

Illud

Illud magis uexat, quod specialem fidem requiri mus, Pighius cap  
 qua quisqp promissionem salutis pro se amplectatur. Pri pugnat qp  
 cum ait, Scripturā nec mei, nec tui speciatim meminisse, fidem spe= cialē res  
 sed loq generaliter. Deinde dicit nos nobiscū pugnare, eo quod fidem definiamus cognitionē Christi, & ta= men specialem & diuersam faciamus à Catholica, quale ex scripturis habeamus de Christo & alijs, quæ salutis no= stræ gratia in eisdem nobis tradita sunt. Hancqp specialē fidem scribit alibi, nihil habere cū catholica commercij; alibi nihil habere ab ea speciale et insigne: mox, includi in catholica, & esse eius quandam exiguum particulam: nec enim soli huic promissioni de remissione peccatorum parta per Christum, credendum esse: sed omnibus cum promissionibus, tum communionibus, tum alijs, quæ cuncte D. Scripturis continentur: eoqp nos bis ineptire, & ridiculos nos facere, quod hanc promissionem de redem= ptione Christi, distinguamus & separemus à reliquis om= nibus, quæ diuinis Scripturis tradita sunt: eamqp distin= cta, specialiqp fide credi uelimus.

Tu uero uide, lector, quam irreligiose ista, & ab omni scriptura Dei dissentanea Pighius scripscerit. & primum illud, nō esse specialē & propriā cuiusqp fidē requirendā. qp scriptura nec mei, nec tui speciatim meminerit. Christus iussit Euangeliū suum praedicare omni creaturæ, & salutem promisit omni credenti, & in suū nomen ba= ptizato: præcepit Apostolis, ut sibi omnes gētes discipu= los facerent, & docerent baptizatos, quæcunque ipsi mandasset: & Pighius audet irridere, & subsannare, ut que nec scripture, nec Ecclesiastice traditionis autoritati nitatur, hanc catholicam, & necessariam pietatis doctrinam, qua docemus, oportere unumquenque persicasum habere, & sibi peccata propter Christum remissa esse, &

Defendit  
tur specia= lis fides.

uitam

## DE IUSTIFICATIONE

Omnis de uitam æternam donatam. Et quid credet , te obsecro,  
bent crede quisquis ullū Christi sensum habes , qui in Christū cre-  
re in Chri- dis (quod Deus ab omnibus ita requirit , ut ira eius æter-  
flum ea fi- num mansura sit super eos , qui non credunt filio eius )  
de, qua ui- si non credet se habere per Christum remissionem pec-  
tā eternā catorum, gratiam patris. se filium & hæredem Dei factū  
habeant, er At si credet hoc, & credet, quia ita promisit Dominus in  
go singu- Euangeliō, et omni scriptura sua ( nam Christo omnes  
los opor- prophetæ testimoniū ferunt, quod remissionem pecca-  
tutis pro- torum accepturus sit per nomen eius, quisquis crediderit  
priam fidu in eum ) an non debet id credere firmiter, & remota omni  
ciam habe hæsitatione : Fidelis enim est Deus in omnibus uer-  
re. bis suis.

Sed de certitudine fidei infra. Nunc id defendēdum  
est, quod specialem , & cuiuscōm propriam fidem requiri-  
mus, qua quisq; cum Apostolis, & sanctis omnibus cre-  
dat, se quoq; per gratiam Domini nostri Iesu Christi ser-  
*Confessio* uari. De qua re nemo dubitauerit, quicunque aliquid de  
*propria* Christo uerē cognouerit. Hac enim de causa ab adultis  
*sacramen-* singulis, fidei in Christum confessio ad salutem requiri-  
*ta testatur* tur: singuli Baptismate abluitur peccatis suis, & Chri-  
*de propria* sto, ut in eo beatā, & æternā uitā uiuāt, inseruntur in Eu-  
*fide.* charistia, corpore & sanguine Christi singuli pascuntur,  
ut in Christo maneant, & illum habeant manentē in se:  
ita poenitentes singuli peccatis absoluuntur. Ad quid ue-  
rō hæc omnia exhibentur, si non necesse est, singulos de-  
se quoq; statuere, se per Christum habere à peccatis iusti-  
ficationem, reconciliationem cum Deo , & uitæ æternæ  
hæreditatem : Certe hæc qui non statuerit, necq; Christo,  
ut seruatore suo fidere, nec amare, aut colere eum potest.  
Necessarium igitur est, nos, siquidem volumus fidi esse  
Christi ministri, promissionē salutis in Christo, ita offer-  
re

re omnibus, ut eam singuli amplectantur, & quisq; pro se, ut sibi nominatim factam, fide certissima teneat; etiam si scripturæ, mei, & tui nominatim non meminerint. Satis enim est, quod scriptura dicit, omnes: dicit, quisq;. Et scripturæ itaq;, & Ecclesiasticæ traditionis authoritati nititur, quod specialem hanc, & propriam fidem, docemus & requirimus. Et uere, quantum in ipsis est, euertunt, & specialem & uniuersalem fidem, quicunq; huic nostræ, imo Christi, & Ecclesiæ totius doctrinæ aduersantur.

Sed quod Pighius scribit nos, hanc promissionem, iustificationis per Christum distinguere & separare à reliquis, quæ diuinis scripturis traduntur: & uelle hanc distincta, ac speciali fide esse credendam, utrumq; nobis falso impingit, si de alia Christi distinctione aut separacione intelligat, quam qua totum à partibus, caput & summa præceptorum, distinguitur & separatur, ab Ihs, quæ Dei uniuersim eo capite & summatim continentur: quæ rationis tantum, non rei ipsius separatio est. Sicut enim, ut paulo ante exposuimus, promissio salutis per Christum, continet in se totam Dei doctrinam, quæ sacris Biblijs tradita est: ita quicunq; hanc uera uiuaque fide credit, is certo & firmiter etiam credit omni uerbo Dei, & scripturæ uniuersæ, non quidem, ut fidem singulis, proprio asensu accommodet, quorum plurima, multi eximia alioqui fide præditi, in se speciatim plane ignorantia scripturis contineri, sed quod id ipsum uere credant & teneant, quod scriptura uniuersa, quolibet loco docet præcipuum: quo etiam referuntur, quæ Scriptura tradunt omnia. Christus enim cum sit finis legis, nihil in Scripturis trationis fidetur, quod non suo modo ad Christi prædicationem uniuersam pertineat: de quo nimirum sicut Mose, ita omnes prophetæ scripsierunt. Quemadmodum igitur promissio sa-

Promissio  
Christi con-  
tinet omnē  
doctrinam

Vt promis-  
sio Chri-  
sti tota scri-  
pturam,  
ita fides hu-  
ius promis-  
sionis fidē  
pertinet.  
Ita omnes pro-  
continet.

## DE IUSTIFICATIONE.

litis, partæ per Christum, non exigua quædam particula est eorum, quæ scripturis nobis tradita sunt, sed caput uniuersæ doctrinæ sacrae, quod ea omnia continet, ita nec fides huius promissionis particula exigua est fidei Catholicae, sed summa & caput huius fidei, quæ in se fidem uniuersam complectitur. Quare separari ab ea nullo pacto potest: tam abest ut nihil habeat cum illa commercij, quod Pighius, ut cætera, pro ambitionis & odij sui impotentia & cœcitate, cōtra manifestā ueritatē audet scribere.

*i. Corin. 2.  
Iohann. 14.* Est sane credendum omnibus & promissionibus, & comminationibus, narrationibus & præceptis, quæ sc̄ris Biblijs continentur, omniq; uerbo Dei, quod modo cognoscere possis esse uerbum Dei: at qui Christi promissionem uera fide tenent, h̄j nihil horum non credunt in genere; & credent ea etiā speciatim, si illis exponantur, uide recipi ualeant, esse uerba Dei. Cumq; spiritu illo diuinoruū scrutatore, & qui in omnem salutarem ueritatē inducit, prædicti sint, facile quoq; uident, cum quid nomine Dei offertur, si sit uerbum eius, an secus: si quidem id scire eos, ad ipsorum, & Ecclesiæ utilitatem intersit.

Non igitur fides illa iustificans, ut & supra dictum, eo ad promissionē redēptionis Christi à nobis defigitur, ut ulli uerbo Dei subtrahatur, sed ut in hanc promissionem, quæ omne uerbum Dei continet, defixa, indeq; cōsummata, omnia quæ Deus locutus nobis est, perfecte, atq; salutariter credat. Nec dicitur à nobis specialis fides, quod unius istius promissionis sit, & non omnis uerbi Dei; sed quia hanc promissionē, cuiq; credenti pro se applicet, & propriam faciat.

Porro nos, nō rē ipsam modo, quā docet scriptura, dū istā principem promissionem urgēmus, & ea fidē Christi definitus, sequi, sed etiā rationē ipsam docendi, qua scriptura

ptura utitur, ex supra dictis locis abunde patet. tū uel ex eo solo probari id abunde possit, quod Dominus ipse cognitionē & fidem, quam dicit, uitam aeternā, definit esse, qua cognoscimus, & credimus, quod à patre exierit, missus nobis seruator: Item quod Iohannes eum spiritū qui ex Deo est, & qui est antichristi, eo solo discernit, qd ille credit Iesum Christum, uenisse in carnem, hic non credit; et natos ex Deo, id est, Christianos, eo definit, quod credant Iesum, Christum esse: totumq; Dei testimonium, cui fides Christiana accommodanda est, complectitur eo, quod Deus dederit nobis per filium suum, & in filio suo, uitam aeternam. Omnis qui credit, inquit, q; Iesus, Christus est, ex Deo natus est. Ethoc est testimonium, quod Deus testatus est de filio suo, quod uitam eternam dedit nobis Deus: & ipsa uita aeterna in filio eius est: & qui habet filium, uitam habet &c. Vides ergo pie lector, quam & in his Pighius nullam causam, à nobis quidem, habuerit illud suis conuicijs tam impotenter exagandi, quod fidem cuiuscq; propriam, & præcipua illius promissionis Dei, de redemptione Christi, cum scriptura, & omni Ecclesia docemus, & necessariam ad salutem facimus. Agnoscis & illud, Pighium dum hanc specialem fidem oppugnat, eum fidem uniuersam Christi oppugnare & quantum in ipso est plane euertere.

Nec plus causæ habuit illud uexandi, quod in Apologia positum est . requiri ad fidem iustificantem uelle & accipere oblatam à Deo promissionem remissionis peccatorum, & iustificationem. Rursus enim id falsum sumit, toto genere hæc inter se differre, credere se iustificari propter Christum: & uelle atq; accipere oblatam à Deo promissionem: siquidem de fide uera uiuacq; intelligas, quam solam iustificare adserimus. Hæc enim,

Pp ij

## DE IUSTIFICATIONE.

eiusmodi sp̄iritus sancti, in animis hominū, de salute per  
**Fides uera** Christū parta, persuasio est, cui necessario adiuncta est, et  
et uult & coh̄eret salutis huius, & summū desyderiū, & beata p̄ce-  
percipit sa- ptio; habetq; locū in singulis, q; hac fide pr̄editi sint, illud,  
lute Chri- fides tua te saluū fecit. Recte igit̄ ad pleniorē explicatio-  
. sti. nē, quidnam fidem iustificantē intelligere oporteat, adie-  
ctum illud est in Apologia, & ne quis suspicetur, fidem  
tantum notitiam esse, requiri ad fidem iustificantem, etiā  
uelle, & accipere oblatam promissionem remissionis pec-  
catorum, hoc est, ut ex corde illam expetas, & fide quoq;  
certa amplectaris, quod in Apologia Philippus inter-  
pr̄tatur, sentire, nos propter Christum iustos reputari,  
per misericordiam.

Sunt quidem hæc, fides, desyderium, sensus qui fidu-  
**Vt, co-** cia est, spes, dilectio, & studium Christi, & in Scripturis  
hereant ut diuersa inter se descripta, sed non ut separata, & distra-  
& se conse-cta; distingui enim ratione possunt, at disiungiri re ipsa nō  
quantur si possunt. Fides donum est Euangelio assentiendi, ex audi-  
des, desyde- tu enim Euangelij est fides, at cū huic animus uerē assen-  
rīum, fidu- titur, non potest nō existere statim in animo salutis Euā-  
cia, spes, gelio oblatæ desiderium & expertentia: cumq; certus est  
charitas iste Euangelij assensus, atq; indubitus, non potest non  
Dei. adesse statim etiā animi, antea metu condemnationis  
diuīna trepidantis, mirifica quādam recreatio & ere-  
ctio, hoc est, fiducia, quam comitatur certa quoq; perficiē-  
dæ salutis expectatio, spes: quibus adiunctæ sunt neces-  
sario & ἐνθυμία, quam Paulus pacem uocare solet, &  
gaudium in spiritu sancto: item ὑπουργός, id est, patientia,  
μετεργοθυμία, id est, firmitas animi in ferendis aduersis, &  
æquanimitas in expectandis bonis,

Vt uero his omnibus unum fundamentum, est certa  
persuasio de redemptione Christi, de adoptione in filios  
& hære-

& hæredes Dei, ex gratuita Dei bonitate & misericordia, non potest animus sic persuasus per spiritum sanctū, non etiam totus suspicere, amplecti, amare Deum & seruatores suum, ex eoq; amore, uero quoq; inflamari facientur placita ei nouerit. Neq; enim ut ante diximus potest infirmior esse uis & efficacia spiritus sancti, q; nature sit, iam uim & efficaciam naturalis persuasionis & fidei, quanta sit cōsideremus.

Cogitemus hominemæ sanæ mentis, & fame grauiter laborantem: & huic iam plurimum anxiō, mortemque metuenti aduenire, qui eum ad aliquod paratum, & lantum conuiuiū uocet: sicutq; is qui uocat, eiusmodi, ut ei certā ille fidē accōmodet, adeo, ut nihil prouersus dubitet, sibi in eo conuiuio, ad quod uocat, si modo ipse uelit, & ueniat, locum fore, & optatam satietatem: possit ne huiusmodi famelicus, credens se ad tale conuiuum certo uocari, non illico, ubi mentionem eius conuiuij fieri sibi, seq; uocari ad illud, audiuerit, ab eo scilicet cui firmam habet fidem, animo toto recreari, præsumptoque cogitatione eo conuiuio, fiduciā desyderati cibi concipere, & gaudiū quoddam animi sentierat, ac q; possit propere ad conuiuiū illud accurrere; simulq; & conuiuatorem illum toto corde amare, & colere, cupereq; illi qua possit re gratificari:

Ita proponas animo, alicui periculo morbo laboranti, iam, iamq; omni ope medicorum desperata, extrema expectanti, mortemq; maximopere horrēti, indicari atque prædicari medicum, qui eū, depulso morbo, omni periculo liberare, et optatam ualeitudinem in multos annos restituere, & confirmare ualeat, id quoq; beneficij, medicum illum, cupide ei præstirum: & hunc laborantem, firmam fidem habere ei indicio & prædicationi talis medici: quis hic queat singere, talem hominem, quasi in

## DE IUSTIFICATIONE.

faucibus mortis hærentem, & mortem tamen maxime ope-  
re horrètem, indubitato credere illis, qui medicum eius-  
modi, qui certo eum uitæ restituere possit, indicent, ope-  
ramq; eius paratam ipsi esse testantur: & tamen non si-  
mulatq; de eo medico audiuit, resumpta animo fiducia,  
exultaturū esse præ gaudio, oraturum, & obsecraturum,  
ut is medicus quamprimum adducatur, eiq; medico sese  
libenter & cupide permisurum, spe certa uale etudinis re-  
cuperanda: ideoq; etiam medicum suspecturum, amatu-  
rum, ueneraturum: eiq; quibus possit modis sese appro-  
baturum: et id eo amplius, si illi is medicus, iusta de causa  
fuisset antea offensus, & tamen sic laboranti opem suam  
ultrò, nulla intercedente placatione, obtulisset.

Ea omnia etiam in animo deprehendas eius, cui ad  
mortem condemnato, & iam mortis metu examina-  
to, nuncietur, qui ipsum ex eo periculo liberare uelit, si se  
ei liberatori suo sustineat addicere, id que tantū ad libere,  
& feliciter sub eius tutela uiuendum: si quidem tam op-  
tatae nunciationi, ille solidam fidem habeat.

Si uero ualent tantum persuasio humana, & in rebus  
caducis, quæ impietas, non tantundem tribuere per-  
suasionis spiritus sancti, & de bonis æternis: Propona-  
mus igitur nunchominē, qui ex Euangeliō audiat Chri-  
stum filium Dei sibi, si uelit modo, adesse, condemnato  
ad æternam mortem, liberatorem, uitæq; beatæ & æter-  
næ donatorem: & pessimis morbis ad sempiternum exi-  
tum deducto, & in æterna morte relinqui merito, media-  
cum, qui felici, & perpetua eum restituere uitæ de-  
syderet: famem denique extremam patienti bonorum  
omnium, & digno, qui eam perpetuam patiatur, conui-  
uatorem, qui conuiuio eum perfectæ & sempiternæ sa-  
turitas.

turitatis, atque iucunditatis excipere cupiat: & prebeat idem huic Euangelio certum, firmumque assensum, nec quicquam de eo dubitet. idque persuasus ab ipso spiritu Dei, qui & cor eius aperuerit, ut attendat ihs, que Euangelion de Christo praedicat. Se docuerit, ut illis plane ac solide persuasus assentiatur, hoc est, credat, ut Euchnchus ille toto corde, Iesum, Christum & filium Dei esse, idque etiam sibi, id est, liberatorem ab omnibus malis, & largitorem bonorum omnium: modo hæc tan ta beneficia ab ipso expertas, & recipias. Qui em fieri queat, ut eiusmodi hominem, cui sic apertum cor ad a scutandum Euangelio, persuasusque de Christo animus sit, non simulatq; fide uera, uiuaque Euangeli on de Christo Domino percepit, crediditq;, toto cor derespiret, fiduciam salutis concipiatur, spe firma liberatio nem ab omnibus malis, & fruitionem omnium bono rum, per Christum expectet, pendeatq; totus ab illo, su spiciat, amet, colatque eum totis virib;: Ita, ut Abraham, ut Izahak, ut Iacob, ut omnes Patres, Prophetæ, & Apostoli, cunctique qui prædicatione Apostolorum ad fidem Christi adducti sunt, promissionibus Dei fide uera perceptis, Fecerunt: quos nimirum legimus, ex hac fide, & promissionum diuinarum persuasione, to tos fuisse immutatos, regeneratos: totos pependisse à Deo, omnem omnium rerum fiduciam in Deum posuisse: eius gratia nihil non reliquisse, suscepisse, passos fuisse, & fecisse.

Hæc igitur fides, qua quisq; plane, certoq; credit, Do minum Iesum, Christum, & seruatorem esse: sed etiam suum: hancq; Christi promissionē, specialiter, proprięq; & ad se pertinere, hoc est, fides iustificans, uer non est solum aliqua eorum, qua sacra scripturæ historia memo

rat, ex=

Auctorū 6.

## DE IUSTIFICATIONE.

rat, exponitq; notitia est, & qualisq; assensus: sed notitia & assensus eiusmodi, cui necessario adiuncta sit, & cupiditas, & fiducia, & certa quoq; (quancq; ex parte adhuc) fruitio, & possessio salutis, per Christum nobis allatae: ut qui hac fide præditus sit, non tantum intelligat Euangelium, & promissionem Christi, credatq; aliquo modo, sed ita, per noscat eam, atq; assentiatur ei, ut uelit etiam, & percipiat, fruatur, possideatq; salutem: eoq; etiā Christum toto corde amet, colat, totaq; uita demereri studeat, quatenus quidē ex hac fide uiuit, agitq; & ut ea natus est ex Deo. Docti em̄ huiusmodi sunt, & didicerūt à Patre, ideo certo ueniunt ad Christum: uos Christi sunt, sic igitur audiunt uocem Christi, pastoris sui, ut agnoscant eum & sequantur; indeq; ingrediantur, & egrediantur sub eo: & pascua inueniant, uitamq; habeant, et abundantius habeant: nec pereant unquam: ut quos nemo possit rapere de manu pastoris sui.

Hanc fidem qui uos non sunt, qui gloriam adhuc ab hominibus accipiunt, & gloriam quæ à solo Deo est nō querunt, hoc est, sua adhuc, & non quæ Iesu Christi querunt, habere non possunt, Vos, inquit, Dominus ad Iudeos, non creditis, quia non estis ex omnibus meis. Item, Quomodo potestis uos credere, cum gloriam accipitis à uobis inuicem, & gloriam, quæ à solo Deo est non queritis. En qui uos Christi non sunt, id est, ad Christum non pertinent, hi non credunt: qui uos sunt, hoc est, ad eum pertinent, hi & audiunt eum, & sequuntur: alienos non audiunt, sed fugiunt ab eis. Et ut aliqui credere non possint, inde est, quod gloriam quæ à solo Deo est, negligunt, & humanam accipiunt. Ergo ubi fides uera, necesse est gloriam negligi quæ ab hominibus est, & queri quæ à Deo est. Fiducia itaque, obedientia, & studium uerum Christi,

## DE IVSTIFICATIONE.

155

Christi, ac Dei, hoc est, & uelle & accipere promissionem Christi, cum fide uera in Christum, cohæret necessario.

Ista uisum est, hoc loco, de uia & efficacia fidei ueræ, omniumq; cum illa uirtutum connexione, præter superius dicta adiūcere: si Dominus det, ea uel aliquibus ouium suarum, qui uocem suam nondum clare satis exaudiunt, ualere, ad fugiēdos perniciosos sophistarum strepitum, & saluificam pastoris sui uocem rite percipiendam.

Subiicit præterea Pighius hoc loco ἀντιλογίαν, sed à se totam confictam. Cum enim Apologia habet, nos, ne, quis putet fidem tantum notitiam esse, addes *Uelle salutem amplius*, ad fidem iustificationem requiri, ut ueli- tē Christi mus quoq;, et accipiamus promissionem remissionis pec catorum, Pighius impingit nobis, nos scribere alio loco *in fide*. confessionis & Apologie, fidē, qua credimus nobis peccata remitti, & recipi nos à Deo in gratiā propter Christū, sufficere ad iustificationem: hoc aut̄ loco scribere eā nō sufficere: sed oportere uelle etiā & accipere promissionē Christi. At nūlq; à nobis scriptum est, fidem, qua credimus remissionem peccatorum, & placatum patrem propter Christum, si uera sit, non sufficere ad salutem: sed ne quis inanem, & non regenerantem notitiam Christi satis esse putet, adiecimus, uoluntatē quoq;, & acceptationē salutis Christi, adesse oportere: uim ac soliditatem fidei ex effectis eius declarantes. Sed qui contra Christū scribunt, calumnias scribere mirum non est.

Ex quo fonte & illud manauit: quam hoc ipso loco Pighius alteram contradictionem in nostris scriptis ostendere conat, de ortu, et causa fidei. In confessionis nostræ articulo. 5. scribis, per uerbū & sacramēta, tanq; instrumēta, donari spiritum sanctū, qui fidem efficiat in auditribus Euangelij, ubi, & quādo Deo uideatur. In Apo-

Qq

## DE IUSTIFICATIONE.

logia uero, spiritum sanctum nobis conferri per fidem. Hæc contendit Pighius inter se pugnare. Prius autem, ait, primum, non consonare cum doctrina Lutheri, do-centis in assertiōibus suis, esse hæreticam, quamuis usita tam, sententiam, sacramenta nouæ legis conferre gratiā, non ponenti obicem, nam ex diāmetro ista sibi constitui, hæreticum esse, dicere, sacramenta conferre gratiam: & affirmare, per sacramenta conferri sp̄iritum sanctum, qui non datur sine gratia. Deinde, dicit idem nouum esse, in-credibile, & alienum à scriptura: & adducit aliquot loca scripture, quibus commemoratur sp̄iritus sanctus datus & promissus credentib, negatq; exemplum nos ex scri-pturis proferre posse, quod infidelis adhuc acceperit sp̄iritum sanctum: imò Apostolum huic sententiae contra-dicere, cum negat eum Christi esse, qui eius sp̄iritum non habeat.

*Spiritus  
sanctus  
datur in si-  
delibus.*

*2. Cor. 2:*

Hic rursus uidet, quicunq; sacra Christi uel aliquan-tulum cognita habet, hunc hominem, non minus cęcū, q; imp̄js se cauillationib, totū dedisse. Etenim id uel medio criter in scripturis uersatis constat, & per fidē accipi sp̄iritū sanctū, & sp̄iritū S., qui fidem in animis efficiat, perct̄ pi uerbo Dei atq; sacramentis. Etiam hoc ipso loco Pauli, quem adduxit, non esse Christi, qui eius sp̄iritum non ha-beat, euincitur, ijs, qui adhuc infideles sunt, dari sp̄iritum sanctum, ut fideles fiant. Nam si Christi non est, qui sp̄iritū Christi non habet; certe nec Christi fieri potest, qui sp̄iritum eius nō acceperit. nam quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi sp̄iritus Dei: & quibus ea per sp̄iritum Dei reuelantur. A nimalis enim homo, ea nosse ne potest quidem, ut Paulus testatur. Quibus ergo tum, cum infideles ad-huc sunt, sp̄iritus sanctus non datur, qui mentem eis a-periat, & intellectum uerum Euāgelij suppeditet, quo si-  
*deles*

deserent his Euangelium de Christo crucifixo, aut stultitia erit, aut offendiculum: tam abest, ut illud fide percipient. Et quid sit incrementū illud fidei, quod dat Deus cum ministri prædicatione Euangelij plantat, & rigant,  
 aliud, quam adflatus spiritus sancti, mentis bona ac no-  
 uæ. Paulus Euangelion, & per hoc Christum inscripsit  
 cordibus Corinthiorum, idq; ut ipse testatur, in ministe-  
 rio, non literæ tantum, sed & spiritus. Ergo uerbo Dei,  
 administratur & spiritus Dei. Vt itaq; uerbo Dei auscul-  
 temus, & credamus, & Christi uera iam fides simus: dona  
 ri nos spiritu sancto necesse est. Id quod Ecclesia semper  
 credidit, unde & Scholastici fidem uirtutem diuinitus  
 per spiritum sanctum infusam, agnouerunt. Sed nouus  
 Pelagianus Pighius, naturæ forsan, cui scilicet nihil inef-  
 se à natuuitate uitij contendit, tribuit, posse hominem ex  
 se credere Euangelio, spiritu Dei nondum innouatum.

At dari spiritū per uerbum & sacramenta, si non recte à nobis adserit, male dixit seruator, neminē posse regni sui fieri participem, nisi renatum ex spiritu & aqua. Et Pau-  
 lus. Ex operibus legis accepistis spiritum, an ex auditu fidei? Et quid datur Baptismate infantibus, si eis spiritus sanctus non datur, qui in eis, cum adoleuerint, ipsiq; ui-  
 sum fuerit, fidem efficiat: quaue ratione, erit baptisma  
 in illis lauacrum regenerationis, & innouationis spiritus Tit.,  
 sancti: Sic & impositione manuum, nūquid dabatur spi-  
 ritus sanctus ab Apostolis, & spiritus fidei? In Eucharis-  
 tia quoq; cum datur Christus, quis orthodoxus dicet  
 non etiam dari spiritum sanctum?

Sed dicit Pighius, credentibus tantum sacramenta, si-  
 quidem adulti sint, nō infidelibus, qui fidem Christi nō  
 cōfiteuntur, dari: ergo nec spiritum sanctum. Verum hoc,  
 nemini adulto, ullum sacramentum conferendum est,

Qq. ij

## DE IUSTIFICATIONE.

nisi fidem Christi confessio. Quare adultis spiritus san-  
**Fidem ha-**ctus per sacramenta non in hoc datur, ut fidem in eis effi-  
**betibus da**ciet, qua adhuc penitus careant: datur autem ut in eis fi-  
**tur spiri-**dem confirmet & fructuosam faciat. Ita, ut Paulus opta-  
**tus sanctus,**ut in fidebat Romam uenire, quo credentibus, qui illic erant, & ea  
**confirmen-**fide prædicti erant, quæ celebrabat toto orbe, impartiaret  
tur.  
**Ephe. i.** aliquod donum spirituale, ad confirmandam fidem eo-  
**Ephe. 3.**rum. Et Ephæsijs precabatur dari à Deo, spiritum sapien-  
tiæ & euelationis, ad cognoscendum Christum; utqe sci-  
rent, quæ esset spes uocationis eorum. Item, corroborari  
per spiritum Dei uirtute in interiori homine, ut inhabi-  
taret Christus per fidem in cordibus eorum: in quorum  
tamen cordibus pridem domicilium sibi constituerat.  
Erat enim & horum fides eximia, & preclaris fructibus  
celebris.

**In hac uita** Sed sicut fide uiuunt filij Dei omnes Christiani, &  
**fidem auge-** huic fidei, cognitionique filij Dei, multum, quamdiu hic  
**ri semper** uiuitur, deest: ita omnis Ecclesiæ doctrina, cohortatio, &  
**oportet.** sacramentorum administratio, quia omnis quoqe preca-  
tio, eo intenta est, ut qui credunt in Christum, firmius &  
perfectius credant: eoqe spiritu Christi magis magis qe

**actio Eccle-** impleantur: per quem & fides & dilectio, & omnis, cum  
**sie ad au-** uirtus, tum actio noui hominis, constat, efficitur, augetur  
**gendum si-** & perficitur. Vnde Paulus cum precabatur Roma-  
nos impleri gaudio, & pace in credendo, in hoc ut spe  
essent auctiore, subiecit, in uirtute spiritus sancti: hoc ni-  
mirum eis precatus, ut ex uirtute spiritus sancti sic credē-  
do proficerent, quo spe confirmationes, pleniore etiam  
gaudio & pace, id est, spirituali animi tranquillitate, & iu-  
cunditate in Domino, uiuerent.

Datur igitur spiritus sanctus, & non credentibus, ut  
credant: & credentibus, ut firmius credant, daturqe, hoc  
est,

## DE IUSTIFICATIONE

193

est, offertur omni predicatione Christi, & omni sacramēto-  
rum eius administratione: quia his offertur semper <sup>tus sanctus</sup>  
communicatio Christi, adoptio & ob-signatio in filios <sup>nō dum cre-</sup>  
Dei: quae non nisi per spiritum sanctum, & offertur, & re-<sup>dentibus,</sup>  
cipitur, & augetur, & absolvitur. Ipse enim est, qui in his <sup>ut credant.</sup>  
loquitur & agit omnia. Matth. 10.

In ijs locis, quæ Pighius adducit, ut ostendat, tantum  
credentibus dari spiritum sanctum, non ignorat, scriptu-<sup>1. Cor. 1.2</sup>  
ram loqui de ea spiritus sancti manifestatione, et uirtute,  
qua baptizati & perfusi fuerunt Apostoli in die Penteco-<sup>Matth. 4</sup>  
stes, nam quod Domino ante crediderant, eum c̄ prelictis <sup>Apostoli</sup>  
omnibus consecinati erant, id nisi per spiritum sanctum, <sup>nō nisi per</sup>  
tam non potuissent, quam id non potuerunt Iudei, qui <sup>spiritum s.</sup>  
Christum persequabantur. Domino adh̄serūt

Nec, ut arbitror, negabit Pighius, cum Deus scribitur  
aperuisse cor Lydiæ, ut attenderet ijs, quæ dicebantur <sup>Act. 16.</sup>  
Paulo, & crederet, id opus fuisse spiritus sancti: ad eun-<sup>Evangeliū</sup>  
demque modum necesse esse corda aperiri per spiritum <sup>ministeriū</sup>  
sanctum omnibus, qui credere Euangelio debeant: cum, <sup>spiritus.</sup>  
ut dictum, nemo, nisi spiritus Dei, que Dei sunt, percipit: <sup>1. Cor. 2.</sup>  
& omnes quibus datus spiritus Dei non fuerit, anima-  
les sunt, & quæ Dei sunt, pro stultitia habent. Certe ubi  
non est predicatio Euangeliū administratio spiritus, ibi  
litera est occidens, & nihil Christi. 2. Cor. 3.

Sed quod dicimus spiritum sanctum donari a dienti-  
bus Euangelium, qui fidem in eis efficiat, ubi, & quan-  
do Deo uisum sit, id Pighio mirum, & stupendum est,  
quo nihil dici, aut cogitari possit absurdius: nam sic illud  
interpretatur fidelis interpres, ut idem sit, atq; Dari spiri-<sup>Blasphem-</sup>  
tum sanctum infidelibus, qui non credunt Euangeliū; <sup>mū Pighij</sup>  
& hunc tam diuinum spiritum, non in omnibus, nec sem-<sup>sophismā</sup>  
perfidem efficere; sed nutum adhuc Dei cuiusdam ex=ta.

Qq ij

## DE IUSTIFICATIONE.

pectare, quo accepto, tum demum operari fidem.

Quid uero possit dici, aut cogitari magis impium & blasphemum, quam his tam puerilibus sophismatis ludificari doctrinam Christi? Ut enim iam paralogismo cauillatus est homonymias, cum nobis loquettibus de spiritu sancto, quo donari intelligimus, & tide amplectimur, quae nobis donantur Euangelio: ipse infert de spiritu

*Iohann. 7.* sancto, quem accipiebant credentes in Christum de spi-

*Aliud manu-* ritu sancto, qui Christo nondum glorificato, non erat:

*nifestatio-* ita hic ludicit sophismate accidentis. Cum enim nos dici-

*spiritus,* mus, donari spiritum per uerbum & sacramentum, ille ad

*Aliud scripturæ-* iungit, quod illi donationi accidit, non cohæret necessa-

*crendi.* rio, spiritum sanctum, ab ihs, quibus donatur. i. Euangelio

*Matth. 13.* offert, illico percipi, quod nos non dicimus. Audiunt enim plerique, ut non intelligant: & selectis tantum ad id

*Iohann. 3.* diuinitus datur spiritus sanctus, quo mysteria regni cognoscant. Nam spirat, & operatur fidem spiritus san-

ctus ubi ipse uult, hoc est, ad suum ipsius, non Dei cuius-

dam alterius nutum, ut blasphemat Pighius.

Hinc multi audiuit Euangelisti, q nunq, multi qui post

q s̄epe, ac diu audiuerunt, credunt, quidam illico. Inde

cum spiritus sanctus fidem efficit, ea quidē ratione, quae

*Rom. 10.* nobis in scripturis traditur, efficit eam, in audientibus

*Spiritus sanctus* Euangelium, ut sit fides ex auditu: quod cōtra fanaticos

*fides in confessione positum est:* qui, contemptu Ecclesiæ mi-

*efficit audi* nisterio, adflatus celestes, sibi, & alijs falso pollicent. Do-

*centibus Eu-* natus itaq Euangelio, id est, oblatus omnibus spiritus

*angelium* sanctus, fidem efficit in ihs, quos ipse ad id, à reliquo mun-

do secreuit. uocat enim quos prædestinavit, & efficit cre-

*Roma. 8.* dentes tū, cum cuique suum tempus acceptabile aduen-

tit, & dies salutis illuxerint.

In infantibus uero, quibus spiritus sanctus baptismate

datus

datus est, tum demum fidem illam, quæ ex auditu est, effi-  
cit spiritus sanctus, cum audire Euangelium cooperint. *Qualem fidem*  
Nam quod quidam nostrum (ut & hanc Pighij calum-  
niam repellam) infantibus fidem tribuunt, iuxta illud,  
*infantes*  
*habeant.*  
Qui offenderit unum de paruulis istis, qui in me credūt,  
id est, sunt ad credendū mihi incorporati, hi intelligunt  
per fidem, donum spiritus sancti, ei ætati congruens, si  
enim regenerati sunt in uitam nouam, et fidei, inchoatio-  
nem huius nouæ, ac uitæ fidei, non adeo alieno à scriptu-  
ris loquendi modo (ut Pighius calumniantur) fidem illi  
uocarunt. Spiritum itaq; fidei, qui receperit, fide certo  
pollebit, et fide potēti, si spiritum eum acceperit plenius;  
infirmiuscula, si adflatus sit eo spiritu tenuiter; inchoata,  
si ad fidem, regeneratus, nondum ad ætatem fidei perue-  
nerit. In his nihil est, uel portenti, uel absurdum, aut obscu-  
ri etiam, ijs modo, qui Christum querunt; nec sunt fasci-  
nati spiritu antichristi.

Id autem quod Lutherus scripsit, esse sententiam hæ-  
reticam, dicere, sacramenta conferre gratiam, non ponen-  
tibus obicem, idem etiam in assertione huius dicti sui  
abunde declarauit, se scripsisse de collatione gratiæ, quā  
uulgas sibi ex ipso externo opere in sacramentis, absque  
fide in promissionē Christi, quæ sacramētis offertur, con-  
ferri falso credit. Alioqui si sua illa uerba, non ponenti  
obicem, schola recte intellexisset, et populo satis declaras-  
set, præcipuum scilicet obicem esse, qui gratiæ Dei oppo-  
nitur, infidelitatem, & contemptum gratiæ, quæ sacra-  
mentis offertur, dum ea non uera, grataq; fide percipiuntur  
collationē gratiæ in sacramentis, fieri uirtute, non ope-  
ris externi, siue ministri, sacra mysteria dispensantis, siue  
ea sumentis; sed Christi agentis interne, per ministri ta-  
men ministerium, & suscipiētum fidelem perceptionē;  
nihil suisset in his uerbis eorū in cōmodi. *Quæ*

*Hereticā*  
*Sacramen-*  
*ta confe-*  
*re gratiam*

*Orthodo-*  
*xum sacra-*  
*menta con-*  
*ferraregra-*  
*tiam.*

DE IUSTIFICATIONE.

Quæ facile ita intelligent & interpretabuntur īj, qui=bus mos placet Ecclesiæ Dei, omnia ad gloriam Christi & ædificationem Ecclesiæ commode referend: & inter=pretandi, & nulla in re friuole contendendi: multoq; minus pie dicta, impie, ut Sophistæ faciunt, conuellendi. Quam enim multa, & in doctrina, & in ipsa sacramento=rum administratione tradita, atque usurpata sunt hacce=nus, & adhuc docentur & geruntur, quibus impia illa, & pernitiosa opinio, hominibus obtruditur & confirma=tur, gratiā Dei sacramentis percipi, etiam ab ijs, qui ne in=telligunt quidem, quāq; adulti, quid ipsis per sacra=menta offeratur: tamq; fide uera in Christum, & totum opus salutis nostræ, quod sacramentis administratur, uacui sunt, ut uita ipsorum cum doctrina Christi tota pugnet: quibuslibet nimirum sceleribus & flagitijs adobruta. Aduersus hanc itaque totius pietatis ueterem, & perpe=tuam pestem dimicanti Lutherο, id profecto diligenter urgendum fuit, (uti supra, cum exponeremus causas dissi=dij præsentis, declarauimus) q; impium & in Christum blasphemum, Ecclesiæq; noxiū sit, putare gratiā cōfer=ri pér sacramenta, non uiua fide cōmunicatibus.

Quare ur=gendum, sa=cramenta esse instru=menta gra=cie. Ita dum Anabaptistæ, alijsq; Ecclesiæ sanctæq; fidelium communionis hostes, totum sacrum ministerium, & my=sterium, uerbi atq; sacramentorum oppugnatent, & tan=quam rem externam, & ad innouationem nostri planē inefficacem, quantum in ipsis erat, euerterent, contra hos id rursus adserendum strenue fuit, uerbum & sacra=menta instrumenta esse, per quæ sp̄ritus sanctus, & Christi communicatio, offertur quidem omnibus, siquidem in=stituto Christi illa administrantur, percipitur autem rite & saluifice, ab ijs tantum, qui ea fide suscipiunt.

Adhuncmodum qui candide consyderet, qua quicq; occasione

occasione, quoque sensu à nostris scriptum sit : & Christi gloriam, Ecclesiæque salutem quærat, non quæ sua sunt, sub nomine Christi & Ecclesiæ, is etiā ea, quæ uidentur à nostris, uel in uulgata rei Ecclesiastice administratiōe, notata esse & reprehensa insolentius, uel ex D. scripturis uetericque Ecclesiæ doctrina asperius uindicata & reducta, facile uidebit re ipsa, sicut scripturis esse consentanea, In scriptis ita nec inter se, nec cum communi Ecclesiarum, & per Lutheram petuo consensu dissidere: commodaque & candida explicatio nis multa catione ad ueram & Ecclesijs utilem consonantiam de offendunt duci facile posse. Sicut Philippus pridem cum in recogni quia ini ta Confessione & Apologia, tum aliás, quæ poterat uide que inter dicta, uel durius, uel obscurius, diligenter mitigauit & pretantur illustrauit : uti & in præsentí loco fecit, de spiritu S. & effectu eius, fide, explicando, ut ille fidem simulatque Euā gelio percipitur, in animis efficiat, inscribens quod au- ditur Euangelium, non in tabulis lapideis, sed carnali- bus cordis. Hęc respōdere uisum est, ad ea, quæ Pighius cōtra definitiones fidei quę sunt in cōfessione nostra & Apologia, sophismata et calumniosa crimina obiecit.

Postremo aggreditur & Caluinum, cui quanque uni ex nostris, aliqd lucis et probabilitatis tribuat, tamen nec in huius uel definitione, uel explicatione definitionis, quicquā certi aut solidi, si uniuersa excutiantur, inueniri contendit: sed eisdem omnino argumentis, quę contra definitiones Lutheri, Pomerani & Philippi protulit: Fidem doceri à nob. promissiōis Christi: ergo exigua tantum fidei particulā, nō fidē uniuersam, id aut uitiosum esse. Itē, fidē Catholicā esse, omnis diuinitus reuelatę ueritatis: igitur ture etiā omniū promissionū Dei: ac etiā illius principiis promissionis de salute parta per Christū: eā autē uniuersam fidē, & in alienis à Christo deprehendi, nō igitur iustifi

## DE IUSTIFICATIONE

carinōs hac fide. Tertio tribuere Caluinū, ut nos reliq̄s, si  
dei, ut p̄ eā sincero cordis affectu, et amore afficiamur  
erga deū: idc̄p̄ dīci cōtra ipsam rerū naturā, et rationē. Fi-  
dē, n. definiri à nob. notitiā et assensum, quę sint ratiōis: fi-  
dere autē & amare, esse cordis: quo nomine, cum trans-  
fertur ad animū, significari partem animę affectuosam  
& imperiosam. Quarto, ut fides prōmissionis Christi ad  
amorē Dei prouocet, id tamen nō solam facere, sed fidem  
prōmissionū quarumlibet. Adhac, tametsi amati notitia  
amorē efficiat, eū tamen nō pendere ex ea notitia, ut inte-  
gra, tota c̄p̄ sua causa. Quinto, fidem aliquando dīcī spēm  
& fiduciam, quę sint à fide distincta & diuersa.

**Fidem re-**  
**dēptionis**  
**Christi cre-**  
**denda om-**  
**nia comple-**  
**ti.**

Adhac uero omnia iā satis superc̄p̄ responsum est. Ad  
primā. n. obiectionē, diximus: cunctā hominibus reuelata  
diuinitus ueritatē, & tradita in scripturis om̄ia, cōtine-  
rii hac prōmissionē: Christus uenit in hunc mundū, ut pec-  
catores saluos faceret: ideo non nos primos, sed oēs pro-  
phetas, Christū ipsum, & A postolos, fidē Christianā de-  
finiuisse, fide remissionis peccatorū, & salutis ēternę per-  
cipiendę per Christū. Nā si omnia quę sunt diuinitus ho-  
minibus reuelata credas, & hanc prōmissionem non te-  
neas, fide adhuc cares uera et Christiana: at q̄ prōmissio-  
nē Christi uere firme c̄p̄ crediderit, is nō potest nō omni-  
bus diuinitus reuelatis, quātū quidē ad salutē cuiq̄ satis-  
est, credere. Nec. n. poterit quisq̄ credere se per Christū  
patri reconciliatū, donato sibi spiritu, quo Deū patrē in-  
uocet, & de paterna Dei erga se charitate & hæreditate  
certus sit, q̄ nō et patrē, et filiū, et spiritū sanctū credat: qui  
nō teneat a Deo omnia, cōdita esse & gubernari: qui non  
recte sentiat de mysterio incarnationis: qui non doctri-  
nam Dei cognoscat & credat uniuersam: etiam si plae-  
raq̄ in scripturis tradita ignoret,

Vt igitur in omnibus reliquis doctrinis, & cunctis arti-  
bus sit, ut definiant generali aliquo omnium preceptorū  
capite, quo cetera omnia continentur, ut Physica dicit esse  
de motu: moralis philosophia, de virtute, & uiuendo secun-  
dū naturā: Politica, de bono ciuitatis: ita definitur sacra  
scientia, quæ uerā & eternā hominis felicitatē docet, fide  
& cognitione Christi. Vnde Dñs ipse toties dicit uitam  
eternā habere, qui sibi credit, at nec Christus, nec ullus si-  
ue prophetarū, siue Apostolorū, dixit, qui credit omnia  
diuinitus reuelata, habet uitā eternā: quanq̄ qui hęc uera Christi.  
uiuac̄ fide credit, etiam in Christum credit.

Sed de hac re supra plus nimio dictum est, mittemus Fol. 142. et  
itaç tandem hunc paralogismum accidentis: prædicatio 143. & sec-  
salutis factę per Christum, est particula credendorum, er quentibus.  
go qui hanc credit, particulam tantum credit uerbi Dei,  
nec enim quia illud, Christum seruare populum suum  
à peccatis, inter ea, quæ scriptura cōmemorat, qd ad uer-  
ba attinet, particula quadam est, ideo qui hanc particulā,  
quæ ipsa totam scripturam continet rite credit, particulā  
tantū habet fidei. Sicut nō sequit̄ præceptio de syllogis-  
mo, pars tantum est artis logices; ergo qui rationem sylo-  
gismi plane cognitam habet, is tantum particulam tenet  
logicā: cum nemo scientiam syllogismi plenam habere  
possit, qui non totam logicam artem teneat.

Sic & ad secundum paralogismum homonymias,  
satis responsum est, nos enim, secuti Christum, uiuæ fi-  
dei iustificationem tribuimus, quæ nimur intelligen- Paralogis.  
da est, cum fides simpliciter & pure ponitur, ut supra di- Pighij  
ximus: Pighius autem obiectit de fide mortua. <sup>Paralogis.</sup>  
<sup>Quoniam.</sup>

Ita etiam rejectum est sophisma tertium, secundum Fol. 139.e  
quid, in quo, q̄a natura diuersæ actiones sunt, credere, fide <sup>paralogis.</sup>  
kantari.

DE IVSTITIFICATIONE.

re, & amare, inferteas etiam inter se distractas esse subiecto, nec cohærcere necessario, & aliud in alterius definitio-  
ne non recte ponit, ut proprium. Quodque falso sit, item  
<sup>Pol. 145. &</sup> supra ostensum est. Fidem enim ueram solidam que ha-  
<sup>sequenti. 150</sup> bere, maxima bona pollicenti, non potest non & spem  
<sup>& sequen-</sup> eorum bonorum, & amoreum summum pollicentis ex se  
tibus. gignere. Est & illud declaratum, cordis nomen, non solū  
uoluntatem, sed etiam mentem in scripturis significare.

Nec in quarto cauillo, quod fecit inscītia confutatio-  
<sup>Paralogis.</sup>nis, īnest, cui occursum non sit. nam amorem, studiumque  
<sup>ā vīas rē</sup> Dei ex omnibus Dei erga nos operibus & promissis pro-  
<sup>īlīx.</sup>uocari, nos non negamus: tametsi ex cognita redemptio-  
ne Christi primum cætera Dei beneficia recte ut a nobis  
cognoscuntur, ita & ad amandum Deum prouocat. Ita nec  
illud dicimus, fiduciam & amorem pendere a notitia, ut  
sua integra, & tota causa. Scimus enim & nos, fidere &  
amare, uoluntatis germen esse: sed quod illa ex notitia  
confirmata, quamuis libere, certo tamē, & necessario pro-  
ferat. Sed nec uoluntas, nec notitia certa & efficax, harū  
actionum tota causa est: sunt enim hæc & credere, & fide-  
re Deo, et amare Deum, effecta spiritus sancti: quanq̄ spi-  
ritus sanctus naturæ, quam finxit, ordinem seruat, ut ex  
auditu notitiam, ex notitia fiduciam, et amorem in nobis  
producat: idque multo, quis nature, pleniū et perfectius.

Non minus repulsa supra est & quinta Pighij ambi-  
<sup>Paralogis.</sup>guitatis cauillatio. Explicatum enim est, cum dicitur a no-  
<sup>ā vīas rē</sup> stris fides, fiducia aut spes, id dici non eo, quod fi-  
des id ipsum sit, quod fiducia, uel spes, sed quod fides non  
sit absque fiducia & spe. *πόσας*, n. est, rerum sperandarū:  
ut est certa persuasio, *λεγχ* & beneficiorum Dei, nondū  
apparentium, & in futuro perficiendorum. Dicitur &  
Christus fiducia & spes nostra, non quod id ipsum sit,  
quod

quod fiducia & spes, sed quia is est, quo uno utraq<sup>u</sup> nitit,  
quare etiā in utriusq<sup>ue</sup> definitio<sup>n</sup>e ponitur. Nec nos itaq<sup>ue</sup>  
ignoramus hæc, fidem, spem, amorem Dei, & fidu-  
ciam, & conscientiæ gloriationem, inter se distincta & na-  
tura sua diuersa, sed non necessario connexa esse, fideiq<sup>ue</sup>  
perpetuo coherere, id uero, secuti uerbum Dei, pernega-  
mus, de quo admodum multa iam diximus.

Subiicit hic Pighius, se quoq<sup>ue</sup> agnoscere fiduciam, fi-  
dem, spem, amorem, conscientiæ gloriationem, quanq<sup>ue</sup>  
in se distincta & diuersa sint, tamen unum ex altero oriri,  
& pendere: ex fide enim quæ Dei benevolentiā in Chri-  
sto proponit, nasci spem, qua de ea benevolentiā confidi-  
tur, & ad Deum acceditur affectu, amoreq<sup>ue</sup> cordis: quo  
cum Christus tenetur, uniri cum eo hominē glutino spiri-  
tus, & incipere eius suaritate perfundi, consolationes  
sentire, & uelut amicum amico familiarē fieri: ex qua de-  
mū familiaritate, illam nasci fiduciam, et spe gloriationē.

Hac omnia insimulat nos Pighius, tam diuersa in ue-  
num confundere, & in unum fidei uocabulum inclu-  
dere, ac proinde contendere, nos sola fide iustificari: quo  
nihil aliud agamus, q<sup>u</sup>od ineptissime & pertinacissime falsa infi-  
altercantes de uocula, rem ipsam nolimus intelligere, mulatio of-  
simō studio quæramus obscurare: & inuolutorum per- fertur ob-  
plexorumq<sup>ue</sup> uerborum fumos in oculos suffundere, ne securatæ ne-  
ritatis.

Nos uero nihil minus quā de uoculis altercari stude-  
mus: & tenebras inuolutorum & perplexorum uerbo-  
rum, quantum possumus defugimus: sequentes in omni-  
bus, quantum datur, lucem spiritus sancti, & præcepta  
eius pura, quæ oculos illuminant, & dāt intellectum sim-  
plicibus. Eoq<sup>ue</sup> in nomine si dei nihil prorsus includimus,  
quod nō includit in eo scriptura, tribuimus & spei, & a-

De consecra-  
tione fidu-  
cie et spei  
Pig. imagi-  
natio fal-  
sa.

Scripture  
lucem, non  
tenebras ra-  
tionis se-  
quimur.  
Psa. 19. C.

Rr iii

## DE IUSTIFICATIONE.

mori, studioq; Dei, quæcūq; illis tribuit spiritus sanctus;  
nec ullam noui hominis uirtutem, non suo numero & lo-  
co prædicamus. At quia eo ipso, sicut ex scripturis hoc di-  
scimus, ita etiam loquimur, & prædicamus, fide & cogni-  
tione Domini nostri Iesu, constare nobis, sicut apprehen-  
sionem certam misericordiæ Dei in Christo, adoptionem  
Dei in Christi filios Dei, & uitam æternam: ita etiam totam nouam cre-  
sto, ita etiam aturam, & regenerationem, spem uitæ æternæ, amorem,  
nouam uitam, studium & obsequium, uerumq; cultum Dei: atq; hæc fi-  
dei ueræ deesse non posse; & adesse cuiq; pro eo modo,  
quo fides cuiusq; fuerit.

*Fide ut ap-*  
*prehendi-*  
*tur gratia*  
*Dei in Chri-*  
*stos, ita etiā*  
*nouam uitam.*  
*Ex amore*  
*Dei famili-*  
*aritas &*  
*ex hac fidu-*  
*cia incre-*  
*mentum.*

*Roma. 8*

Scimus qui adhæret, quiq; cōglutinatus est Domino,  
eum unum esse cum eo spiritum, & quo in ea coniunctio-  
ne quisq; proficit, eò magis unum cum Domino spiritu  
fieri. nec inficiamur, ex confirmato amore, & continente  
studio Dei, existere quandam cum Deo familiaritatē, atq;  
ex hac fiduciā & spē in Deum augeri atq; confirmari, at  
nasci ex ista familiaritate, fiduciā in Deum, spēq; uitę bea-  
tę, id uero, quia nulla docet scriptura, imo docet contra-  
rium, nō credimus, & inficiamur. Quo per spiritum S. di-  
lectio Dei largius diffundit in cordibus nostris, hoc om-  
nino plenior fiducia de Deo, & certior spes existit perfici-  
endi in nobis operis, qd Deus coepit: at q; primum iustifi-  
catio Christi fidei percepta est, iā hæc Dei dilectio in cor-  
dibus nostris per spiritum S. diffusa, & adoptionis fidu-  
cia fixa est: tū. n. sp̄itus S. obsignator electorū, testimo-  
niū p̄bet sp̄itui nostro, nos esse filios Dei: iā clamamus  
abba pater: idq; non nisi fiducia filiali, et spe uitę æterne,

Hunc sane ordinē in his partib. restitutioñis nostræ  
scriptura ponit. Primitū omnium numerat prænotiōnem,  
prædefinitionē, electionē in Christo, ante conditū mun-  
dū, ex ultronea Dei bonitate & misericordia profectam,  
deinde

## DE IUSTIFICATIONE.

100

deinde donationē & traditionē, & à mundo segregatio= Ordo refū  
nē, qua pater qui sui sunt, donat, traditq; et segregat filio tutionis  
suo de mūdo, ut ille à mundo segregatos restituat in uitā nostrae.  
æternā. mox uocationē, & Euangelij prædicationē, & in Electionis  
hac, tū doctrinā patris defilio, atq; reuelationē filij: tum nomina.  
traditionē uerborum patris, quē filius tradit donatis si= vocatio=  
bi à patre: tum, sp̄ritus sanctus persuasionem, & Euangeli legisq; diuinę in corde hominis inscriptionē. Ex qua nōmina  
est, sicut cordium de peccatis, & peccati condemnatione penitentia  
compunctio, consternatio, ueraq; & uiua poenitentia: ita tia unde.  
etīā filij à patre reuelatio, & ad filium attractio: & patris  
quoq; reuelatio, nominisq; eius notificatio per filiū: spiri Vnde fides  
tusq; sancti unctio, ob signatio, & contestatio, ex qua per  
cipimus, & credimus, Christum & nobis à patre, & cum  
eo donari omnia, remissionem peccatorum reconciliatio  
nem cum Deo, iustificationem in iudicio Dei, adoptio  
nem in filios & heredes Dei, atq; uitam æternam.

Hoc iā uno, eodēq; opere patris, filij, & spiritus S. effi= Opus refū  
ci fidē scriptura testatur: et fide, totius interioris hominis tutionis  
regenerationem, & innouationem, qua homo Christum nostrā uniu  
iplūm, & in eo patrē, & spiritum S. recte cognoscit, toto de.  
que corde complectitur: fiduciaq; filiali concepta adit Effecta fidei  
thrōnum gratiæ, patrem, perditō filio effusa charitate oc dei.  
currentē, inuocat: stat immotus in hac gratia, & glo  
riatur in spe gloriæ Dei. Hac itaq; dilectione Dei erga  
nos, ex cognitione nominis eius profecta, manēteq; iam 10an. 17  
& uiuente in nobis Christo, etiam nostra erga Deum  
existit, uigetq; dilectio.

Et quo quisque planius agnoscit quām multa sibi à incremente  
patre per Christum peccata remissa sunt, & quām am= ta fidei,  
pla bona donata, hoc est etiam quisq; ardentiore in De=  
um charitate, & pietate, quæ studium suum excitat ser= uandi

## DE IUSTIFICATIONE:

uandi præcepta Dei: quæ studio, quæ gratificandi Deo assiduitate, augescit iudicis cognitio Dei, confirmatione fit fiducia in Deum, & expectatio perfectæ felicitatis: totusque nouus & interior homo magis magisque perficitur. Dum enim reuelata facie, honeste, mente diuino lumine perfusa, gloriam Domini speculamur, hoc est, in speculo Euangelij propius intuemur, & clarus peruidemus, transformamur etiam atq; etiam ad eandem imaginem unigeniti filii Dei, ad quam & conditi sumus: & ut per Christum reformaremur, atq; rursus glorificaremur, prædestinati, uocati, & iustificati: donec ea imagine perfecta, & regeneratione nostri consummata, uideamus eum sicuti est, & cognoscamus eum, sicut ab eo cogniti sumus, diligamus eum, sicut dilecti sumus, hoc est, absoluta in nobis cognitione Dei, & quem misit, Iesu Christi, filii sui, uita æterna plene perfruamur. Hunc ordinem restitutionis nostræ uides pie lector, in sacra scriptura ubiq; describi, sed lege tantum, & religiose consydera, quæ paucula subiçiam.

**Ordo restitu** *Vt primū, quæ Dñs apud Iohannē dixit de credendo sibi, et ueniendo ad se, atq; manducando se. Ibi uidebis ut donationem, doctrinam, & tractum patris sequitur, uenire ad Christum, uidere eum, & credere in eum, manere in eo, & habere illum manentem in se: eoq; habere uitam æternam, & spem certam beatæ resurrectionis. Ita in preicatione Domini apud eundum Iohann. rursus cernes selectioni & donationi patris, qua suos donat filio: adiungi donationē uitę æternę per filium: & hanc perfici, per communicationem uerborum, & sermonis patris, quæ præbet filius, eisq; excitat in nobis cognitionem sui & patris, id est, fidem: quam consequitur, ut electi sint unum, eoq; gloria Dei fruantur, perfecta in eis dilectione, qua diligit pater filium.* **Ad**

**1. Cor. 4.**

**Ro. 8**

**1. Iohann. 3**

**1. Cor. 11**

**Iohann. 17**

**Ordo restitu  
tutionis no  
stre.**

**Iohann. 6**

**Ordo salu  
tis Iohann. 17**

Ad eundē modum Petrus adiungit prænotioni Dei Ordo repa  
patris, sanctificationem spiritus, huic obediētiam, id est, <sup>tationis no</sup>  
fidem Euangelij: & huic aspersionē sanguinis Iesu Chri  
sti, id est, à peccatis purgationem, iustificationē, & rege-<sup>fræ.</sup>  
nationem in spem uiuam, quæ seruatur in coelis ihs, qui  
custodiunt ad salutē, finem fidei, uirtute Dei, & per fidē.

Sic Paulus ad Romanos capite, 5. (quem locum su-  
pra bis attigimus) iustificatis ex fide, pacem erga De-  
um, liberum aditum, & firmitatem in gratia, & gloriatio-  
nem in spe gloriae, gloriationē cō in aduersis, tribuit. Et  
ad Ephesios, beneplacito diuinæ voluntatis præfinitio-  
nem, et electionem in Christo: electioni, & præfinitioni,  
adoptionem, in sortem sanctorum deputationem, & gra-  
tificationem nostri in dilecto, hoc est, redemptionem in  
Christo, per sanguinem eius, remissionem peccatorum,  
secundum effusam largitatem gratiae eius: quam percipi-  
mus credentes sermoni ueritatis, Euangeli salutis no-  
stræ, ob signati spiritu promissionis sancto, qui est arrabo  
hæreditatis nostræ, & perfecte redemptiōis nostri, qua  
& acquirimur, uindicamusq; nos plene domino, & ip-  
sam uitam Dei, cœlestem hæreditatem perfecte acquire-  
imus, & possidebimus in laudem gloriae eius.

Ita ad Colossenses, Audito sermoni ueritatis, Euan-<sup>Cap. 1</sup>  
gelio, fructum ferenti, subiicit, cognitionem gratiae in ue-  
ritate, hoc est, fidem, qua cognoscimus, & credimus, nos  
per gratiam patris eruptos potestati tenebrarum, & trans-  
latos in regnum filij dilectionis suæ, et habemus in eodem  
redemptionem, remissionem peccatorum: fidei uero spe  
& expectationem, partis & fortis sanctorum in coelis; <sup>Ordo resti</sup>  
per quam spem existit & est actuosa dilectio. Cum-  
que Apostolus Colossensibus ibidem orat à Deo in cre-  
mentum, & perfectionem nouę uitæ, orat, ut impleantur  
<sup>tutionis no</sup>  
<sup>fræ ex</sup>  
<sup>Colossene</sup>  
<sup>sibus. 6.</sup>

DE IUSTIFICATIONE.

cognitione uoluntatis Dei, in omni sapientia, & intelligētia spirituali, quo uiuant digne Dño, & se ei, per fructum omnis boni operis, penitus approbēt: sicut proficiant cognitione Dei, confirmati omni uirtute, secundum potentiam gloriæ eius. Itaque cognitioni diuinæ benevolentiae, quæ fides est. Paulus & ortum, & perfectionem uitę noꝝ uę adscribit. Id ē facit paulo post, cū scribit, recōciliationē nostri p̄ mortē Christi, ut sistamur deo sancti, irreprehensibiles, et inculpabiles, teneri à nobis, cum in fide permanēmus fundati, et firmi, nec dimouemur à spe Euangeli.

Ad eundem modum ordinem et rationem nostræ salutis ubiqꝫ describit, ut fide et cognitione ueritatis, quæ ex predicatione Euangeli, agēte in nobis spiritu Christi existit, testetur percipi à nobis redemptions Christi, remissionem peccatorum, spem uitę æternę, totamqꝫ nouam uitam, & cunctas eius uirtutes, et ornamēta, perseuerantiam quoqꝫ & perfectionem.

*Johann.* Id ē facit & Iohānes, qui fidei, qua testimoniuꝫ patris de filio. i. Euāgelion quo adnūciat et testat nobis se dare per filium suum uitam æternam, credimus & amplectimur, tribuit, spēsalutis, dilectionē, iustitiā, uitāqꝫ æternā.

Nec aliā rationē & seriē donorū Dei, & operationū q̄bus Deus nostri restitutionē pficiat, ullus sacroruꝫ scriptorū tradit. Vbiqꝫ n. scripturarū, uocationi Dei, et doctrine sanctę, fides; fidei uero fiducia & spes in Deum; his charitas, pietas, & studium præceptorum Dei adiunguntur.

Fidei igitur nos nihil prorsus tribuimus, nihil in hoc nomine includimus, ultra ea, quæ huic dono Dei scriptura ipsa tribuit, et in isto nomine includit. Utq; in his locis de fide uera uiuacq; loquitur, quæ iure intelligenda est, cū fidei nomē simpliciter pureq; ponit, ita, ne quis sihi ipsi imponat, naturā, et ingeniuꝫ uere, uiuēq; fidei dili-  
genter

gēter explicamus: quantūq; à ficta et mortua fide differat ostendimus, nec ullum donum Dei effectum fidei, non suo loco, & ordine prædicamus. Sequentes itaq; lucernam hanc Dei, propheticum et Apostolicum sermonem, nihil sane inuoluimus, nihil implicamus, nihil obscuramus: nec potest ista Christi doctrina, plana, explicata, clara, & dilucida, cuiquam perplexa, incerta, tecta & obtene Obscuris brata uideri, nisi sit ex eorum numero, quorum oculos *tas in his* uelamen admirationis sui, prauæq; cupiditatis earum reuelamine rum, quas mundus querit, adhuc obtegit: quibus, quia in impietatis creduli sunt, Deus sæculi huius mentem excæauit, ne il= *2. Cor. 4.* ¶ lis affulgeat illuminatio Euangeli, de gloria Christi, nā quibus Deus remouit uelamen propriæ confidentiæ, & peruersæ cupiditatis, deditq; oculos mentis ad uidentum, & cognoscendum mysterium salutis nostræ, h, cū ex alijs nostris scriptis, tum etiam ex hac mea qualicunque farragine, satis intelligent, & cui fidei, iustificatione nostri, & salutem adscribamus: & in eo nos nihil aliud sentire, uel docere, nisi quod scriptura Dei docet.

Est pridem hic locus, à pluribus præclare & copiose explicatus, & illustratus: tamen quæ multorum est ad has res intelligenda imbecillitas, uolui & ego meam his ipsis scientia sacra imbecillis operam impendere; & ista paulo fusius tractare. nam noui passim minime paucos esse, & maxime in Gallijs, atq; Italia, qui cum Christū ex animo querere uidentur, tamen ita assueti sunt, ei ratio ni prædicandi redemptionem nostri, quæ diu iam in Ecclesijs, uitio pastorum gregis Domini, obtinuit, quam & Pighius ipse uitiosam agnoscit: tum etiam sic impediuunt sophismatis eorum, qui ut defendant dissipationem Antichristi, & differant restitutionem Ecclesiarum, nihil non in nostris scriptis deprauare & caluniari summo

## DE IUSTIFICATIONE.

laborum studio, ut nisi singulas videant aduersariorum, contra ueritatem Christi obiectas argutias, discussas, & quæ in uulgata ratione prædicandi salutem per Christū insunt uitia, detecta, & refutata, hæreant, & assentiri plane prædicationi Christi puræ dubitant. Horum itaq; infirmitati inseruire uolens, & in explicandis ihs, quæ ueræ fidei sunt, & in confutandis, quæ aduersarij contra sophismata obijciunt, immorari non nihil uisum est. Quos per Christum dominum, & ipsorum salutem rogo & obtestor, uelint remota, & inuidia nominis nostri, & existimatione præpostera receptæ doctrinæ, deniq; fuga & declinatione crucis Christi, quæ de fide Christi, non aliunde profecto q; ex diuinis scripturis, proferimus, ad easdem religiose exigere, & quæ ex illis testimonia adducimus, accurate expendere: quod si fecerint inuocato spiritu Christi, indubie, (quia filii Dei sunt, quibus suum bonum spiritum pater coelestis, qui solus bonus est, negare rogatus non poterit) uidebunt.

*Epilogus.* Primum, nos, cum fidei iustificationem & salutem tribuimus, uocabulo fidei, id ipsum intelligere, ac dicere, quod scriptura eo significat.

Deinde, naturæ & ingenio fidei, nec quicq; tribuere, quod ei Scripturæ non tribunt; nec detrahere aliquid, quod ei Scripturæ deferunt.

Tum fidei, ex sua ipsius ratione, colhærere necessario fiduciam spem, & cultum uerū Dei: nec ueram atq; uiuam fidem esse, taceo omnem & perfectam, quod Pighius eui cisse se falso gloriatur, quæ charitate destituitur: sed fictā & mortuam, quæ sicut simpliciter, proprięq; fides dici non potest: ita nec dicitur à sacris scriptoribus.

Vitamq; fidei, non esse à charitate, ut Pighius cum uectibus sophistis contendit, quam illa ex se gignit: sed à uita &

## DE IUSTIFICATIONE.

162

ui & efficacia spiritus sancti, plane, uiueç nostro spiritui  
persuadentis, nos esse filios & hæredes Dei per Christū.

Item, hanc ueram fidem, licet omni uerbo Dei credit, tamen eo maxime constare, uiuere, & agere, quod credit solide in Christum, hoc est, sibi quoç donatum Christū, & cū eo omnia: adeo, ut nisi specialis, & cuiuscq; propria fides sit, sibi quoç salutem & uitam æternam in Christo apprehendens; nec uera fides sit, nec quicq; Deo uere credit: quancq; multis rebus, de quibus scriptura testatur in iudicium sibi, assentietur: quæ nimirum fides, etiam Iudeis atq; Turcis conceditur.

Postremo nos factam, et mortuam fidem, à uera, uiuacq; probe discernere: ut & speciale illud fidei donum, dicendi & faciendi nomine Christi, quæ uiires naturæ superant, quod & alienis à Christo aliquando impartitur: nec cuiq; nos occasionem dare, ut putet se, cum non sit, uera fide præditum.

Hæc inquam omnia, si habere, & contra hæc, ut aliorum Sophistarum, ita & Pighij sophismata nihil prorsus concludere, indubitato agnoscat, quicunq; ea, quæ à me hoc loco, & ab alijs nostris hominibus, in suis scriptis D. literarum testimonia adducta sunt, quæç ex illis concludimus, inuocata doctrina spiritus, syncero ac pio studio considerarit & excusserit; proindeç ultero assentietur nobis.

Fidem, quæ est in Christum Iesum, qua iustificamur, *Definitio* salutamur, & uitam æternam percipimus, ac tenemus, esse fidei iustificationum Dei, & opus spiritus sancti, in mente eorū, quos *cantis tota* pater coelestis ad uitam præordinauit, & filio uitæ restituendos donauit, quo dei dono & opere, auditio Euangeli Christi, fit, ut eidem Euangilio, certo, & omni dubitatione submota, credant: & credentes, Christum, & in eo

Ss iii

## DE IUSTIFICATIONE.

patrem, ut Deum uerū, & seruatorem ac suū agnoscāt, &  
amplectantur, omni fiducia, & spe remissionis peccatorū,  
salutis, uitæq; æternæ, in eo collocata, & constanter fixa:  
sicq; eo confidentes, amore, studioq; eius, ad omnem obe  
dientiam, uerum cultum, & uenerationem nominis eius  
flagrent: filiosq; se Dei, ut sunt, omnibus pietatis officijs  
declarent.

Ista itaq; ut infirmiores qui Christi sunt, & in his ad-  
huc rebus hærent, planius cognoscerent, quid his uoci-  
bus, iustificari, iustificationis, credere, & fidei intelligi de-  
beat, cum queritur, qua re iustificemur, salutemq; factam  
per Christum percipiamus, præmittenda existimauimus.  
Iam de formula dicendū, qua tentata Ratisponæ concilia-  
tio est, eius quæ de iustificatione extitit in Ecclesijs, cōtro-  
uersiae: & ostendendum est, eos quibus animus syncerus  
sit, & Christi regno idoneus, ut nihil sophistice depraua-  
re, aut peruertere uelint, facile hac ipsa formula, piam de  
hoc loco consensionem constituere posse: ut qua pietati,  
satis de utroq; impietatis præcipitio cautum sit, ne quis,  
uel ad dexteram fiduciæ operum, & studij appro-  
bandise Deo præpostere, uel ad sinistram ne-  
glectus operum, & peruersæ securi-  
tatis, se det præcipitem.

Explicatio

# EXPLICATIO, ET DEFEN<sup>DO</sup>

SIO FORMVLAB, QVAB RATISPO<sup>et</sup>

næ ad componendam controuersiam,

De iustificatione pro-  
posita est.

**C**ontrouersia de Iustificatione, quæ inter Ecclesiæ, & Cœmentes Deum hoc tempore extitit, tota de ea re est, qua iustificationem apud Deum percipimus, & iusti co- ram Deo habemur: Sit ne ea res, sola fides, id est, fides per se, & sua ipsius tantum ratione, quatenus scilicet credens Euangelio apprehendit satisfactionem Christi: uel sit ali- quid cōiunctum ex fide hac, & studio atq; opere nostro. Nam Deum esse, qui iustificat impium, & iustificat propter satisfactionem, & meritum Christi: qua ratione & Christus ipse iustificare credentes in se, recte dicitur, de eo nulla dissensio est. Sed quia nō iustificantur, qui adul Fontes dis- ti, & rationis compotes sunt, id est, non absoluuntur & li sensionum berantur à peccatis, (quod uerbo, iustificari, significatur, circa Arti- ut eo scriptura utitur) nisi eos peccatorum pœnitentia: de culum iusti motibus animi præcedentibus iustificationem, & præpa- ficationis. ratione ad iustificationem, ipsaq; pœnitentia præente iustificationem, disputatur, cum inter Scholasticos ipsos: tum inter eos, qui uideri uolunt hos sequi, & nos, qui pu- ritatem prædicationis Christi restituere laboramus.

Deinde quia Scholastici D. Augustinum secuti, iustifi- ficari, accipiunt, pro fieri iustum, id est, iustitia ornari, ea, qua toto nos Deo subiçimus, & qua sicut mens Deo, ita cæteræ uires obediunt menti: hæc uero iustitia, in se to- tam nouam, & Dei uitam complectitur, disputationes il- lœ exortæ sunt, cum iusti simus iustitia, illa uero non so- lam

## DE CONCILIANDO

Iam fidem, sed omnes uirtutes complectitur, nos uirtutib⁹  
bus simul omnibus, quæ scilicet inter se connexæ sunt; &  
non sola fide iustos & fieri & esse.

Et quia scriptura etiam ipsa opera ad iustitiam reputa-  
ri, & factores legis iustificari, testatur, indeq; Iacobus in-  
fert, hominem non solum fide, sed etiam operibus iustifi-  
cari, de ipsis etiam operibus controverti cœpit: & quæ  
sint bona opera censenda, & quid his momenti ad iusti-  
ficationem, quid etiam meriti adscribendum sit.

Ex his deniq; extitit & contentio de uocula, Sola, dici-  
ne conueniat, nos sola fide iustificari, an uitanda sit hæc  
locutio in Ecclesijs. Itaq; extiterunt circa articulum iusti-  
ficationis quæstiones quinq;

Prima de operibus nostris ante iustificationem, an ea,  
aliquid in se præparationis habeant ad iustificationem,  
**Quinq; questiones** necne. Secunda de pœnitentia peccatorum, qualem esse  
huius Arti oporteat. Tertia, an charitas, & aliae uirtutes pertineat ad  
iustificationem: & quatenus. Quarta, quæ censerit debe-  
ant bona opera: & quid illis tribuendum meriti. Quinta,  
de formula illa, sola fides iustificat, uel sola fide iustifica-  
mūr, usurpari ne ea in Ecclesijs conueniat, an secus.

Quo ergo de his quinq; quæstionibus, inter Ecclesijs  
conueniret, & idem doceretur, articulus de iustificatione  
sic compositus est, ut ordine his ipsis quæstionibus re-  
spondeat: certamq; & consentientem rationem de his lo-  
cis docendi, quanq; paucis comprehensam, subiiciat.

Primum ergo, quoniam pleriq; uisi sunt naturæ, pecca-  
to originis uitiæ, & depravatæ, aliquid bonorum ope-  
rum, & ad gratiæ Dei, ac iustificatione præparationis tri-  
buere, ut hæc falsa ac impia opinio, apud quos esset. tolle-  
ret: apud quos non esset, submouere ei suspirio positum  
est statim initio articuli conciliati, nulli Christiano dubi-  
tandum

## ARTICULO IVSTIFICATIONIS.

16,

tandū esse, nos nasci filios iræ, inimicos Dei, eoq; in mortem & seruitutem peccati : & initio secundi §. nullum hominem posse Deo reconciliari, & liberari à seruitute peccati, nisi per Christum, unum mediatorem Dei & hominum . Qui .n. agnoscit nos nasci iræ diuine obnoxios, & inimicos Dei, is nihil poterit homini, nondum per gratiam renato trahi, quod ille ex se GRATIUM Deo proferat, quoue gratiam eius eliciat, aut se ad percipiendam eam præparet. Ita qui sentit, se natum seruum mortis & peccati, quid is aliud se putet ex se proferre posse, q; peccatum, & mortis meritum ? id quod à iustificatione Dei alienat, non ad percipiendam eam disponit . Meritis enim impij, qualis est, quicunque iustificatus non est, ut D. Augustinus recte scribit, non gratia, sed poena debetur: uti impij & peccatores non nisi mala merita habere possunt.

Ad Sixtū  
epistol. 10f

Quod & ex eo, quod in secundo §. positum est, concluditur. Si enim nemo hominum, nisi per Christum Dominum reconciliari Deo, & liberari seruitute peccati potest, manent profecto inimici Deo, & servi peccati qui cunque adhuc in se, & nondum uiuunt in Christo : quare, ut inimici Deo, tantum aduersari Deo, & ut servi peccati, solum peccare, eoq; se ad gratiam & iustificationem magis magisq; indignos reddere possunt: adaptare uero & præparare ad percipiendam gratiam & iustificationem, non possunt.

Sed cum non solum S. patres, sed grauiores quoque Et schola  
Scholastici fateantur, et doceant, necesse esse, ut nos gratia stici negat  
Dei præueniat, & uoluntatē ipsa nostram sibi præparet: nos iustifi-  
nos enim, etiam dum solo originis peccato detinemur, mereri, uel  
nedū ijs, que ipsi admisimus, peccatis, gratiā nobis, qua de con-  
excidi mus, ne de congruo quidē, ne dū de condigno, ut gruo.

Tt

## DE CONCILIANDO

Miloquuntur, mereri posse: nullæ indubie Ecclesiæ eos posthac sustinebunt, in hac præsertim luce relucentis Euangeli, qui ausint docere, & damnatam Concilio Sanctorum Episcoporum Palestino blasphemiam reuocare, percipiendæ gratiæ Christi ulla ab homine merita, ullam ad iustificationem præparationē præcedere posse: Anathematizabuntq; haud graurate, cum id & Pelagi, nisi anathematizare ipse uoluisset, fecerit, oës eos, qui affirmauernit, per legem remissionē peccatorū, & iustificationē querendam esse: hominem posse Deū sine spiritu sancto supra omnia diligere: posse, faciēdo quod in se est, remissionem peccatorum mereri. Agnoscent enim, si iustitiam & salutem consequi debeamus, credendum esse in eū, qui solus et iustus est, & iustificat impiū, solus sanctus est & redimit purgatq; à peccatis; cui nemo prior quicquā dare potest, sicut nec habere quicq; boni, quod non ex eius gratia percœperit.

Quare quod ad hanc questionem attinet, de operibus ante gratiam Christi, & præparatione ad hanc, nulla facile à quoq; eius ulla, dum de religione agitur, ratio haberí debeat, controversia mouebitur: acquiescentq; qui Christi sunt omnes, eo, quod hic conciliatus articulus habet, nos, natura, qua nati sumus in hunc mundum, esse filios iræ, qui nihil ex nobis q; irā Dei in nos irritare, non elicere gratiā; inimicos Deo, qui nihil esse q; aduersari Deo, non præparare nos reconciliationi cū eo, esse impios & peccatores, qui tantum condemnationem mereri, non adaptare nos iustificationi possumus: unicq; Christo hanc gloriam tribuent, ut obnoxijis iræ patrem reddit placatum, inimicos reducat cum eo in gratiam, impios & peccatores, seruat ab impietate & peccatis.

Porro, quoniam Christus, quanq; non nisi peccatores seruat.

*Prima de  
præpara-  
tione ad  
gratiā que-  
stio submo-  
da*

## ARTICULO IUSTIFICATIONIS

106

seruat, & impios iustificat, non enim uenit propter ius Altera de  
 stos, tamen non seruat nec & iustificat, siquidem ratio= p̄eunte  
 nis usum habeant, nisi quos suorum peccatorum & im fideique  
 pietatis, uere poeniteat, non dubium est, quin ante iusti- stione.  
 ficationem perfectam, hoc est, peccatorum remissionem,  
 & de benevolentia Dei certam fiduciam, uera com-  
 moueat animos, de peccatis poenitentia, pungat, do-  
 lor de offensa Dei, & certa existat peccatorum detesta-  
 tio: ita, ut eorum corda compungebantur, qui, auditio,  
 quod Deus, quem ipsi ad crucem deposecerant, domi-  
 num & Christum fecisset, dicebant A postolis, quid facie-  
 mus uiri fratres, & audiebant. Poeniteat uos, & baptize-  
 tur quisq; in nomine Iesu Christi, ad remissionem pecca-  
 torum, & accipietis donum spiritus sancti. Ut ergo remis-  
 sio peccatorum non nisi à poenitentibus percipi potest,  
 & donatio iustificationis ijs modo promissa est, qui sunt  
 corde propter offensum Deum contrito, & Dominus ad Ies. 51.  
 eos tantum respicit, qui adflicti sunt & spiritu conser- Ies. 50.  
 mato, pauentq; ad uerba eius, de necessitate poenitentiae  
 in. 5. recte possum est, sine poenitentia, & quæ sit pecca-  
 torum detestatio, beneficia illa Christi, reconciliationem  
 cum Deo, liberationem à peccati seruitute, & consor-  
 tium diuinæ naturæ percipi, à nemine posse. Sicut sum-  
 ma Euangelicæ prædicationis utrumque complectitur Luc. 24.  
 poenitentiam per nomen Christi, & remissionem pecca-  
 torum.

Quia uero hanc peccatorum poenitentiam cordisque  
 contritionem, uisi nonnulli sunt adscribere uiribus libe-  
 ri arbitrij, adiectum est eodem secundo §, propter conser-  
 tionem in Domino pie, ac firmiter constituendam, adul-  
 tos hæc Christi beneficia, non consequi, nisi præuenien-  
 te motu spiritus sancti: quo eorum mens, & voluntas

Tt ij

## DE CONCILIANDO

moueatur ad detestationem peccati. Nam omnino uera & salutaris peccatorum poenitentia, quam necesse est, si non tempore, natura tamen iustificationi in nobis perfectæ, præire, excitari in nobis, nisi per spiritum sanctum, non potest; Hic enim omnena liberi arbitrij motum praeveniat oportet, sicut uerbo suo, q[uod] nos uocat, dum illud, uel noua prædicatione ingerit, uel auditum prius memoriae poenitentia suggesterit; ita etiam uirtute sua, qua cor nostrum aperiat, in nobis ex ut uerbo suo, siue illato auribus, siue ad mentem reuocatur.

ut spiritu sancto preueniente

poenitentia

in nobis ex

citetur.

to, auscultemus, & fidem accommodemus.

Hac itaq[ue] ratione, cum mentem, tum uoluntatem nostram, spiritus S. ad detestationē peccati permouet: quod item Christi & patris commune opus est, quia opus Dei.

**Act. 5.** Vnde Petrus et Apostoli, de Domino Iesu, Quem Deus ducem, & seruatorem exaltauit dextera sua, ut daret, non propter prædicaret tantum, poenitentiam Israeli. Et fratres ex circumcisione ad Petrum, Ergo Deus, & gentibus dedit spiritu poenitentiam ad uitam. Ita p[ro]ia de poenitentia doctrinæ, de utraque à ueritatis medio deflexione, que multis offensionum, dissidijque uel causam, uel occasionem dedit, probe cautum, prouisumque est: uel alij, quamlibet sibi poenitentiam sufficere putent: neue alij ex se ueram poenitentiam habere se posse arbitrētur. clare e[m]t[er]m, diserteque expressum est, oportere à spiritu sancto, & nos præueniente, moueri, cum mentem, ut peccata mala & detestanda esse certo iudicet, & uoluntatem, ut ea plene oderit, & detestetur.

**Act. 11.**

His itaq[ue] si utrinque insistamus, & ea fideliter tum confiteamur, tum doceamus, nemo causam habebit, uel insistandi nos, quasi prædicemus fidem & iustificationem, sine poenitentia, securosque reddamus in malis suis peccatores; uel accusandi alios, quasi poenitentiam doceant

doceant futilem & hypocriticam, aut certe desperabundam, ut pote ab humano ingenio, non ex spiritu Christi profectam.

Verū constabit una, & consentiens hæc doctrina, ut pariter uno spiritu, & uno ore prædicemus in Christo, non solum remissionem peccatorum, hoc est, iustificationem, & in filios Dei adoptionem sed etiam ueram, uiuamq; peccatorum poenitentiam, & à seruitute peccati, Satanæq; captiuitate certam, & efficacem liberationem: non solum animi de gratia Dei consolationem, & in spē uitæ erectionem, sed etiam cordis propter offensam Dei contritionem, & spiritus compunctionem: non tantum fidentem aditum ad thronum gratiæ, & spem gloriæ, sed etiam summam omnis praui studij detestationē, & à iudicio Dei trepidationem: non conuersionem modo ad Deum, & nouæ uitæ meditationem, sed etiam ab omni peccato, prauaq; cupiditate solicitam auersionem, & peccati in nobis assiduam, & seueram mortificationē.

Vis & o= perauere poenitentiæ explicata.

Atqui hæc omnia, quæ uerè atq; salutaris poenitentiæ opera sunt, prædicabimus in nomine ac uirtute Iesu Christi, non in nomine & uirtute ingenij humani: testificantes, unum esse Dñm Iesum, qui hæc in nobis omnia suo efficit spiritu: quo nos, uero de admissis peccatis dolore, & certa animi contritione, iudicijq; diuini iusto metu, & trepidatione sic afficit, ut non solum præterita nostra mala detestemur, & abominemur, sed acri quoq; ac perpetua cōtritione, crucifigere & cōficerre carnē nostrā cū uitij; & cōcupiscētij; abolereq; prorsus quoad eius in hac uita fieri potest, corpus peccati, omnemq; ueterem hominem exuere studeamus, enitamur, & laboremus.

Quæ po  
nitentia in

Hæc enim sola est uera, & salutaris, ac non poenitenda Deum. poenitentia; hæc est quam Apostolus Paulus cum colle Act. 20

## DE CONCILIANDO.

gis suis testificatus est Iudæis & Græcis pœnitentiā in Deum: cui fides in Dominum nostrum Iesum, deesse nō potest, sicut nec huic illa.

Vno enim Euangelio, & eodem Christi nomine, & De necessaria pœnitentia in Deum, & remissio peccatorum per Christum, adnunciantur: uno opere spiritus Christi cor aperi xione ue tur electis, & ad uitam præordinatis, ut auscultantes Euā re pœnitē gelio, una eadēq; fide agnoscamus, certumq; iudicemus, tie et fidei nos, & in Deum, non modo turpiter ingratos, sed etiam contumeliose fuisse impios, æternamq; eo iram eius, & abiectionem meritos esse, & nihilominus in Christo Iesu propitiationem nobis Dei, & remissionem peccatorum, adoptionemque in filios Dei, & uitam æternam, ultronea, et obuia bonitate Dei, certissimaque uoluntate offerri.

Ex qua fide, quia mens uidet, agnoscitq; foedissimam suam turpitudinem, et horrendam in illam flagrantem iram Dei, uerus de peccatis dolor, certaque impietatis nostræ detestatio, & solidus diuinī iudicij terrof, in anīmis Euāgelio auscultantiū existit: et rursus, q; a eadē fide, huius consciē animus firmiter credit, certoque assentitur Euangelio, tie coniunctus, & oblatam peccatorum omnium ueniam, remissio nem omnis & offendæ & pœnæ, uerum etiam paternam Dei charitatem, & in uitam beatam adoptionem, non potest, ut supra demonstrauimus, in eodem animo non existere, & fiducia huius misericordiæ, amplissimæq; benevolentiæ Dei, atque spes promissa salutis & hæreditatis indubitata, cum qua fide, fiducia, & spe, necessario ardet in eodem animo, uera quoque in Deum charitas, studiū flagrans, et ueneratio, cultusq; solide pius & sedulus.

Nam si expredicatione Euangeliū animus id tantum appre

apprehendat, quām sit fœda, & inuisa Deo, gehennēque obnoxia, nostra anteacta uita, & non simul remissionem peccatorum, & gratiam Dei in Christo, nihil profecto ille quām desperare poterit, uti de Caín, et Iuda legimus. Proinde si spiritus Domini, mentem magis defigat in eam partem Euangelij, qua illud detegit uitæ nostræ turpititudinem, & denunciat meritam iram Dei, quām in eam, qua offert condonationem peccatorum, & participatum uitæ beatæ, eo maior quoque sentitur à iudicio Pro consy Dei trepidatio, seuioresque exercent animum cruciæ deratione, at nisi idem spiritus, animum & in hanc alteram E= ire, uel uangelij partem, de uenia & remissione peccatorum, atque coelesti hæreditate uel aliquantulum erigit, nec credere in Christum & Deum poterit, nec uerā et emen= datrixem peccatorum poenitentiam concipere: desperabit potius et odiſſe deum incipiet.

Propterea quamlibet animos suorum spiritus Domini ex prædicatione poenitentiae, sensu propriæ turpitudinis et noxæ, metuque & terrore diuini iudicij exagitat, tamen nunquam non in eisdem fidelem considerationem bonitatis suæ, ac fiduciam de uenia et gratia peccatorū aliquo modo sustinet: alioqui nec confugere illi ad Deum in sua consternatione, et afflictione spiritus possent: nec misericordiam eius inuocare. Quomodo eum inuocabunt, inquit Apostolus, in quem non credunt, hoc est, de cuius in semisericordia, et bonitate persuali non sunt?

Istud uideret in omnibus illis sanctorum precatiōnibus, in quibus grauiores suos de peccatis dolores, & seuiores à iudicij Dei terrores, commemorant, uti sunt Psalm. 6. 38. 88. 102. In his enim orationibus, quanquā querātur sancti, se uia cōmole peccatorū suorum, prorsus fuisse.

## DE CONCILIANDO

**Psal. 6.** fuisse contractos, animā suā penitus consternatā, ossa ipsa conculta, nihil mansisse in se sani, nihil firmi, infixas fuisse in se sagittas domini, grauata manū Domini super se, transcendisse peccata sua ultra capita sua, & facta ceu onus graue onerosiora, quām ut sustineri possent: confirmata super se indignationem Domini, & se omnibus procellis suis oppressum: percussum ceu herbam cor ipsorum, atq; exaruisse, ut obliuiscerentur edere panem suum: haec quanq; tam acerba, tam ſæua, & atrocia paterentur, pleniq; efflent dolore, cruciatu, terroribus, ob peccata sua, & meritum illis iudicium Domini, tamen, quia hic dolor, hi cruciatus, & terrores, secundum Deum erant, fidelis poenitentiæ erant, eoq; & fidei erant, nunq; defuit sanctis illis, in his ipsis, quamuis horrendis, mortis, iræq; diuinæ tenebris, lux diuina consolationis, irradiatio que dam Euangelij, & ex hoc fides diuini pacti, & promissæ gratiæ, quæ fiduciam misericordie, & spem salutis sustenabat. Ex qua inter omnes conquestus, lamenta & ad flictationes, promanabant & ista, Dignare me benevolentia tua Domine, Sana me, Audiet Dominus supplicationem meam, suscipiet precem meam. Ad te suspicio, tu respondebis, domine Deus meus. Domine deus salutis meæ, tu consurges & misereberis Zion, quia est tempus benevolentiae.

**Psal. 39**

**Psal. 88**

**Psal. 102.**

Ita ueræ peccatorum poenitentiæ, fiducia ueniæ, gratiæq; Dei, abesse nunq; potest, sicut nec fiducia benevolentiae dei illa haberi, sine poenitentia peccatorum: quanquā nunc poenitentia, nunc fiducia, uim suam in animis fidelium magis explicet: pro ut Spiritus domini quenq; uel humiliatione & mortificatione carnis, ad salutem plenius percipiendam, magis exercere, & præparare: uel ampliore salutis fruitione et spirituali gaudio recreare,

amoreq;

amoreq; sui ardentiore, accendere dignatur;

Fit quidem, ut uera peccatorum poenitentia, in qua-  
busdam sensim se, & languide attollat; ut non paucos ui-  
demus, uitia & prae facta sua detestari, nec tamen ab  
illis sese abstrahere: sed hi non minus paulatim & obscu-  
re illucescentem fiduciam Dei sentiunt, nec enim potest  
hæc, nisi ex fide Euangelij existere, ea autem non minus  
agnoscit ex Euangelio, irasci Deū peccātibus, q̄ esse pro  
pitium poenitentibus, ut enim Euangelio reuelatur iusti Rom. 1.  
tia Dei, ex fide, in fidem: ita reuelatur & ira Dei ē cœlo, in  
omnem impietatem & iniustitiam: spiritusq; Christi, non Iohann. 16.  
minus de peccato mundum conuincit: quam de iustitia  
& iudicio. Vnde summa Euangelice prædicationis, ut eā  
Iohannes, Christus ipse, Apostoli exhibuerunt, sic ha-  
bet. Resipiscite, aduenit enim regnum Dei. Resipiscite et Matth. 5:4  
credite Euāgelio. Nec ergo regnum Dei à quoq; suscipi, Marci. 1.  
nec fides haberi potest Euangelio, nisi quem peccatorū Summa  
poeniteat: sicut etiam nemo, quem Dominus uera, ac sa- prædicatio  
lutarī poenitentia donauerit, Euangelion & in eo regnū nis Euange  
Dei, non q̄ cupidissime excipiet: quandoquidē eorū, qui  
afflito & deiecto spiritu sunt, est regnum cœlorum: nec Matth. 5.  
deesse illis uollet aut poterit Dominus, quem pater misit Ier. 51.  
& unxit, ut mederetur ijs, qui contrito corde sunt.

Ad hunc modum sentimus, confitemur & prædica-  
mus nos poenitentiam ueram & salutarē, & remissionem  
peccatorum, conuersiōnemq; ad Deum necessario con-  
iunctam, et eadem fide, ex eodem Euangelio percipi: sed  
tum, quando præueniens nos, omnemq; motum liberi  
arbitrij nostri, spiritus sanctus, mentē & uoluntatem, ut  
Articulus conciliatus pie ponit, mouerit ad uiuam pecca-  
torum agnitionem et detestationem: quæ ad Deum in  
Christo conuertit, operaq; digna poenitentia efficit: nec

Vu

Nunquam unquam, ut Pighius & alij Sophistæ nos calumniantur, fidè absq; fidem docuimus, cui abesse possit, uera uiuacq; peccato-  
rum poenitentia, & à peccatis ad uoluntatem Dei solida  
docuimus.

**Act. 3**

**Act. 5**

**Act. 16**

conuersio. Christum prædicamus quidem, qui unus ma-  
ledicto legis, reatu peccati liberet, & promissam Abrahæ  
benedictionem adferat in se credentibus: sed conuerten-  
do unumquemq; à peruersitatibus suis, & dando cuiq;  
ut remissionem peccatorum, ita & poenitentiā: & poen-  
tentiam impellentem ad Deum, & operibus se dignis for-  
cundam, ita ut Apostoli prædicarunt. Hanc ergo poeni-  
tentiam, eiusmodi donum Christi, & opus spiritus San-  
cti agnoscimus, et testamur, quod ex se ingenium huma-  
num proferre nunquam possit: utcunque ea sit etiam  
opus nostræ mentis & uoluntatis, sed à spiritu Christi, ut  
conciliatus Articulus testatur, motæ & excitatae.

**Act. 16**

Itaq; & de altera quæstione, quam & qualem peccato-  
rum poenitentiam praire natura, semper autem re ipsa  
coniunctam esse iustificationi, oporteat, uera & pia con-  
fessio erit omnibus, qui Articulo de Iustificatione con-  
ciliato stare uolent, nō enim credetur aut docebitur, nec  
remissio peccatorum, sine uera poenitentia: nec poenitentia,  
que existat ex ea legis cognitione, ad quā se huma-  
na ex se ratio potest attollere: sed quæretur & prædica-  
bitur remissio peccatorum, & iustificatio ab uno qui-  
dem Christo, sed accepta ab eodem uera, uiuaque poe-  
nitentia: qua homines conuertuntur à tenebris ignoran-  
tiæ: ad lucē cognitæ iustitiae Dei: à potestate Satanae de-  
tinentis eos in omni impietate & iniustitia, ad Deum  
induentem omni pietate & iustitia: ita demum fide in  
Christum percepturi remissionem peccatorum, & par-  
tem inter sanctificatos.

## ARTICULO IVSTIFICATIONIS.

170

Tertia, et præcipua in hac, de iustificatione controuer<sup>s</sup> Princeps  
sia, quæstio est, an & charitas, aliæq; uirtutes ad iustifica<sup>n</sup> quæstio an-  
tionem aliquo modo pertineant, an nullo? & si pertine-<sup>fides salus</sup>  
ant, quatenus. Conuenit enim id inter partes, nos iustifi-<sup>per se, uel</sup>  
cari per fidem, uel fide: de eo autem disputatur, & non ea  
dem omnibus sententia est, an iustificatio, ita fide reci-<sup>charitate</sup>  
piatur, ut dilectio, cæteræque uirtutes ad id nihil confe-<sup>uiuificata</sup>  
rant: uel, ut iustificatio charitate, alijsq; uirtutibus perfi-<sup>perciptias</sup>  
ciatur, non fide sola: hoc est, an iustificemur fide per se, &  
sua ipsius ratione, uel quatenus ea coiunctam habet cha-  
ritatem, & reliquas nouæ uitæ facultates, quibus fides  
non tantum efficax sit, ut operetur, sed etiam efficax, ut  
uera uiuacq; sit, uel ut schola stici loquuntur, suam demu-  
formam & perfectionem nacta;

Quia uero hæc disputatio tota prope òmnia uerbi  
iustificari, continetur, ea in conciliato articulo diligenter explicata est. Nam in §. 4. ab initio, ubi ponitur, fir-<sup>iustificari</sup>  
mam & sanam doctrinam esse, per fidem uiuam & effi-<sup>idem quod</sup>  
cacem iustificari peccatorem, hæc ratio statim subiçti-<sup>gratum accepimusq;</sup>  
tur. Nam per illam Deo grati, & accepti sumus, propter Christum. Et circa finem huius, §. Interim hoc  
uerum est, quod hac fide eatenus iustificamur, id est,  
acceptamur, reconciliamur Deo, quatenus apprehe-<sup>esse Deo.</sup>  
dit misericordiam &c. His primum & præcipuum signi-  
ficatum huius uerbi, iustificari, expressum est. quod  
est, nos gratos & acceptos Deo iudicari.

Ita §. quinto alterum huius uocis significatum pos-  
sum est, quod est, iustitia imbui, & fieri iustum, Fol. 121  
iustitia inhærente. quo significatu Sancti Patres fe-  
rè hoc uerbo usi sunt. In §. septimo tertium significa-<sup>iustificari,</sup>  
tum explicatum est, quod est, donari laude & retributio fieri iu-<sup>stum.</sup>  
ne honorum operum. Hæc quæsto pie lector memo-

Vu ij

## DE CONCILIANDO.

ria teneas, & uidebis, non indiligerter hoc Articulo, omnem, circa hunc locum dissidendi occasionem, exclusam esse, ijs, qui piā consensionem, quam contentio- nem malunt.

*Fides uina  
fides mor-  
tua.*  
At quia etiam ex duplicitate significatur uerbi, fidei, circa hāc prædicationem fidei, nos fidei iustificari, occasionem querunt, alij errandi, alij calumniam nobis struendi, hāc quoque ambiguitas submota est, diligentē & copiosa sane, & tertio repetita fidei definitione, eius, qua uere iustificamur, hoc est, remissionem peccatorum, atq; adoptionem Dei recipimus. Ea definitio 3. & 4. §. explicata est. Vbi illud primo loco animaduertendū, quod diserte exprimitur, nos hoc loco nō demortua, sed de uiua fide, cum scripturis loqui.

*Vt Articu-  
lus fidem  
definit.*  
Definit ergo Articulus hanc fidem esse, motum (actū enim, non habitum fidei, quo uis, & efficacia eius magis exprimeret, definit) spiritus sancti, quo uere poenitentes ueteris uitæ, eriguntur ad Deum, & uere apprehendunt misericordiam in Christo promissam: ut iam uere sentiant, quod remissionem peccatorum, & reconciliacionem, propter meritū Christi, gratuita Dei bonitate acceperunt: & clamant ad Deum, Abba pater,

*Fides pro-  
missionis  
in Christo,  
fides ca-  
tholica,  
qua sola  
uerbo Dei*  
Præterea attendendum & illud est, quod in. §. 3. fidei huic uiuæ tribuitur, quod per eam mens certo credens omnibus, quæ tradita à Deo sunt, etiam certissime, & sine dubio, assentitur promissionibus, nobis exhibitis à Deo: & ex eo fiduciam capit propter promissionem Dei; quæ pollicitus est, se remissurum peccata gratis, & uere omni adoptaturum in filios credentes in Christum.

*eredit.*  
Deniq; q; a fidei nāb; à vro propriū est, excitare in animo, in quo obtinuerit, fiduciā misericordiæ Dei: & ex ea accendere quoq; charitate in Deum, atq; per hanc totum reli

reliquum virtutum chorū adducere, etiā hæc fidei proprietas §. 4. expressa est, cum definitioni fidei Articulus sub-  
iicit. Id (intelligit, apprehendere misericordiam Dei in Christo, sentire se iam uere remissionem peccatorum acceptisse, & acclamare Deo, Abba pater) quod tamen nulli obtingit, nisi etiam simul infundatur charitas, sanans uoluntatem, ut uoluntas sanata incipiat, quemadmodū. D. Augustinus ait, implere legem.

Hac itaq; explicatione, & descriptione, qua in hoc Article Canta est ticulo, uerba hæc, iustificari & fides, tum etiam utriusque omnis de natura & ingenium, atq; propria, explicata, & illustrata flexio à sunt, præclare cautum prouisumq; est sanæ doctrinæ, de iustificatione, de omnibus ijs à medio ueritatis declinationibus, quibus ab illo, alij uere discedunt, alij discede re falso uel creduntur, uel insimulantur.

Primum enim, cum expressum est non semel, nos loqui de fide uiua & efficaci, non est, ut quisquam qui conciliationi huius Articuli stare uelit, uel ipse se seducat, credens se posse apud Deum iustificari à peccatis, fide moritura, uel seduci quenquam in hunc errorem, metuat, ab ijs qui cautionem huius Articuli libenter sequentur; quamcum cum fides simpliciter dicitur, exemplo scripturæ, de uiua tantu fide intelligi debeat, ut supra ostendimus.

Ita contra nec ille error, uel erroris suspicio, de fide humanis uiribus acquisita, locum habebit, apud eos, qui præsentis articuli explicationi fideliter inhærere uelint: cum in eo etiam repetito positum sit, fidem hanc iustificantem, esse motum spiritus sancti: & motum, quo promissio Christi certo, ac ita apprehendatur, ut prædicti ea fide, sentiant se iam peccatorum remissionem acceptisse, & ualeat Deo acclamare, Abba pater: quæ omnia maiora sunt, q; ut ad ea uires humani ingenij adspirare ualeat.

Vu iii

*Cum fide  
connexæ  
omnes uir  
tutes.*

*Exclusum  
commentū  
de fide ac  
quisita.*

## DE CONCILIANDO

**Fides pro-** Secundo, exclusa est, tam Pighiana calumnia, impin-  
missionis gentis nobis, docere nos, exiguam modo fidei particu-  
**Christi fi-** lam (ita enim fidem promissionis Christi uocat, non mis-  
**des chatho** nus puerilí quam uenenato sophismate, ut supra ostene-  
**licano par** dimus) quam falsa & perniciofa illa opinio, fidem E-  
**ticula fidei** uangelij mortuam, esse ueram ac Christianam fidem.

Nam cum exprimitur. § . tertio mentem hac fide, de  
qua agimus, instructam, credere certo omnibus, quæ  
**Fides per-** tradita à Deo sunt, nulla causa erit, ut quisquam nos tan-  
fecta nunquam tum particulam fidei docere calumnietur: cumque ad-  
sine uoua ditur, fidei uitæ esse, adferre sensum etiam, & confiden-  
tia est.  
tem inuocationem misericordiæ Dei, facessat oportet  
apud eos, qui Articulo huic assentientur, & falsa illa de  
fide imaginatio, quasi ea uera, atque in sua quidem natu-  
ra, ut Pighius incitatus furore confidentiæ in se, & odio  
in nos tantopere contendit, perfecta esse possit, cum ni-  
hil eorum, quæ diuinitus reuelata sunt, falsum esse statuit,  
etiam si promissionē Christi nō dū ita apprehēdat, ut senti-  
re quoque gratiā Dei, uitacque fiducia inuocare Deū ualeat.

**Nec nos fie-** Tertio, cum hæc fides non nisi uere peccatorum poen-  
dem doce- tentibus tribuitur, rursus non erit, nec, ut nos quis dicat,  
mus, nec ue iustificationē docere fidei, qua sit absque uera peccatorū  
ra esse po- poenitentia: nec, ut alij fidem ueram & Christianam iudi-  
cet, sine cent eam, quam & ij habere possint, qui in peccatis absque  
poenitentia perseuerant.

**Nec chari-** Quarto, quia etiam adiectū est de ea fidei proprietate, qui  
tatis sine fidei ei, & ceteræ uirtutes necessario coherēt: ut cum quasimul  
de, nec fi- infundat charitas, qua uoluntas sanet, ut homo legi im-  
des uera fidei plēdē studeat, cautū & de eo est, ut ne iustificationē qui  
ne charita qui tribuat ijs, qui destituti sunt charitate, atque uiuunt sine  
te. studio implendē legis diuinę: nec fidē aliquis in sua ratiōe  
absolutā, dicat posse esse absque charitate, uitacque noua, et ue-  
ro legis diuinæ studio.

Quinto, explicatum & illud est, cum dicimus, per fidem uiuam, & efficacem, iustificari peccatorem, non esse id intelligendum, de ea iustificatione, qua quis iustus fit, propria iustitia, & inhærente: sed de ea iustificatione, qua reconciliamur Deo, acceptamur, & in filios adoptamur, qua non nostra, sed Christi iustitia induimur: quamquam hæc statim, ut fide recepta est, etiam nostram in nobis iustitiam excitat, conformat, perficit. Christus enim in nobis manens, atque uiuens, non potest non uitam Dei, id est, omnimodam iustitiā, excitare & uiuere.

Ex quo perspicitur, planumque sit, ut cauendi in hac <sup>Deflexus</sup> quæstione sint deflexus a medio sanæ doctrinæ, ij, in quibus tota circa hunc locum dissensio continetur, ut scilicet, nec charitati, uel fidei ipsi, uel ulli nostræ uirtuti, operi, aut merito, iustificationis beneficium attribuatur, eius, qua condonatis peccatis, in filios Dei suscipimur & regeneramur, quod nimirum nobis solius Christi merito constat gratuitum: nec etiam hoc beneficium à quo quam existimetur, aut doceatur, percipi, haberique posse ab ihs, qui mortua tantum fide prædicti sint, que charitate, nouaque uita non polleat.

His itaque explicatis, haud difficile uidere est, quid intendum, atque docendum sit, de principe quæstione, an fide sola, id est, fide ex sua propria ratione, iustificari coram Deo, an fide, ut ea coniunctam habet charitatem, & uirtutes reliquas: hoc est, an & charitas cæteræ uirtutes pertineant ad iustificationem, & quatenus.

Meminisse uero oportet, primum, iustificari nos apud Deum, aliquando, & in scripturis, & in Patribus, idem esse, atque in gratiam Dei recipi, adoptari in filios Dei, & adiudicari nobis uitam æternam: aliquando idem,

atque

## DE CONCILIANDO

atq; nos comprobari & iudicari pierecte q; fecisse: non  
nunquam uero idem, quod est, nos iustitia donari, & or-  
nari propria, atque inhærente.

Deinde nos in hac quæstione non loqui de fide mor-  
tua, sed tantum de fide uita, id est, persuasione spiritus  
sancti, qua Euangelio assentimur, assensu totum homi-  
nem regenerante.

Ad hæc, id quoq; haud negligenter discernēdum est,  
*Discernen* cum queritur, an iustificemur fide sola, uel etiam charita-  
tū, quo recipi te, aut operibus, an queratur de eo, quo recipimus iustifi-  
cationem, id est, quæ sit recipiens causa iustificationis; an  
si quo sumus iustificati: & propter quid.

Vt ergo tria genera sunt iustificationum, & tria etiam  
genera causarum iustificationis ( de ijs loquor causis, de  
quibus aliquid existit dubitationis, nam de prima effi-  
ciente causa, Deo, nihil dubitatur: sicut nec de principe  
finali, ut salui simus, sancti & irreprehensibiles, in lau-  
dem gloriae Dei. ) ita questionem de iustificatione trifa-  
tiā conformabimus.

An fides, Primum utrum iustificemur fide, id est, percipiamus  
uel charitate iustificationem fide ex se, an charitate, ut Pighius con-  
stat, an fides tendit, uel ut alij, fide quidem, sed non sola fide, non fide  
per se uel p primo & per se, hoc est, non fide ex sua ipsius ratione, ut  
charitatē est apprehensio promissionis Christi, sed ut pollet & for-  
recipiat iustificationē, ut uera fides, uel charitas: aut an si  
fides per se, uel per charitatem, sit causa subiecti dispositio-  
ua, ac receptiuā iustificationis.

Et quia triplicem iustificationem à Deo accipimus,  
primum ipsam peccatorum condonationem, gratiam  
Dei, & communionem cum Patre & filio, quæ prin ceps  
iusti

ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

173.

Iustificatio est: deinde qua donamur iustitia propria, <sup>An fide rem</sup> id est, noua uita, quæ charitate & cæteris omnibus uir= cipiatur et tutibus constat: tertio, qua nostra benefacta compro= bantur & remunerantur: potest præsens quæstio de cau= sa receptiura iustificationis, etiam trifariam proponi, An scilicet fide, non charitate, & fide per se, non per charita= tem, percipiamus à Deo, primum, remissionem peccato= rum, & gratiam Dei, id est, acceptationem & adoptionem nostri ipsorum in filios Dei: deinde nostri innouationē, nouamq; creaturam, hoc est, iustitiam propriam, & inhæ rentem: tertio, uitæ nostræ atq; bonorum operum com= probationem, & præmia.

Deinde utrum id, quo iustificamur, ut formalí, quoq; iusti sumus, sit sola fides, an etiam charitas, ac reliquæ virtutes.

Tertio, an propter solam fidem, uel etiam charitatem, & opera laudem à Deo, & mercedem consequamur.

Ad primam itaq; quæstionem, in qua controversia de hoc loco cardo consistit, respondet Articulus, & con= sensionem certam, piamq; constituit, in ipsa sane spiritus sancti doctrina, dilucide & certo, quamuis breuissime, expressa. Fidem scilicet, ut fidem, ut assensio est Euange= lii: fidē inquā solam, hoc est, primo et per se, esse solidam, plenāq; causam receptiura, primum, gratiæ atq; adoptio nis Dei: principiis iustificationis: tum charitatis, uirtutū que omnium: quæ iustificatio est, secundi ordinis: ac dea= nicq; omnis quoq; laudis, & mercedis, qua Deus bona no= stra opera remunera, quæ est, iustificatio tertij ordinis:

Quod enim attinet, & ad primum genus iustificatio= nis, i. reconciliationē cum Deo, et adoptionē in filios dei, de qua maxime dissidetur, habet Articulus §. 3. mentem nostram, à spiritu sancto moueri in Deum, per Christum;

Quid illud

quo iustifi= cari & me= sti sumus,

Quid pro= pter quod iustifica= mur.

## DE CONCILIANDO.

& moneri perfidē, qua illa credit, ut omni uerbo, omni p̄  
promissioni Dei: ita maxime promissioni de Christo; qua  
ille pollicitus est, se remissurū peccata gratis, & adoptatu  
rū in filios credentes in Christū, eos, q̄s uitę prioris pœni  
tuerit: & hac fide deniq̄ erigi in Deū, ideoq̄ accipere sp̄i  
ritū S, remissionem peccatorum, & innumerabilia bona;

Item, nos per fidem Deo gratos & acceptos esse, pro  
pter Christū. Et rursus, hac ipsa fide nos apprehendere  
misericordiam Dei in Christo; qua credimus, et sentimus  
quoq̄ peccata nobis condonari: & iustitiam, quæ est in  
Christo, imputari: simulq̄ pollicitationem spiritus sancti,  
& charitatem accipimus.

Et iterū, fide nos eatenus iustificari, id est, acceptari &  
reconciliari Deo, quatenus apprehendit misericordiā &  
iustitiam, quæ nobis imputat propter Christum, & eius  
meritum; non propter dignitatem, seu perfectionem iu  
stitiae nobis in Christo communicatae.

In his omnib, tribuit fidei, esse motū, & opus spiritus S.  
quo mens ita in Deū, per Christū erigitur: itaq̄ erecta in  
**Fidei duo** Deū, per Christū, credit, promissioni Christi, promissio  
nī redēptionis et salutis factę per Christū, ut hanc ipsam  
et q̄ sit mo redēptionē, remissiōne peccatorū, & salutē in Christo  
tus spiritus credēdo apprehendat: accipiatq̄ spiritū sanctū, remissio  
nem peccatorum, imputationem iustitiae & innumerabi  
lia bona: & sentiat quoq̄ se ista accepisse & tenere, ut sic  
accipiat,  
quod cre  
dit.

Duo itaq̄ obseruabis hic, pie lector, attributa fidei, hoc  
est assensui Euangeli, & ea ex D. scripturis, unū, quod sit  
motus spiritus S: alterū, q̄ sit motus eiusmodi, quo mēs,  
quę Euāgeliō promittunt, apprehendit & accipit. Prius  
ex multis locis S. scripture concludit, quorū aliqua supra  
adduximus: tū uel eo uno loco Pauli satis cōstat uerū es  
se, quo ait, *Habētes uero eundē spiritū fidei*, secundū qđ

ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

74

Scriptus est, credidi, propter quod locutus sum: & nos cre-  
dimus, propterea & loquimur. Nā testat clare hoc dicto 1. Cor. 4.  
Apostolus, fidem esse à spiritu fidei: uti sapientia, à sp̄itu  
situ sapientiae, hoc est, adflari à spiritu sancto. Alterū pa-  
tet ex illo dicto Domini ad mulierculam peccatricen. Fi-  
dest tua saluam te fecit, uade in pace. Et ex eo, quod dixit Luc. v.  
ad Discipulos, Omnia quęcunq; orantes petieritis, cre-  
dite quod accepturi ea sitis, & erunt nobis. Mar. 11.

Ex utroq; n. recte inferi, et irrefutabiliter concluditur,  
nos, p̄ fidē indubitate accipere quod credimus: et hoc q̄a Fide, non  
credimus, nō q̄a diligimus: eoq; iustificationē, et principē charitate  
illā, quę est remissio peccatorū, et adoptio in filios Dei: & et fide per  
secundariā, id est, innouationē nostri: & tertiam, quae est fe, ac sola  
bonorum operum approbatio & præmia, fide, nō chari-  
tate: & fide primo & perse, non per coniunctā sibi chari-  
tatem, percipi à nobis & teneri. percipitur  
iustificatio  
prima, se-  
cunda, ter-  
tia.

Nā cū sit fides, persuasio nō humana, sed diuina, assen-  
sus nitens promissione, non hominis, sed Dei, isq; nō cō-  
ceptus uiingenij & rationis nostrę sed inspiratus diuini-  
tus, nō potest unq; inanis esse aut frustrari. percipit igit̄,  
quod offerri sibi credit ab eo, qui fallere aut frustrari po-  
test neminem. offertur autem Euangelio, cum primis, iu-  
stificatio & beata communio cum patre & filio: deinde  
innouatio nostri: postremo merces bonorum operum.  
Non potest ergo fieri, quin hæc ipsa accipiat, quicunque  
Euangelio, ea offerenti uere crediderit.

Cumq; Deus electos suos, quos fide filij sui donauerit,  
perinde habeat oēs, & quanq; non eandē omnibus fidei  
mensurā admetiat, nullus tñ fidē frustrari possit, rursus  
consequitur, Omnes, qui uere crediderint Euangelio,  
quo Deus ante omnia salutem aternam per filium suum:  
cum nouā uitā; deniq; nouę uitę reconciliationē offert, si

## DE CONCILIANDO.

mul acq̄ spiritū fidei afflati,fidē hanc conceperint , ipsam quoq̄ iustificationem , & primā , & secundam , & tertiam accipere & tenere . De īs loquor qui Euangelio fidem habeant certam,fidem ueram,uiuamq̄ , & regenerantem fidem,quam idem spiritus fidei persuaserit,inspirauerit que:quo crediderunt , & locuti sunt sancti prophetæ , & Apostoli: de qua sola fide hīc loquimur , quæq̄ fides nō potest non secum habere,ut ueram peccati pœnitentiam , ita & iustū cōdonationis defyderū . Quā itaq̄ haec fides credit,et in Euāgelio apprehendit , & redemptionē , & renouationē , et remunerationē : eandē necesse est à Christo accipiat,teneat & possideat . Ita ut remissionē peccatorū & pacē Dei apprehēderat,acceperat , & habebat , simulat q̄ credidisset,muliercula peccatrix, cū ei Dominus diceret,Remittuntur tibi peccata tua,fides tua saluam te fecit,uade in pace . Vt enim hanc habuit , ita habet qui in Christum credunt omnes,nam non accipit personam .

Si homo hominī remissionem offensæ , & beneuolētiā uero animo offerat , quis dicat eum , qui offerenti offensæ condonationem , & placati amici beneuolētiā , uere credat , non simul atq̄ fidem illi accommodauerit , redire etiam cū eo in gratiam , certoq̄ iam remissam huic esse offensam , & habere rursus , ac tenere , amici illius beneuolētiā & gratiam : Et scilicet , qui credunt Deo offrenti per Euangelion suum , remissionem peccatorum , adoptionem in filios suos , propter Christū suum : offerēti renouationē ad imaginem suā : offerenti deniq̄ , si quid pie fecerint , amplam mercedem , hos dicere fas erit , non accipere , tenereque hæc ipsa , quæ Euangelio offerri sibi certo credunt : re ipsa : quæ offerūt in præsens , ut remissionem peccatorū : et gratiā Dei , tū nouæ uitæ inchoationē : et dei in omnibus rebus benedictionē : spe uero et expēctationē :

## ARTICULO IVSTIFICATIONIS.

175

tione: quæ offeruntur in futurū, ut uitæ nouæ perfectio  
nem, & hæreditatem cœlestem.

Centurio, mulier ἐν μαρτυρίᾳ, mulier Syrophœnissa, &  
quicunque credebant se corporum salutem posse à Chri-  
sto referre, etiam nulla adhuc ipsis certa de ea promissio-  
ne facta, fidē sua, quæ optauerant, retulerunt: statimque Matt. 8  
habebant, tenebant: & attribuunt id Dominus ipse fidei-  
eorum, non dilectioni. Ut credidisti, inquit, fiat tibi. Fi- LUC. 7  
des tua te saluam fecit. Magna est, o mulier, fides tua, fiat  
tibi, ut uis, Secundum fidem uestram fiat uobis. Et cum  
Euangelio, in quo tam certis, preclaris, ac toties repetitis Matth. 19  
promissionibus, offertur remissio peccatorū, gratia Dei,  
uita noua, merces bonorum operum, propter quæ præ-  
cipue Christus aduenit, nam uenit, ut quæreret & saluū  
faceret, quod per h̄t, fides uera, uiuac̄ habetur, dicere au-  
det Pighius, dicere audent alij Sophistæ, non hac ipsa fi-  
de, etiam percipi, haberí, possiderí, eam ipsam peccato-  
rum remissionem, & gratiam Dei: inchoatam uitam Dei  
& Domini benedictionem.

Falsum ergo, uel non proprie, dixit toties Christus ip-  
se, Qui credit in me, habet uitam æternā: manet in me, &  
ego in illo: omnia quæcumque petieritis orantes, Credite  
& accipietis, & erunt uobis. Item ad Paulum, ad quos  
te mitto, ut aperias oculos eorum, & conuertas eos à tene-  
bris ad lucem, & ex potestate satanæ ad Deum: ut percip-  
iant remissionem peccatorum, & partem inter sanctifi-  
catus, fide in me, fide enim in me, dicit, non dilectione. Et  
male respondit Apostolus carcerario, rogāti, quid opor-  
teret se facere, ut saluus fieret, crede in Dominum Iesum,  
& saluus eris, tu, & domus tua. crede enim, dixit, non di-  
lige. Perperam etiam, aut inepte scripsit, Rom. Iustificati  
igitur fide, pacem habemus cum Deo, per Dominum no-

## DE CONCILIANDO

strum Iesum Christum , si non fide constat , & percipitur iustificatio ea , qua pacem habemus cum Deo , ei sa recon ciliati per Christum . ex quo enim , non ex eo , maior pars sanctorum patrum legit , id est proposito magis conuenit . Ita uel non uere , uel non recte ibidem subiicit . Per quem et aditum habemus in gratia hanc fide , si non patet nobis aditus fide , eademque peruenimus in hanc gratiam filiorum Dei , in qua stamus , & gloriamur sub spe gloriae &c . Ita & ad Ephesios non bene scripsit , Gratia seruati istis , per fidem .

Adeum vero modum spiritus sanctus ubique non dilectionem , sed fidem , id esse testatur , qua recipimus iustificationem , uti nimimum recipiuntur , quaecunque offenduntur , tradunturque uerbis . Ita enim percipitur omnis iniuria , offensaque condonatio : omnis benevolentia & amicitia . Omne ius pactionis donationis , & cuiuscque obligationis , que uerbis fieri solet . Orat filius patrem ueniam delicti sui , pater exoratus dicit se eam concedere , & remittere filio culpam , qua hic queso re accipit filius reconciliationem paternam , nisi fide , quam habet patri , dicenti se ueniam dare , & offendam remittere . An non etiam certo habet filius hanc , & habere se sentit , simul ac crediderit patri dicenti se ueniam dare , et ipsum in gratiam recipere . Sic oblatam benevolentiam , amicitiam , societatem , fidem , & obligationem quamlibet , si uerbis ea fiat , & gratis atque ultro , qua demum re nisi fide , quae habetur offerentibus haec , percipimus , & habemus ?

Ita offert sponsus sponsae fidem mariti , hanc illa accipit , & suam uxoriam inuicem addiccit : quid & hic aliud sit , quo alter alterius fidem , & ius matrimonij percipit , nisi fides mutua , quam uterque alterius promissioni & sponsioni accommodat :

Hinc

## ARTICULO IV STIFICATIONIS

116

Hinc & Dominus ad populum suum per prophetam dicit. Desponsabo te mihi fide (est em אָמֵן) & cognoscas Dominum, hoc est, efficiam, ut credens mihi offerentiamorem & fidem mariti, uere agnoscas, & habeas me caput, maritum, & seruatorem tuum: qua tibi benevolentiam, & fidem gratuito et ultro offero. Vnde ibidem premissum est. Desponsabo te mihi in sempiternum, despōsabo te mihi in iustitia, & iudicio, in bonitate & charitate, singulariter affecta בְּרֹחֶם יְהוָה, qualem matres habent erga liberos suos. Nam ut Deus in sponsę, uxorisq; locum susciperet populum suum, ut cor eius conuerteret ad se, & amplecti suā charitatē faceret, hoc est spiritu fidei adflans, fidem promissionis suę in animo eius excitaret; id totum ita præstítit, ut populum suum sua impietate per Desponsationem, potestatiq; satanæ, & ministrorum eius, impiorum regio nostri tyrannorum, addictum, ipse sua gratuita, & ultronea bo diuina misericordia, atq; charitate plusq; materna, præueniret: eumq; iu stitia sua & iudicio, ea tyrannide vindicaret, ac ei restituat fide nova pace, ab omni uia aduersaria, uerbum suum rursus præ dicari pure faceret, fidemq; huic habere donaret. Ergo quod Deo uere coniungimur, quod ei desponsamur, quod ipso sponso, & seruatore fruimur: hoc totum percipimus, & habemus, fide, qua Deo ultro hanc suam charitatem offerenti credimus.

Vt uero habet ratio desponsationis, sic habet & adoptionis, nam & huius ius, quo alio pacto accipitur, quā onis et pro fide, quae habet adoptantib; Vti & populus ultro oblatā gubernationem, principis, nō aliter percipit, suāq; facit, quam credendo pollicenti illam & offerenti. Ergo ut filij principalis fide percipiatur. Dei, ut ex populo eius, ut in fide eius, simus, hoc fide, qua credimus Euangelio, quo ille hęc nobis pollicetur, & offert, accipimus, atq; tenemus.

Ita

## DE CONCILIANDO

Ita si quis offerat aliquid dono, si promittat non debit  
terei, et non debite mercedis, si de promissione percepitur.  
tam mercedem operis, ius, in rem dono oblatam, & in  
promissam mercedem, fide sola accipitur & tenetur, ea,  
quaे habeatur donanti & promittenti. Sic cum Deus in-  
nouationem nostri, & boni operis mercedem, cum præ-  
sentem benedictionem, tū futuram coronam, dono of-  
fert per Euangelion suum: si haec non fide Euangeliū il-  
ico percipimus, & q̄ primum ei credimus, noua in nobis  
uita inchoatur, infusa charitate, infusa cæteris uirtutis  
bus, ipsaq̄ Dei benedictio in præsens promissa, præsto  
est, & fixa etiam expectatio coronationis futuræ; inanis  
profecto est fides Dei, incerta omnis promissio eius,  
frustranea fides inspirata spiritu fidei. Quæ cum non  
possint sine manifesta impietate & blasphemia dīci, con-  
clusum & demonstratum est, fide percipi, haberi & pos-  
sideri à nobis, sicut condonationem peccatorum, atq̄  
adoptionem in filios Dei, hoc est, iustificationem no-  
stri principem: ita etiam, cum donum innouationis no-  
stri, nouam creaturam, nouum hominem, qui secundum  
Deum conditus sit, in omniiustitia & sanctitate: quæ no-  
stri innouatio, iustificatio est, secundi ordinis: tum etiam  
gratuito promissam bonorum operum mercedem, quan-  
tum quidem in præsens illa promittitur & offertur: & fir-  
mam spem coronæ iustitiae, in futuro seculo reddendæ,  
quæ est iustificatio tertij ordinis.

Hæc inquam omnia percipere nos fide, & fide sola,  
hoc est fide per se, ut est assensus Euangeliū, necesse est, n̄  
si inanis sit fides & promissio Dei: & frustranea fides,  
quam ipse in nobis operatur, & inefficax in eo spiritus fi-  
dei. Consequitur quidem hanc fidem dilectio Dei nece-  
sario, nec enim potest, non multum diligere Deum, cui  
remisit peccata plurima, largitusq; est dona amplissima,

& am-

& ampliora promisit: iam noua uita, dilectione Dei maxime uiget, tam abest, ut ea absque dilectione esse possit. At quia ista omnia Euangelio Christi offeruntur, et offruntur gratuito, propter unum Christum, dicit aliud nulla ratione, nullaque cum scripturis consensione potest, quod ea percipi fide, non dilectione: fidemque non dilectionem esse animae nostrae dispositionem, qua omnis iustificatio Dei, in hac quidem uita percipitur, habetur, possidetur. De quo nemo dubitat, qui loca scriptura, quae adduximus, & similia eorum, tum etiam rationem eorum, quae gratuitate & ultronea offeruntur benevolentia, religiose considerarit.

Pighius dicit quidem Christum & Apostolos, his scripturæ testimonij, non loqui de fide pure, & simpliciter Pighius oī dicta, sed quatenus ea sit fota calore charitatis & accensa; tendit, uero immo audet dicere, dilectionem, non fidem, esse dispositio*nem proximam, recipienda iustificationis: ut hoc loquens in modo, charitate, quam fide iustificari nos, uerius diximus.* Sed dicit hoc tantum, non probat: ut nec potest quidem, ut qui eo Christo, & Apostolis aperte contradicat. Religiosis enim mentibus dubium non est, quin nemo possit loqui de his rebus, magis propriæ, & diserte, quam Dominus ipse, & Apostoli eius: quare cum hi perceptionem salutis, & omnis benevolentiae Diuinæ, fidei, non dilectioni tribuunt, idque rationi quoque ita consentaneum sit, ut diuersum nulla prorsus ratione dici possit, non admittent, quicunque uoces Christi sunt, uocem istam, non alienam tantum, sed uocis Pastoris aperte quocque reclamantem. Cum enim Christus Dominus tot locis dicit, remissionem peccatorum, salutem, et partem inter sanctificatos, percipi fide in se: dicit Pighius, uerius dicit dilectione haec percipi, quam fide. Quam autem nihil patro-

## DE CONCILIANDO

cinēt ea scripture loca, huic Pighianē cōtradictionī, quibus tñ ille se gloriaē eā demōstrasse, postea exponemus.

Hac modo satis sint, ad cognoscendum, cum de eo queritur, quo iustificamur, id est, quæ sit causa receptiua iustificationis, & quidē omnis iustificationis: tñ eius, qua remissis peccatis adoptamur in filios Dei, & donamur uita eterna; tum eius, qua donamur & induimur propria & inhērente iustitia: tum, qua accipimus, ultroneā & grātuitam bonorum operum mercedem: non posse iustificationis causam aliam dici, quam fidem, et fidem per se: non dilectionem Dei, uel per se, uel ut fidem uiuiscat: & perficit: quæ nimirum ex ipso spiritu fidei, quo inspiratur, & constat, & uita m., & perfectionem suam habet: non ex dilectione, quæ fidem consequitur: & quanquā eodem spiritu filiorum dei regeneratore & ob-signatore, inspiratur, ex fide tamen quodāmodo nascitur, & existit, nam quantum de Deo uere credimus, tantum eum diligimus & colimus,

Nunc & de formalī iustificationis causa, i.eo quo habemur iā iustificati apud Deū & iusti sumus, paucula subiū ciemus. De eo uero tñ Pighio nulla est cōtrouersia. Nā scribit, & rectescribit, nos nec fide, nec charitate nostra, iustificari coram Deo, si formaliter, & proprio loquac̄ mur: sed una Dei in Christo iustitia: una Christi nobis communicata iustitia: una ignoscente nobis peccata nostra Dei misericordia. Hæc ille, & utinam cetera ad eundem modum.

Fol. 79  
Formale principis iustificatio  
nis iustitia Christi.

Vere enim in oculis, & iudicio Dei, aliud nō est, quo iustificari, id est iusti iudicari, esseq; ualeamus, q̄ iustitia Christi: qua nostra peccata, et imperfectio quoq; nostra innouationis contegat: & quantū eius in nob. perfectū est, Deo cōmendetur: eo quod nec fides nec charitas, hoc est,

hoc est, tota nostri renouatio, & inhærens iustitia, in hac quidem uita, eo progrediatur, & perficiatur, ut hac freti, ferre iudicium Dei ualeamus. Attamē quoniam Deus ex donata filij sui iustitia, etiam in nobis iustitiam aliquā spiritu filij sui excitat, & eandem quoque nobis, quamlibet multilam & imperfectam, ad iustitiam deputare: & iustitiam, nosque propter eam, iustos uocare dignatur: eam ob rem de hac conciliatus Articulus recte ponit. §. 5. eum, qui iustificatur, accipere etiam, & habere iustitiam inhaerentem: sed addit, pie et necessario, per Christum. Sicut & illud, quanquam donari à Domino, & indui propria iustitia sanctos, patribus iustificari dicatur: tamen animam fidelem, non hac niti, sed sola iustitia Christi, nobis donata: sine qua omnino nulla esse possit iustitia. Unde & illud & que pie, & caute Articulus adiicit, nos propter inhaerentem iustitiam, eo tantum iustos dici, quod que iusta sunt operamur, iuxta illud Iohannis. Qui facit iustitiam, justus est.

His Articulus clare, & secundum scripturas Dei docet, quid formale sit iustificationis, id est, id, quo habito, homo, iustificatus apud Deum sit, & iustus. Triplex enim cum sit nostri iustificatio, remissio peccatorum, & in gratiam filiorum communionemque uitae Dei receptio: huius uitae Dei in nobis inchoatio: & prosequens bene uiuentes Dei benedictio, bonorumque operum retributio: triplex quoque est formale iustificationis. Principis iustificationis, una, solaque iustitia Christi, nobis donata, quod Articulus docet, cum confirmat hac sola niti animam fidelem in iudicio Dei, acceptosque nos Deo esse. Secundus vero iustificationis, id est, nostri innouationis, inchoata in nobis iustitia, quam Christus uiuens in sibi credentibus, excitat, uisitque in unoquoque, pro modo & mensura

fidei, quam cuiq; admetitur: de qua illud est in Articu-  
lo, eum, qui iustificatur, nimirum prima iustificatio-  
ne, hoc est, in filium Dei adoptatur, accipere & habere  
per Christum, etiam iustitiam inherentem: & hac nos ius-  
tos dici, quia ea quae iusta sunt, o per amur, iuxta illud Io-  
hannis, qui facit iustitiam iustus est.

**Formale**  
**tertiae iusti-**  
**ficationis**  
**ipsa dona**  
**Dei.**

De formalis tertiae iustificationis, quia nulla est contro-  
uersia, nihil diserte docet Articulus. Quis enim non ag-  
noscat, huius iustificationis formale in nobis esse, ea ip-  
sa Dei dona, quibus nos Deus, pro sua gratuita munifi-  
centia remuneratur, uel in praesenti, uel futuro.

**Sola iusti-**  
**tia Christi**  
**freti in iu-**  
**dicio Dei**  
**subsistit:**  
**mus.**

De secundæ iustificationis formalis, hoc est, de inchoa-  
ta in nobis iustitia, maxime controuertit, an ea dum pol-  
leimus, uestitis sumus, iustificatos nos, iustos q; esse, id q;  
coram Deo, in iudicio Dei, dici conueniat. Cum enim  
nos secundum uerbum Domini docemus, homines quæ  
tumuis hac communicata, & quodammodo propriæ iu-  
stitia, in hac quidem uita prestant, tamē eos ista tantum

**Calumnia,**  
**nos docere**

iustitia fretos in iudicio Dei subsistere, haberi q; iustos,  
inherentē non posse: quia nimirum in cōspectu Dei, nemo uiuens,  
iustitiam sua quidē uirtute, iustificabitur: id per calumniam à mul-  
non esse netis eo rapitur, quasi doceamus, propriam hanc iustitiam,  
cessariam, nec esse hominibus necessariam ad salutem: nec etiam ha-  
nec Deo ha- beri eam in iudicio Dei pro iustitia quod utrumque cum  
beri pro iu- scriptura pugnat: quæ scilicet docet, istam inchoatam in  
flitia. nobis iustitiam, & necessariam esse ad salutem: & à Deo  
iustitiam censi.

**Impium cō-**  
**mentū, a-**

**liquid iusti-**  
**tie posse**

**esse homi-**  
**nī extra**

**Christum.**

Contra uero etiam non defuerunt, qui iustitiam, quæ  
coram Deo iustitia haberis possit, uiribus naturæ tribue-  
runt: tñ eam, quæ spiritu Christi inchoata est in sanctis, iu-  
stitia, satisfacere legi Dei: & eā esse, qua per se apud Dñs  
inter iustificatos, et uita eterna dignos numeremur.

Articu-

Articulus ergo istam contiouersiam, quamuis breuis iustitia ter, certo tamen, & secundum scripturas decidit, clare ac propria ne diserte docens. Primum, oportere & hanc nobis inesse inhaerentem iustitiam; cum ait, eum qui iustificatur, scilicet per Christum, in se nimirum iam manentem & uiuentem, uitam Dei, et iustitiam inhaerentem: deinde cum subiicit, nos iustos dici, & in scripturis, quum iusta operamur, adducto in hoc testimonio Ioannis, docet, hanc iustitiam, & Deo pro iustitia reputari.

At quia hac ipsa iustitia inchoata, per se iusti haberi iustitia Deo non possumus, propter eius imperfectionem: nam leprosi per gratiam Dei satisfacere non potest: adiecit illud necessarium, an se Deo placem fidelem nisi, non hac communicata, sed sola Christi cere nobis iustitia, nobis donata: & sine haec nullam omnino esse iustitia potest. stitiam, hoc est, hanc ipsam in nobis excitatam iustitiam, quamvis donum Dei, & opus sit spiritus sancti, nobis tamen suo merito pro iustitia in iudicio Dei deputari non posse: propter admixtas nostras sordes, & tam languide accommodatam motui spiritus sancti nostram & mentem & uoluntatem. Eo uero, & illo, quod adiicit, nos hanc ipsam inhaerentem iustitiam accipere, & habere per Christum, excludit etiam illud impium commentum, de iustitia, quam humanis postle praestari uiribus, quidam confirmant: nam si sine iustificatione illa principe, qua in filios Dei adoptamur, nulla omnino iustitia esse potest: & eam, quae in nobis esse uel inchoata queat, per Christum dari necesse est: quod utrumque Articulus diserte ponit: consequitur certe, hominem ex se, & naturae tantum uiribus praeditum, nullam posse habere iustitiam: & peccatum esse, quicquid ab eo sit non ex parte Christi. Sicut dicitur, abest, nullum qualibet in se bonum, et utile humano ges-

Yy ij

DE CONCILIANDO

neri opus, in suum finem, gloriae Dei in electis suis illustrandae, referri queat, ut supra exposuimus.

Ex his itaque satis conuenire piis omnibus poterit, etiam de formal causa iustificationis in nobis, hoc est, eo, quo existente in nobis, iustificati, iusti quod coram Deo sumus: Vt nimirum consentienter agnoscamus, & doceamus, id, quo accepto, apud Deum ad uitam aeternam iustificati ac iusti sumus, solam esse iustitiam Christi: illud autem, quo, percepta iam hac Christi iustitia, & ea ipsa habentes uitam aeternam, per fidem Christi, iustificamur, iusti sumus, ad perficiendam scilicet salutem nostram, et uitam Dei communicatam, esse iustitiam inchoatam, id est, uitam Dei in nobis coepit, nouum hominem, nouam creaturam. Et simul quoque communiter tenebitur, et docebatur, hanc ipsam inharentem iustitiam, necessariam quidem esse ad salutem: at non nisi per Christum, et ex pri-

*Iustitia nostra ex Christi iustitia tota pendet.* ma iustificatione, sine qua, ut Articulus pie confirmat, nulla omnino iustitia esse potest, percipi eam, haberi quod posse: tum, quanquam & Deo ipsi haec pro iustitia beatetur, id tamen non fieri suo ipsius merito, sed merito iustitiae Christi, nobis donata: hoc est, ex ea gratia, quia nos prima iustificatione adoptare in filios, Christo suo inserere, & gratos facere sibi, in eodem, solo perse dilecto, dignatus est.

*Iustitia propria necessaria est, necessitate, non meriti sui, sed operis Dei, in restituendo homine.* Eoque cum dicimus, hanc in nobis existentem iustitiam, esse necessariam ad salutem, ne quis id perperam intelligat, non sentimus eam necessariam necessitate meriti sui (ex gratia enim, & per unum Christi meritum nobis ex gratia donatum, constat nostra redemptio.) sed necessitate operis Dei in homine restituendo, quod natura sua, hoc est, diuina voluntate, & benignitate, sic habet, ut remissioni peccatorum, & adoptioni in filios Dei,

## ARTICVLÖ IUSTIFICATIONIS.

168

Dei, in suctio in Christū, noua creatura, figmentum Del in Christo ad bona opera, necessario cohæreat, eodem que restitutionis opere perficiatur. Qui n. credit in Christum, manet, uiuitq; in illo: & habet illum manentem & uiuentē in se: ideo & iustitiam suam explicātem, omnīq; genere officiorum exhibentem. Vnde est, quod Iohannes testatur, omnem qui non facit iustitiam non esse ex Deo. & qui natus ex Deo est, cum non posse peccare, eo, quo ex Deo natus est, nouus siquidem homo qui Christum baptismate induit, secundum Deum conditus est Ephes. 4 in iustitia et sanctitate ea, quae est ueritatis, hoc est fidei, qua ueritati Euangeliū certo assentimur. Ut igitur remissione peccatorum, adoptio in filios Del, atque regeneration in Christum, necessaria connexione coniungitur, ita regeneratio & innouatio spiritus in Christo, non potest esse sine iustitia, hoc est, omnimoda uirtute, ipsa scilicet uita Christi in nobis.

Quæ, fide nascitur & existit: fiducia & spe sustentatur Qib; m & alitur: dilectione Dei uiget, & irroboratur: sancti- ta noua cōtate, hoc est, totius hominis ad nutum spiritus Christi, stat & ex repressis prauis cupiditatibus, accōmodatione, uernat, plicatur. & floret: dilectione proximi fructificat, & uim suam explicat: cū sese, quibus quisq; pro sua uocatione possit, omnibus artibus & opibus, ad procurandas proximorū utilitates ad gloriā Dei, uel potius ad illustrandā gloriam Dei, in salute & cōmodis proximorū, prudentissime instruēdo, instruendo, & muniendo: tum quæ ad hunc finē pia prudentia prospexerit, præpararitq; constantissime & fortissime suscipiendo, contemptoq; omni et labore, & periculo, perficiēdo: se deniq; et sua officia, q; equissime inter omnes distribuendo, salutiq; eorū dexterrime applicādo: utq; in hac ratione, et hoc uiuēdi Deo studio perse-

Prudentia.

Fortitudo.

Iustitia spe cialis.

## DE CONCILIANDO.

**Temperan** perseverare possit, tam carnem suam sancta moderatio  
nia.  
**Religio.** ne, cum concupiscentijs & uitij crucifigendo, corpusq;  
peccati, quoad eius fieri queat, abolendo; q; ut internus  
homo suis actibus in caput Christum continuo succre-  
scat, religioni q; studiosissime incumbendo. Hæc omnia  
insunt in uita Christi, actuque spiritus sancti, hoc est, in-  
choata iustitia, in renatis; ut inter se, ita cum fundamento  
& radice ipsorum, fide necessario connexa.

**Iustitia no** atam iustitiam, etiam coram Deo esse, haberiq; iustitiam,  
ara & est, illud quoq; diligenter obseruandum est, quod Articu-  
& proba- lus habet: hanc iustitiam, nec in nobis existere, nec in iu-  
tur, p iusti- dicio Dei cōprobari, censeriq; pro iustitia posse, nisi per  
tiā Christi. Hac enim sit, ut, in quibus illa obtinet,  
n̄ Deo in Christo dilecto, ita grati, chariç; sint, ut quām  
q; ipsi omne bonum, & uelle & operari, quod in eis Deus  
operator, omnemq; motum spiritus sancti, sua inna-  
ta peruersitate, quod in ipsis est, & ad effectum Dei in  
ipsis attinet, debilitent, & admixtis cupiditatibus suis pra-  
uis, contaminent, tamen deus propter Christum suum,  
ea ipsa ab illis quantumuis imperfecta, sordidataq; ope-  
ra, boni consulat, accepta habeat, & iustitiae deputeat.

**Gen. 9.** Hinc ab ipso spiritu Domini laudatur Noah fuisse  
**Gen. 7.** uir iustus, & integer, & cōuersatus esse cum Deo: dixitq;  
ei Dominus ipse: Te uidi iustum coram me, in generatio-  
ne hac. Ita testimonium perhibuit Abraham, quod audie-  
**Gen. 25.** rit uocem suam, obseruarit obseruantiam suam, præcepta  
**Iusti corā** sua, ceremonias suas, legem suam. At quid aliud iustitia  
**Deo.** est, quam obedire uoci, & præceptis Dei: Sic uero lauda-  
**z. Reg. 11.** tur & David, quod corde recto cum Domino fuerit,  
**C. 15.** & fecerit quod placitum esset in oculis Domini. Vnde  
**Psl. 17. 18.** 26. & alijs de sua sæpe iustitia, etiam coram Deo ipso gloriatur: &  
ut si

ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

ut sibi Deus pro iustitia sua rependat, etiam cum ea acriter iudicio explorauerit, orat. Sic gloriatum legimus & Reg. 20 gem Hiskiam. Ita laudat etiam ipso ore Domini lobum, quod integer et rectus fuerit, timens Dei, & recedens a malo. Et Zachariae & Elizabeth, parentibus Ioannis Baptista, Euangelista testimonium perhibet, quod ambo iusti fuerint coram Deo: uersantes in omnibus praceptis, & ceremonijs Domini irreprehensibiles. Et Apostolus Paulus de se, ex spiritu Dei testatur, quod non solum, ante cognitum Christum, conscientiam semper habuerit coram Deo & hominibus, liberam offensione: & Act. 24 q[uod] secundum eam iustitiam, quae in lege est, fuerit irreprehensibilis: sed etiam in Euangelio gloria se uersatum est, sancte, iuste, inculpate: id q[uod] Dei, & sanctorum testimonio; nam scribit Thessalonicensib[us]. Testes estis uos, et Deus. Inde alibi dicit, se sibi nihil esse conscientium: dicit, gloriationem suam esse, testimonium conscientiae suae, quod uersatus sit in mundo in simplicitate, & synceritate Dei, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei.

His itaque & similibus uiris, cum Deus ipse laudet iustitiae tribuerit, & ipsi de sua iustitia etiam coram ipso gloriaris ausi fuerint, & secundum eam iudicari se a Deo uerint: nemo pius dubitat in gloriam Dei, huius iustitiae donatoris, & in nobis effectoris, confiteri, donari & ob id inesse credentibus iustitiam propriam, hoc est, quam sanctorum ipsi, ex spiritu quidem Christi, sua tamen mente, sua uoluntate, suo studio presentent: constantem scilicet fidei, spei, & charitatem, quibus reliquae uirtutes continentur uniuersae: hancq[ue] iustitiam, etiam Deo ipsi, qui eam, ut donat & efficit in suis, ita etiam agnoscit, laudatque iustitiam: haberi, iudicariq[ue] iustitiam: & sanctis ipsis quoque, hac de propria Dei benignitate fretis, ut ueram iustitiam agnoscendam, iustitia.

## DE CONCILIANDO

atq; in loco etiā corā ipso deo, et hominib; prēdicādā esse;

*Gratuitū  
opis &  
donū Dei  
omnis iu-  
stitia in san-  
ctis.*

At idem, uerbo & spiritu Dei docti, credent, sentient, & confitebuntur, primum, quicquid huius iustitiae habent, id se habere gratuito Dei beneficio, efficientis in nobis, bene, & uelle & operari; idq; pro sua ultronea benevolentia, & propter Christum, unū mediatorem Dei & hominum: per quem unum, sicut patri recōciliamur, ita dona Dei uniuersa accipimus. Deinde, quantumuis donatum sibi iustitiae sentiant, & uere, iusteq; in Domino gloriantur, liberi omni reprehensione conscientiae propriae,

*Sancti mi-  
nus de uni-  
uersa sua  
uita gloria  
tur.*

adeo ut acri, & tremenda discussioni iudicij diuini, se suamq; causam offerant, tamen eo se iustitiae nunquam peruenisse credent, uel sentient, nunq; uniuersam suam uitam sic inculpatam agnoscent, quin & animo & ore remissionem peccatorum suorum quotidie oraturi sint; secundū quod Dominus, sicut Apostolos, ita omnes sanctos orare docuit: & se cum Paulo nondū affecutos esse, quod eis propositum est, confessuri.

*Gloriatio  
sanctorum*

Quare omnis illa sanctorū de sua iustitia, fiducia, & de propositi gloriatio, erat de proposito & in instituto uitæ suæ, & causa uite, & suis peculiaribus in quibus uersabant: non de uniuersa uita sua, nec etiam de tota quarumlibet rerum, atq; causarū suis causis, suarū actione, Perpetuū n. approbandi se Deo propositum tenebant illi, quos commemorauimus: & quas causas habebant contra hostes suos, eas agebant sinceriter, gloriā Dei & salutem hominū simpliciter spectantes.

*Queratio  
gloriatio=*  
*nis Pauli=*  
*ne.*

Paulus, ut in huius exemplo, qui nulli sanctorum perfectione iustitiae secundus fuit, & reliquorum iustitiam estimemus, si de nulla fraude in administratione Evangelij, de nullo sui cōmodi respectu, de nulla etiam cuiusq; hominis studio, uel odio, conscius erat: Sicq; sancte & iuste uersabatur in hoc munere, ut iure reprehendia nemine.

nemine posset: sed nec ipsius conscientia eum accusabat. At quorū se malorū adeo liberū, purūq; sentiebat: Non certe quorumlibet, sed eorum, quæ commemorat, impo-  
sturæ, insinceritatis, doli, studij hominū preposteri, adu-  
lationis, cupiditatis gloriæ: interim tamen agnoscebat, se  
multa bona, quæ uolebat, non facere: multa uel illicitis Rom. 7  
animi sui motibus facere, quæ odisset: quibus tā erat ad- 2. Cor. 11  
huc obnoxius, ut ei, ne se extolleret, angelus satanæ, &  
pungens stimulus carni eius adhibendus esset: tam de-  
nīq; cum singulis actionibus suis, tum uniuersæ uitæ suæ  
diffidebat, ut ipse fateretur, se in eo, quod sibi ipse nihil 1. Cor. 14  
conscius erat, non esse iustificatum: seq; ad præfixam  
metam, pie, iuste, p; uiuendi, & se Deo in omnibus appro Philip. 3.  
bandi, adeo nondum pertigisse: eamq; uitæ, actionumq;  
suarum perfectionem nondum apprehendisse, ut obli-  
tus omnium, quæ ei à tergo erant, hoc est, quæ iam asse-  
quutus fuerat, tanq; eorum nulla ipsi esset habenda ratio,  
& intentus in ea, quæ ei à fronte erant, eniteretur secun-  
dum scopum, ad palmā supernæ uocationis Dei, in Chri-  
sto: ut in eo nimirum plene tandem apprehenderet uitam  
Dei, plenā regenerationē, in qua ab illo apprehensus, &  
assumptus erat. Itaq; quantalibet nouę uitę, et communi-  
catę iustitię perfectione Apostolus præcelleret, tamen fi-  
ditia eius in eo consistebat, ut inueniretur in Christo, ha-  
bens iustitiam, quæ est per fidem Christi, iustitiam quæ  
ex Deo est, & tenetur fide: ut cognosceret plene Christū,  
solide particeps mortis eius, & resurrectionis.

Vnde tametsi uere & pie gloriaret, se bonū certamen  
decertassem, cursum cōsummassem, fidē seruasse, & repositā 2. Timo. 4.  
nūc sibi esse coronā iustitię quā Dominus redditurus ip-  
si esset, in illa die iustus iudex: tamē tota hęc gloriatio ni-  
tebatur, ut D. Augustinus recte scripsit, iustitia Christi, et

## DE CONCILIANDO

promissione remissionis peccatorum: nec minus quam  
Dauid, ueniam oravit peccatorum suorum, pro qua orat  
omnis sanctus, & iudicium Dei in suam iustitiam, depreca-  
tus est: dixitque, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia  
in conspectu tuo non iustificabitur omnis uiuens.

**a Reg. 15.** Et in Davidis maxime laudibus cernitur, quae fuerit  
in istis tam laudatis uiris iustitiae perfectio. Hic enim pre-  
dicatur fuisse uir secundum cor Domini, & fecisse quod  
rectum est in oculis Domini: nec declinasse ab omni eo,  
quod Dominus ei precepit, cunctis diebus uite sue, ex-  
cepta sola causa Vriae Hethae: tamquam multa ille pec-  
cata in uita sua admisit, quae etiam passim ipse confiteit in  
psalmis: Verum dū certo proposito, excepto scelere admis-  
so in Vriae causa, semp spectarit iusta Domini: & ueniam  
eorum, que per infirmitatem & ignorantiam peccauit, propter  
Messiam, cuius satisfactio in sacrificijs representabatur,  
& exhibebatur, oravit: & fide uera percepit, tanta ei iusti-  
tie laus tribuitur a Domino, condonatis scilicet, quae pro  
humana imbecillitate, & ignoratione deliquerat.

**ut iudicium  
Dei sancti  
inuocant  
contra ho-  
stes suos.** Ita cum causam regni a Deo commendati ageret, &  
tueretur contra inimicos suos, homines impios, qui non  
tam Dauidem, q̄ regnum Dei in Dauide, oppressum atq;  
profligatum cupiebant, sicut sibi certo cōscius erat, se nul-  
la impia cupiditate regnum appetisse, et hostibus suis ni-  
hil malum cogitasse, ita etiam coram Deo ipso gloriari de  
innocentia & iustitia sua potuit, iudiciumq; Dei inuoca-  
re: sed in ea ipsam causam, quā habebat cōtra impios ho-  
stes suos, non in uniuersam uitā suam: imo nec in ipsam  
actionem causae sue, relatam ad legem Dei, cui, sicut in  
ceteris ita nec in ista causa satisfacere potuit.

Idē agnouit & Job tātopere a Deo laudatus, qui quā-  
libet magnifice predicatorus sit a Deo, satetur tamē, de im-  
mundo.

## ARTICULO I V S T I F I C A T I O N I S.

18

mundo semine nihil posse existere mundi, quod iudicium Dei sustinere ualeat. Zacharias quoque tam irreprehensibilis in præceptis Dei cum uxore sua non erat, quin prius pro suis ipsis, & suorum peccatis, ut Epistola ad Hebreos testatur, hostias obtulerit. Heb. 7

Quapropter quantas cunctas iustitiae laudes, uel Deum sanctis suis tribuisse, aut ipsos de se confessos esse, legimus, haec intelligendae sunt, aut de proposito & uoluntate, non de effectu, & singulis actionibus (uelle enim illis aderat, perficere autem minime) uel de certis causis, non de universalia uita: & de his ipsis causis collatis cum aduersariis eorum, impiis; non ad legem iustam Dei. Idque, cum scriptura Dei, & universalia Ecclesia Christi confitendum est, in hac uita eodem iustitiae neminem unquam, praeter unum Christum, peruenisse, ut non necesse habuerit, orare ueniam peccatorum suorum per Iesum Christum, qui solus populus suu, omnes sanctos, a peccatis liberat, salutemque restituit.

Proinde ut D. Augustinus lib. 1, contra Epistolas Pelag. ex diuinis scripturis certissime concludit, quantum a libertate iustitiae sancti prædicentur, uel noui uel veteris testas Augusti. cap. 21 mentis, tamen non eos saluos fecit, nisi fides mediatoris: qui in remissionem peccatorum sanguinem suum fudit. Et in lib. 3. Omnia igitur piorum, sub hoc onere corruptibilis carnis, & in istius uitæ infirmitate gementium, spes una est, quod aduocatum habemus apud patrem, Iesus quod aduocatum Christum iustum: & ipse est exoratio peccatorum tu habemus nostrorum. Et rursus in eodem libro. Ac per hoc & sanctus Christi omnes, siue ab illo antiquo Abel, usque ad Ioannem flum. Baptizam: siue ab ipsis apostolis, usque ad hoc tempus, & Cap. 8. deinceps usque ad terminum saeculi, in domino laudandi In Domini sunt, non in seipsis: quia & illorum anteriorum vox est, no solo gloriantur, in Domino laudabit anima mea; & istorum posteriorum vox

Zz iii

## DE CONCILIANDO.

**Legib[us]**  
**nemo sa-**  
**tisfacit.**

Pelagianorum, ista inficiari, si rite explicitur, audebit  
quantauis iustitia in hac uita donata hominibus fuerit,  
tamen neminem, dum in hoc corpore mortis detinetur,  
legi Dei satisfacere unquam posse, & remissione peccato-  
rum omnium salutem constare. Si enim nemo hic uiuere  
potest absq[ue] peccato, quod uetus Ecclesia ingenue fate-  
tur & tueri: peccatum uero nō nisi legis transgressione cō-  
mittitur: fatendum planè est, nemine legi Dei in hac uita  
posse satisfacere: eoq[ue] maledicto legis teneri uniuersos:  
& spem salutis totam in una iustitia Christi nobis dona-  
ta, & nequaquam in propria, & inhærente ponendam  
esse. Sed nec de eo dubitabit, eam ipsam iustitiam pro-  
priam, non nisi Christi beneficio haberi: & extra Chri-  
stum, etiam quæ bona opera uidentur, in peccata uerti, ut  
Augustinus ait. Vnde D. Hieronymus, Eth[ica]e homini-  
nis summa est iustitia, quicquid potuerit habere uirtutis,

**Hierony-**  
**mus.**

**Cyprianus**

**Synodus**  
**Africana.**

non suū putare esse: sed Domini, q[uod] largitus est. Quid, n.  
habes, inquit, Paulus, quod non accepisti? Ex quo D. Cy-  
prianus ad Quirinum, scripsit in nullo glorandum esse,  
quādo nostrum nihil sit. Et Aphricana synodus anathe-  
ma fecit, dicere, hominem absq[ue] gratia Christi, quicquam  
boni operis facere posse; adducens illud, Sine me nihil fa-  
cere potestis.

Ne uerò quis eo offendatur, quod Ecclesia Catholica  
**Quomodo** credit, & per duo clarissima lumina sua, D. Hieronymus  
**intelligen-** & Augustinum, defendit, neminem posse in hac uita esse,  
**dum homi** sine peccato, adjiciendum hic est, istud nō eo adseri, quo  
**nem non** negetur, Deum posse aliquem, etiam in hac uita, iustitia  
**posse esse** sic perficere, ut absq[ue] peccato sit: sed quo agnoscatur ho-  
**sine pecca-** minem in hoc sæculo non posse esse sine peccato. Quan-  
to. quam enim Deo nihil non possibile effectu sit, & in ho-  
mīne, & in qua uis sua creatura: hominē tamen debemus  
dicere

ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

dicere id posse, uel nō posse, qd scriptura ei tribuit. Nec ēm̄ potest falsum esse scripturæ testimoniu. Cū itaq; illa testetur hominem, etiam in Christo uiuentem, dum corpore mortis huius liberatus non est, nunquam absque peccato esse, semperq; opus habere, ut patrem cœlestē pro uenia peccatorum oret: necessario consequitur, eum hic absq; peccato esse non posse, nam constat eum nihil posse amplius iustitiae habere, q; ei Deus gratuito donare uelit: iam testatur Deus, eum esse modum iustitiae, quam credentibus sibi in hac uita largiri dignatur, ut eis semper tamē peccata sua confitenda, & pro uenia peccatorū orandum sit. Nunq; igitur peccatum his deesse in hac uita potest, quos Dominus semper pro peccatorum uenia orare iussit. De quo D. Cyprianus in orationem domini cam. Ne quis, inquit, sibi quasi innocens placeat, & se ex tollendo plus pereat, instruitur & doceat, peccare se quo tidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare.

Ad eundem modum igitur intelligēdum est & illud, præcepta Dei homini ex se, & uiuenti adhuc in carne peccati, esse impossibilia, quod pie & secundum scripturas dicitur: cum dicere simpliciter, præcepta Dei esse impossibilia, aut Deum homini præcepisse impossibilia, merito damnatum sit à patribus. Sunt enim præcepta Dei omnino impossibilia, sed per Christum: & in hac uita eo usq;, ut facias ea, in illis te exerceas. ea sequaris: quanquam ut ea perficias, impleas, & præstes plene, quod requirunt, id tum demum in sanctis, gratia & uirtute Christi perficieatur, cum Deus erit omnia in omnibus.

Falsum enim est, & scripturæ aperte cōtradicit quod Pighius cū cæteris Sophistis contendit, summā illam plenitudinem & perfectionem charitatis, proponi quidem nobis, primo illo & maximo omnium mandato,

Præcepta  
Dei quo-  
modo ho-  
mini posse  
bilia & im-  
possibilia.

Pighij con-  
tradictio,  
Deū nō po-  
scere à noe-  
bis, ut se di-  
ligamus ex  
toto corde

Aaa

DE CONCILIANDO.

In controue uerba scopum præceptorum omnium, in quem perpetuo  
uersia de collimaret nostræ obedientiæ studiū, semper conare  
peccato tur proximus accedere, nō tamē eam sub necessitate exi-  
origina gi, & in obligationem uenire, uelut impossibilem pro hu-  
ius incolatus tempore. Hæc uerba Pighij sunt.

Deut. 10 At scriptura dicit. Et nesci Israel, quid Dominus Deus  
Ibidem. 6. tuus petit à te, nisi ut timeas Dominū Deum tuum, & ut  
ambules in cunctis vijs eius, diligas eum, & seruias Domi-  
Ibidem. 15 no Deo tuo, in toto corde tuo, & in tora anima tua. Item,  
Deus etiā Eritq; hæc iustitia nostra, si custodierimus omnia præce-  
hic amorē pta ista, in conspectu Domini Deinostri, sicut præcepit  
super, e= nobis. Et item, Hodie Dominus Deus tuus præcepit ti-  
tū preci bi, ut facias statuta ista, atq; iudicia: custodias & facias ea  
pit. in toto corde tuo, atq; in tota anima tua.

Hic uides uerbis Domini expressum, Deum à nobis  
poscere, ut timeamus & diligamus se, ut seruiamus sibi,  
& præcepta sua omnia seruemus & faciamus, ex toto cor-  
de, & tota anima. Pighius autem cum suis Sophistis di-  
cere audet, Deum hæc non poscere, sed ea tantum ut sco-  
pum proposuisse, ad quæ obedientiæ nostræ studiū colli-  
memus, & semper accedere proprius conemur: Dicit em̄  
ea non exigis sub necessitate, nō uenire in obligationē. Si  
hoc non est Deo diserte cōtradicere, & præcepta eius sol-  
vere, qd tandem erit Deo cōtradicere, legēq; eius soluere:

Argumen-  
tū Pighij: Sed uide pie lector, q; uel scripturæ, uel patrū pro hac  
impossi-  
ble est hic  
homini, ut  
Deū perfe-  
cte diligit,  
ergo id De  
us non re-  
impune negligere? Aliter de hac re sentit Ecclesia uetus  
quirit. & Catholica, cuius sententiam prescripsit D. Augustinus

tus, cum alias, tum libro de perfectione iustitiae. Lib. de per-

Tunc erit iustus sine ullo omnino peccato, quando sectione in  
nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius: sicut.  
sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum: quod est primum, summumque praeceptum. Cur ergo non precepit homini ista perfectio, quamvis eam in hac uita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quo currendum est, nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis praeceptis ostenderetur? Hac ille.

Hic uides D. Augustinum ex doctrina Catholica trahere, tum demum hominem fore absque peccato, quando ab olita lege membrorum, Deum prorsus toto corde & tota anima, & tota mente dilexerit. ergo si peccato tenebitur homo, donec summo huic praecepto prorsus satisficerit, euidentis est, Deum id etiam praeceptum sic proposuisse, ut eius a nobis perfectam impletionem requirat.

Constat igitur apud orthodoxos, Deum omnibus hominibus praecepisse, ut se re ipsa diligent, sibique seruant, prorsus ex toto corde, & tota anima, non tantum ut ad hunc scopum studium obedientiae suae colliment: idque sub comminatione maledicti sempiterni exigere ab omnibus. Maledictus enim qui non manserit in omnibus uerbis legis: quales sane sunt, quoscunque Christus non eo maledicto liberauerit, sibi credentes. Nam ies qui renati in Christo nondum sunt, praeceptum hoc est tam impossibile, ut id etiam pro stultitia habeant: renatis vero ita impossibile est, ut ei in hac quidem uita satisfacere non possint: obstante scilicet lege membrorum, ex qua infirmatur & impeditur. Vnde & Paulus dixit τὸ ἀστύρα τοῦ τὸν νόμον.

At quia misit Deus filium suum in similitudine carnis peccati, & per hanc hostiam peccati, cōdemnauit peccatum, ut impleretur obedientia legis in nobis: dicitur pie

## DE CONCILIANDO

non potest: Deum homini dedisse præcepta impossibilia. Quanq; enim propter uitiatam peccato originis natu-  
ram, homini non regenito sint obseruatu omnino im-  
possibilia: & percepta regeneratione, dum in hac uita ad-  
huc cognoscimus Deum ex parte, non nisi ex parte possi-  
bilia: tamen quia ad Christum uocantur omnes, qui obe-  
dientiam legis, in ijs qui ad eum fide uera ueniunt, perfis-  
ciet, certe dicendum est, Deum dedisse hominibus, præ-  
cepta possibilia, in hac quidem uita, ut faciendis uere stu-  
deant: in futuro uero, ut in eis ea quæ præcepta requirūt,  
etiam perficiantur, & impleantur: cum scilicet uenerit  
quod perfectum est, abolido eo, quod ex parte est. Vbi  
cognoscemus Deum, uti cogniti sumus, videbimus eum  
sicuti est, apprehendemus id, in quo apprehensi sumus.

*Impium,* Sed non minus impie dicitur, præcepta Dei esse homi  
dicere *præ* *ni*, manenti extra Christum, ulla ex parte possibilia: ut  
cepta Dei quæ pendeant à præcepto dilectionis uniuersa: aut ui-  
sse homi- uentibus in Christo adhuc per fidem, possibilia impletu-  
ni possibi- ut eis satisfaciant. Quanquam enim hominibus renatis,  
lia.

*Psa. 1. et 19.* secundum quod ex Deo nati sunt, & peccare nō possunt,  
præcepta Dei ne grauiā quidem sunt, nedum impossibili-  
lia: tamen quia ijdem carne, id est, secundum externū ho-  
minem seruiunt adhuc legi peccati, & bonum quod  
uolunt secundum internum hominem & spiritum, non  
faciunt, malum uero quod mente renata oderunt, faci-  
unt: sicut nunquam absq; peccato sunt, ita legi Dei nun-  
quam satisfaciunt. Itaq; sentiunt & queruntur præcepta  
Dei sibi impletu, & perfectu impossibilia: in quibus ta-  
men meditantur secundum internum hominem dies &  
noctes: summamq; in illis habent oblationem, dulcio-  
raq; sibi ea sentiunt melle, chariora auro & gemmis: sen-  
tiunt enim præcepta esse uitæ æternæ.

Adl

Ad huncmodum de possibiliitate præceptorum Dei, sicut scriptura, ita & uetus Ecclesia prædicat, quod in libris D. Augustini & Hieronymi contra Pelagianos eidemissime, & copiosissime demonstratum legitur.

Quibus etiam illa Pelagiana consecutio quā Pighius reuocat, irrefragabiliter refutata est. Impossibile est homini in hac uita, satisfacere præcepto dilectionis: ergo ut ei satisfaciamus, à Deo non exigitur. Voluit enim eo Deus omnia concluderesub peccato, ut omniū miseretur: & maledicto legis cunctos subiçere, ut ad Christū, qui eo liberat sibi credentes, electos suos compelleret: per quem nimirum, quod lex imperat, uiribus hominis impossibile, fides impetrat, iam nouo homini, ne graue quidem quod quanquam adhuc ex parte sit: certo tamen perficietur, cū perfecta fuerit nostri regeneratio. Sed de usu uero legis diuinæ, qui est, peccatum ita ostendere, ut perculsos pœnitentia homines impellat ad Christum, di-  
ctum est in Controversia, de peccato originali.

folio 59.

Pighius autem, sicut studet ueritati, ita etiam probatis uititur testibus: nam cum indubie legerit, quæ Diuus Hieronymus ad Ctesiphontem, & in dialogis suis contra Pelagianos scripsit, & defendit, ea ipsa sane, quæ mōpo exposui: tamen non puduit eum, sub nomine Hieronymi, ex quadam symboli explanatione, quam item non ignorat D. Hieronymo falso adscriptā esse: adducere, illam uulgatam sententiam. Execramur etiam eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo præceptum esse: & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in commune posse seruari.

In explicac-  
tione sym-  
boli ad Da-  
mascum.

Execramur certe & nos istud, ac blasphemiam esse agnoscamus, dicere, esse homini à Deo aliquid impossibile præceptū: & addimus cum D. Augustino, Deum iustū

Aaa iii

## DE CONCILIANDO

**D**e natura & bonum, non potuisse homini præcipere impossibilia.  
**E**t gratia at quantū differat, dicere, id quod Deus homini præcepit, esse impossibile (quod blasphemiam esse ipsi quoque testamur) & id quod homini Deus præcepit, esse homini impossibile (quod ita p[ro]e dicitur, ut contrarium blasphemia sit) uerus Hieronymus in Dialogis suis clarissime & certissime explicat. docens, id quod est impossibile apud homines, id est, humanis viribus, apud Deum esse adeo possibile, ut id per filium suum in credentibus, nō solum possibile, sed etiam effectum reddat. hic tamen ex parte, in futuro ex toto. De quo scripsit lib. Dialog. 2, his uerbis.

**Hiero. Dia-** Dixerunt Apostoli, inquit, Et quis potest saluus esse?  
**lo. aduers-** Audiunt à Domino, Quæ impossibilia sunt apud homi-  
**sus Pelag.** nes, possibilia apud Deum sunt. Ergo aliqua quæ apud homines impossibilia sunt, certe ea esse possibilia, ex eo ostenditur, quod apud Deum possibilia sunt. Sit ergo &  
**libro. 2** apud Deum possibile: homini si uelit donare impeccabilitatem, non ipsius merito, sed sua clementia: & apud homines nequaquam possibile, liberi arbitrij potestate, quod nutu donatis accipitur. Hæc ille. Nutu, inquit, donantis, quare modū iustitię habet, quē cōcedit nutus donantis. Is autem modus, sic habet, ut sanctis, sicut peccata nunquam in hac uita possunt deesse; ita plena legis D. obseruatio nunquam possit adesse. Vnde scribit idem in pri-  
mo libro eius operis,

**Hiero. dia-** Neq[ue] enim homo potest esse sine peccato, quod tua  
**lo. aduersus** habet sententia, sed potest, si uoluerit Deus, hominem ser-  
**Pelag. lib. 1** uare sine peccato, & immaculatum sua misericordia cu-  
stodire. Hoc & ego dico, quod Deo cuncta possibilia  
sunt: homini autem non quicquid uoluerit, possibile est,  
et maxime id esse, quod nullam legeris habere creaturam  
id est,

id est, absque peccato. Et ex hoc igitur dicto, fatetur uir  
Dei, præceptum homini esse, quod homini est impossibi-  
le, tametsi non sit simpliciter, & per se impossibile; post  
quam Dominus statuit donare quod iubet hic ex parte,  
in futuro uero perfectum. Hinc itaque liquet, quomodo  
D. Hieronymus execrandum, uel non execrandum iu-  
dicarit: dicere, Deum præcepisse homini aliquid im-  
possibile. Idem prope ad uerbum legis apud Bedam lib.  
1, in Cantica.

Ia & de altero quod in illa Symboli explicatione ana-  
thematisat, Mandata Dei nō à singuli, sed ab omnibus  
in cōmune seruari, uide qd senseris uerus Hieronymus.

Quamdiū habemus thesaurū istū in uasis fictilibus:  
& fragili carne cīcundamur, immō mortali & corruptibī-  
li: beatos nos esse credimus, si in singulis uirtutibus, par-  
tibusq; uirtutum Deo subiecti sumus. Cum autem mor-  
tale hoc indutum fuerit immortalitate, et corruptiū hoc  
incorruptionē uestitum, & absorpta mors fuerit in Chri-  
sti uictoria, tūc Deus erit omnia in omnibus: ut nō sit tan-  
tū in Solomone sapiētia, in David animi mansuetudo, in  
Elia et Phineo zelus, in Abrahā fides, in Petro, cui dicitū  
est, Simon Iohannis amas me, perfecta dilectio, in electio-  
nis uase studium prædicandi, & in cæteris uel bina uel tri-  
na, sed totus in cunctis sit, & omni uirtutum choro, san-  
ctorum numerus glorietur: & sit Deus omnia in omni-  
bus. Adhac cū Critobulus eius rogat, Nullus ergo san-  
ctorum, quamdiū in isto corpusculo est, cunctas potest  
habere uirtutes; Respondet Atticus, Nullus, quia nunc  
ex parte prophetamus, & ex parte cognoscimus. Nec n.  
possum omnia esse in omnibus hominibus: quia non  
est immortalis filius hominis.

Hic uides, uerū Hieronymū pronuntiare sanctos, q̄q;  
singuli

DE CONCILIANDO

singuli sancti omnes uirtutes habeant inchoatas, etiam in se ipsis, non solum participatione aliorum, tamen non posse habere uirtutes omnes præcellentes, nedum perfectas; at ut perfectas omnes habeamus, præcipit & requirit Deus: quia præcepit & requirit legis suæ obedientiam extoto corde, & tota anima. Ergo præcepit quidem homini Deus possibilia, sed suo dono, non uiribus naturæ nostræ uitiatis: & dono, quo eas in nobis hic inchoeret, ut in futuro perficiat: homini autem impossibilia: in universum quidem, dum in Christo renatus non est: ad perfectionem uero, dum in Christo non est renatus plene & perfecte. Quanq[ue] uero sunt ita homini, quæ illi præcepit Deus, impossibilia, tamen in peccatum ei iuste depunitur, quicquid contra ea delinquit: maledictus enim qui non manserit in omnibus uerbis legis: uerum hoc non, ut pereat, sed ut lege sub peccato conclusus, ad Christū, maledicto legis liberantem, confugiat: eiq[ue] credens iustificetur ab omnibus, à quibus in lege iustificari non potuit.

A. 13:

Ex his iam abunde patet quid sentiendum sit & de formal i causa iustificationis secundæ, hoc est, de inchoata in nobis iustitia. Planum enim factum est, primum, eā totam esse donum, et opus Christi in nobis: tametsi enim existat & nostro arbitrio, ac uoluntate, tamen, ut D. Hieronymus pie scripsit, hoc ipsum nostrum, sine Dei semper auxilio non erit nostrum, dicente Apostolo, Deus est, qui operatur in nobis, & uelle & perficere. Deinde quamdiu hic uiuimus, hanc ipsam inchoatam in nobis iustitiam, sicesse imperfectam, ut legi Dei nunquam satisfaciat: tam eo, quod ipsa quoq[ue] bona opera, nunq[ue] tā pura, tamq[ue] ardenti amore Dei, ut lex requirit, præstatur: quā quod non omne peccatum enitatur. Ex quo consequitur

Ad Ctesiphonem.

ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

quitur tertium, fiduciam salutis nūquam, haec nostra, sed sola Christi iustitia nisi posse, ut per quam nobis unam constet, misericordia Dei, & remissio peccatorum, & nostræ tam imperfectæ iustitiae acceptatio. Quarto, hanc fidem & doctrinam esse Ecclesiæ Dei perpetuam.

Iam, ut & de tertia causa iustificationis, propter quam scilicet iustificamur, aliquid dicamus, hanc nemo prope *Rom. 4:1*: uideri vult, non agnosceré solum Christum esse, & eius meritum: & quid omnis iustificationis. Nam propter hunc unum, qui solus est propitiatio pro peccatis nostris, pater cœlestis nobis peccata remittit, adoptatq; sibi in filios: & propter hunc inspirat fidē & charitatē, nouūq; in nobis hominē totum excitat, format, et perficit: propter hunc deniq; & uelle & operari bene, in nobis operatur, suorumque in nobis operum mercedem rependit, unus enim est mediator Dei & hominum: propter quem cuncta ad nos Dei beneficia perueniunt. Quare Ecclesia secuta Apostolos, omnes suas & preces, & gratiarum actiones concludit per Dominum nostrum Iesum Christum: ut per quem & in quo omnia, siue in terra, siue in coelo, *Collos. 3:1* & cōdita sunt, & reconciliantur, & restituuntur.

Hæc Christo Domino uerbis quidē omnes triburunt, adeoq; eū causam propter quem iustificamur, qua uis iustificatione, præcipuam esse, nemo inficiatur: Verum dum nonnulli explicant, quem in hoc genere cause locum habeant, donata iustitia, & eius fructus, sic ista extollunt, ut hanc causam, propter quam iustificamur, partiri uideantur, inter Christū, & iustitiae nostræ officia. Quod tamen nemo S. patrum facit, imo nec quisquam ex antiquioribus et sanioribus scholasticis, siquidem scripta eorum recte introspicias, & uere iudices: sed nouit tantū id Sophistæ faciunt, quos uita ipsorum tota conuinçit, non

DE CONCILIANDO

Iustitiae, aut officiorum eius causa, sed metu, & odio Christianæ reformationis, atq; cupiditate propriæ gloriae, & opum, pugnam istam contra nos, & Christum Dominū, atq; Ecclesiam eius totam suscepisse. Quia uero isti, esse causam nostræ iustificationis propter quām, non tam donatae iustitiae, fidei, charitati, alijsq; uirtutibus, quām huius iustitie fructibus, bonis operibus tribuit, locus de eo differendi, in sequenti questione, de operibus, magis proprius erit, eō itaq; hanc disputationem differemus.

Sic itaq; satisfactū sit ad questionem tertiam: utrum Charitas, cæteræq; uirtutes, ad iustificationem pertinent, & quatenus. Patet enim ex his, quæ exposuimus, ad primam iustificationem, qua absoluimur peccatis, & adoptamur in filios Dei, charitatem, & cunctas alias uirtutes pertinere inchoatas, sed eo quod illi necessario cohaerent: ut quæ eodem Christi spiritu, nobis inspírentur, quo fides inspiratur in Christum, ea, qua istam iustificationē recipimus, & q; præcipue partes sunt nouæ uitæ, ad quam fide regeneramur: ut dispositio em̄ uel meritoria, uel receptiua, aut subiecti dispositiua, charitas, aut ulla alia uirtus pertinere ad iustificationē nō potest: propter ea quod hanc recipimus fide, qua credimus in eū qui iustificat impium: & ideo charitate in Deum uacuum. Reconciliati enim Deo sumus, cum essemus peccatores impij, & inimici. De qua re tamen plura dicemus in responsione ad Sophismata Pighij.

Ad secundam autem iustificationem, id est, nostri innouationem, ita pertinet dilectio, & reliquæ uirtutes, ut facultates, quibus ipsa nostri innouatio, & inchoata in nobis iustitia, maxime consistit & explicatur. Sed ad hanc & fides cum primis pertinet, ut quæ sit uita nouæ, ut supra explicauimus, prima uirtus, atque cæterarum fundamen-

damentum. Quia tamen noua uita dilectione Dei et proximi maxime uiget & explicatur, D. Augustinus, & alij sancti patres hac dixerunt iustos esse, quicunque iusti sunt, iustitia scilicet communicata. Et merito, hac enim cæteræ uirtutes continentur, sicut et lex tota completur. Sed hæc, sicut nequit esse sine cæteris uirtutibus consequentibus se, & sibi inseruentibus: ita multo minus esse potest, sine preeiente fide Euangelij, fiducia Christi, & spe uitaæ æternæ: quæ omnes facultates primariae & necessariæ sunt, uitaæ nouæ, uitaæ Christi.

Ad tertiam uero iustificationem, id est, retributionem honorum operum, & præmia, pertinet charitas & aliæ uirtutes, partim ut causa, partim etiam ut effecta: quia enim eiusmodi Dei dona sunt, quibus bene ac pie opera mur, instrumentales causæ sunt, ut honorum operū, ita etiā retributionis, quam rependere operibus Deus dignatur; at quia inter ea ipsa Dei dona, quibus Deus pia & bona opera remunerat, sunt & auctior charitas, et pleniiores aliæ uirtutes: etiā effecta sunt, q[uod]a dona, diuinæ retributionis, quæ tertij ordinis iustificatio dicitur. Sed de hacre diceſ mox, cū agemus de honorū operū mercede.

De certitudine & securitate spei nostræ, hic non nihil adiungendum est. Nos enim, quia ueræ fidei, fiducia sanitatis, & spes huius in nobis per Christum perficienda, cohærent necessario: ut quæ eodem regenerationis dei opere in nobis efficiant, ut supra demonstrauimus, docemus scripturas secuti, omnibus hominibus, sic credendum esse Euangelio, & Christo Domino offerenti omnibus redemptionem, remissionem peccatorum, & uitæ æternæ, ut nihil de benevolentia Dei erga se dubitent: & certissime expectent Christi merito & beneficio ceptū in se opus salutis sempiternæ perficiendum; ut securi de gratia Dei,

## DE CONCILIANDO

& hæreditate uitæ æternæ per Christum: omnem suam sollicitudinem & curā eo conferant, ut Christo sancte & inculpate uiuant: salutemq; suam ipsorum ita absoluant & perficiant.

Istud Sophistæ, hostes reformationis Ecclesiasticæ, pridem per calumniam eo detorserunt, quam Pighius calumniam, ut in cæteris, præclare auxit, quasi doceamus homines, quamvis impure, scelerate, & impie uiuant, nec id cogitent uera poenitentia mutare, tamen debere statuere, se per Christum Deo gratos, & uitæ æternæ particeps esse. Hi defendendum suscepereunt commentum il lud uetus, sed plane aduersarium Euangeliō: nescire hominem, an dignus sit amore uel odio. Ita enim depravate citarunt locum Ecclesiastæ. 9. cuius lectionem & intelligentiam ueram, uel ex D. Hieronymo discere poterant; non posse scilicet ex euentu externæ uitæ cognosci, quos Deus amore uel odio prosequatur.

Nos uero certitudinem istam salutis, & securitatem de gratia Dei, non impie & scelerate uiuentibus, sed credentibus uere, uiueq; Christo, ac ideo peccatorum suorum uere poenitentibus commendamus: qui enim Euangeliō ueram, uiuramq; fidem accommodant, hos non potest non peccatorū omnium, ut supra demonstrauimus, uere poenitere; nec possunt in ullis flagitijs & sceleribus perseverare. Rursus aut, quia Christus gratiā patris, & salutem æternam, certo offert Euangeliō suo, qui huic toti fidem certam habent, nec de eo dubitare possunt, se per Christum omnino habere remissionem peccatorum, aditumq; in gratiam filiorum Dei:

Porro & boni plerique p̄ h̄ homines hoc loco non nihil hærent, nam alij ex hac doctrina, qua docetur a nobis, hoc esse fidei proprium, ut homines fiduciam salutis:

in Christo Domino certam & indubitatam figant, quam  
tislibet se peccatis grauatos sentiant, duo metuunt inco-  
moda: Vnum, ne qui hinc occasionem arripiant, in pec-  
catis suis securius perseuerandi. Alterum, ne pauidē con-  
scientiae, quae consyderata mole peccatorum suorum, &  
seueritate diuini iudicij, nondum plenam, & securam de-  
salute sua spem concipere possunt, tanquam destitutæ si-  
de, & alienæ à Christo abiçiantur: eocq; penitus in despe-  
rationem adigantur. Alij uero consyderantes, doctrina Conclia-  
illa, qua homines iubentur de salute sua perpetuo dubi-  
tare, nisi de ea reuelatione aliqua peculiari certi reddan-  
tur, fidem in Christum penitus euerti: sic forsitan urgere il-  
lam de salute certitudinem, atq; securitatem solent, ut  
nec excitandæ in secure peccantibus ueræ poenitentia:  
nec erigendæ in perculsis acriore poenitentia conscientia:  
rationem habere dignam curatione Euangelica ui-  
deantur.

Articulus itaq; conciliatus salutari ueritati utrinq; cae-  
uens, sic attemperauit, moderatusq; est, hanc de certitu-  
dine salutis doctrinam, ut qui eius prescripto accommo-  
dare se docendo uelint, in medio pia: & salutificæ doctri-  
nae facile perstituri sint: ut & secure peccantes ad ueram  
poenitentiam extimulent: & plus equo consternatas con-  
scientias ad Christum commode erigat, non penitus pro-  
sternat: nec unquam tamen id docere prætermittant, fi-  
dei ueræ in Christum esse, sic de salute per Christum par-  
ta conscientias certas, securasq; reddere, ut pace erga De-  
um solida, & gaudio fruantur perpetuo:

Primum enim cum Articulus prescribit, docendum  
esse, ingentem in nobis hærere infirmitatem, & esse nostri  
innouationem imperfectam: eocq; oportere in nobis ti-  
morem Dei, patientiam, humilitatem & alias uirtutes

*Que circa  
doctrinam  
de certitu-  
dine fidei  
incomoda*

*Articulus*

*Conclia-*

*tus auertit*

## DE CONCILIANDO

perpetuo crescere: eo certe satis excluditur omnis preposta de propria uirtute fiducia: & poenitentiæ materia sub*ijcitur*: perficiendique innovationem nostri urgens necessitas indicitur. etenim quis non displiceat sibi, quem nō dū esse, erit sui pigate, qui audit se ingenti adhuc uitiorum multiplicium infirmitate detinerit. Quis etiam non excitetur, ad proficiendum in uita Dei, quæ sola uera ac beata uita est, ad perficiendum cum timore & tremore suam ipsius salutem, ad absoluendum sanctitatem suam, cum admoneatur, quam ea imperfecta adhuc in se sit, & quam longo adhuc interuallo absit, ab ea uiuendi ratione, quam præscribit Lex Dei, de qua ne iota quidem, aut apiculus cedere potest, quem non sit necesse impleri.

**Certitudo** Deinde cū Articulus, illud, semper fide certissima statuere, se propter mediatorem Christum Deo placere, nō nisi poenitentibus, sed poenitentibus, & uere poenitentibus præcipiat: ponit enim qui uere poenitent, nemo certe eorum, qui cautione obseruabunt, quā Articulus prescribit, cuiusque in peccatis securitatem fouebunt: neminem iubebunt, de salute sua certū esse, qui nihil minus quam Deum cogitat, & mundo atque eius curis totus immersus est: Mammonæ seruit, carnis desyderijs obtemperat, id quod Pighius nobis per calumniam tribuit: sed uera percullos poenitentia, qui de peccatis suis ex animo dolent, eos iubebunt credere in Christum, & firmiter credere: atque ideo non dubitare, & se cum Apostolis & omnibus ueris Christianis, seruari gratia Domini nostri Iesu Christi, percipientes fide in eum, remissionem peccatorum, & partem inter sanctificatos.

**A&. 20**  
**A&. 45.**

Postremo, ne etiam dejectoribus & laborantibus formidine conscientijs, plus satis urgendo fidei certitudinē incom

incommodeatur, & in eo Articulus dignam Euangelicā  
medicatione cautionē subiicit. Vt enim plerūq; consciē-  
tiæ à iudicio Dei minus q; par sit metuunt, & uiuunt equo  
securius; ita contra sunt, quæ à iudicio Dei plus satis tre-  
pidant, & fiduciam gratiæ perquam ægre retinent, satana  
id moliēte, ut terrore iudicij diuini depressas, desperatio-  
ne penitus prosternat, nimio dolore absorptas, cui con-  
silio satanæ, ut occurreret A postolus, uoluit Corinthium  
illum, in quem seuerius animaduerterat, in gratiam reci-  
pi, & pia consolatione confirmari.

Iam supra exposuimus, & trepidationem à iudicio  
Dei, & fiduciæ diuinæ benevolentia, in sanctis uigere,  
aut remittere, prout extiterit, & ualuerit in animis eo-  
rum, per spiritum sanctum, ex auditio Euāgelio, excitata  
fixaque consyderatio, uel atrocitatís, quæ inest in pecca-  
tis eorum, & ire diuinæ, contra peccata eorum inflamma-  
tę: uel immensę misericordię Dei & amplissimę satisfa-  
ctionis Christi: fit itaq;, ut sp̄ritus Christi nonnunquam  
mentes suorum, quo illos gratiæ plenius percipiendæ pre-  
paret, prop̄étotas defigat in suam ipsorum turpitudinē,  
& ultionē ea cōmeritam, quā lex Dei minatur: indeq;  
percellat animos eorū incredibili quadā angustia, et inge-  
tiū pauore, ac terrore, ut q; minimū ipsis superesse fiducię de-  
gratia Dei appareat. Hi itaq; longe aliter tractandi sunt,  
& ad consolationē Christi erigendi, q; ijs, qui eiusmodi hu-  
miliatione & probatione non ita exercentur.

Vt ergo Euangelij medicina utriq; generi infir-  
morum fide, salutariter attemperetur, cum ijs, qui à  
Satana intempestivo dolore, ac metu percelluntur: tum  
ijs, qui à spiritu Christi agnitione, & detestatione pec-  
tatorum suorum acrius erudiuntur, & ad ampliorē diui-  
nę benevolentię perfruitionē preparantur, monet primū

Arti

Et Satana  
Poenitētiā  
peccatorū  
excitat, &  
exacerbat.  
Fol. 208

Et bonus  
Christi sp̄i  
ritus  
summasce-  
pe trepida-  
tione anī-  
mos suorū  
commouet

## DE CONCILIANDO.

*Certitudo fidei in nemine absoluenda, in multis ualde debilis.*  
Articulus, cum nemini perfectam in hac imbecillitate certitudinem fidei contingere, tum multas esse infirmas & pauidas conscientias, quae cum graui saepe dubitatione luctantur, uel tentante eos satana, uel erudiente spiritu Christi. Deinde docet neminem à gratia Christi propter eiusmodi infirmitatem excludendum esse; sed hortandos potius, qui eiusmodi infirmitate detinentur, ut illis dubitationibus promissiones gratiæ fortiter opponantur; & aegeri sibi fidem sedulo orent, iuxta illud, Adauge nobis Domine fidem.

Qui ergo quā Articulus rationē tractandi hasce tentatas & perturbatas conscientias prescribit sequentia, absoluta fidei certitudinē in presenti imbecillitate à nemine sane, minime autem omnium à pauidis, atq; trepidantibus conscientijs requirunt: quin summa lenitate, & accurata tractatione eas in promissiones gratiæ erigent, & adpias preces pro diuina consolatione, & mentis in promissam misericordiam Dei solida defixione, excitabunt; non minus autem instabunt acriter illis, prædicatione poenitentiæ seuera, quos uident peccatis suis securos de iudicio Dei, indormire. Itaq; exhortabuntur omnes quidem, & unumquemq; pro sua infirmitate, uel fidei, uel poenitentiæ, ad querendam salutarem fidei certitudinem, fiduciæq; in Dei bonitatem confirmationem: nec tamen cuiq; occasionem dabunt, ut neglecta poenitentia, securitatem sibi in peccatis obfirmet.

*Vera & perpetua Ecclesie doctrina de certitudine fidei.*  
Hæc itaq; de certitudine fidei, una & perpetua Ecclesiæ Christi doctrina est, quia sempiterno uerbo Dei tradita: & à sanctis Patribus omnibus sic semper credita & confessa, eum, qui Christo uere credit, & fide in eum uiua prædictus est, oportere certo persuasum esse, & se per Christum habere propitium Deum & Patrem, à quo sit, condon-

## ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

193

condonatis sibi peccatis omnibus, in filium & hæredem De gratia uitæ eternæ adoptatus: donatum sibi esse Christum, & Dei non du-  
cum eo omnia. Sed eundem simul non posse non amare  
bitare.  
Deum, & sanctæ eius voluntati consentire, ut ante de-  
monstrauimus: atq; ideo in perpetua quoq; uersari pec-  
eatorum suorum pœnitentia: nec eorum tantum, quæ  
admisit ipse, uerum etiam quæ innata ei sunt, ut clamare  
cum Apostolo nunq; cesseret, Miserere me, quis me liberabit  
à corpore mortis huius: eoq; & excindendo & abolendo  
peccato, quod in se is reliquum esse tantopere dolet, totus  
incubbat, perficiendaq; in se salutis sua totis uirib. elaboret.

Vt autem certitudo ista salutis fide tenetur, & fidei  
propria est, ita pro modo fidei in unoquoq;, & ipsa ma-  
ior, minorq; existit: quo sit, quoniam fides in hac uita,  
nunquam perfecta est: ut nemo in hoc sæculo omnem  
semper dubitationem de salute sua, & paterna cura sui,  
quam Deus gerit, excludere possit. At quia hoc uitium  
& peccatum est, Deo, non omni prorsus dubitatione sub-  
mota, credere in omnib. uerbis eius, enitendū certe cuiq;  
Christiano est, cum fidelí promissionum Dei consydera-  
tione, tum iugi pro fidei incremento precatione, ut con-  
firmata fiducia, uere insultans Satanæ, & omni creaturæ  
aduersariæ dicat, Dominus Lux mea & salus mea, à quo  
timerem: Dominus robur uitæ meæ, à quo pauerem: Psal. 27,  
Si Deus pro nobis, quis cōtra nos: Qui proprio filio non  
pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomo-  
do non cum illo & condonaret & donaret nobis omnia?  
Quis accuset electos Dei: Deus est qui iustificat. Quis  
condemnet Christus est, qui est mortuus, magis uero ex-  
citatus est, qui & in dextera Dei est, qui & intercedit pro  
nobis. Quis itaq; auelleret nos à dilectione dei. Afflictio:  
Angustia: et que sequuntur. Sed in his omnibus peruinci

anduci

Ccc

Quæ des-  
ceat pios  
cōfidentia  
& insul-  
tatio con-  
tra Satanæ

## DE CONCILIANDO

mus per eum, qui dilexit nos. Persuasus enim sum, quod  
neq; mors, neq; uita, neq; angeli &c. poterunt nos auelle  
re à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Dño nostro.

Dicunt aduersarij D. Paulum hoc loco gloriari de cer-  
titudine & securitate permanendi in fide & dilectione  
Dei, quam ille peculiari Dei dono, & reuelatione perce-  
pit. Pighius dicit, docere hic Apostolum, ex charitate no-  
stra, qua Deum diligimus, quamq; consyderatione, &  
æstimatione beneficiorum Dei augemus & confirma-  
mus, nos id assequi, ut à Deo nulla nos uis tentationis  
auellere possit, nisi ipsi ultro ignauiter turpiterq; cesseret  
mus. Verū rogo te in Domino, Christiane Lector, cōsy-  
dera, introspice, & expende religiose, hunc totū Paulilo-  
cū: & obserua singula, actū de nostra & Pighij aliorūq;  
Sophistarum sententia iudica. Primū indubie non nega-

*Explicatio loci de certitudine & securitate permanendi in fide & dilectione Dei, quam ille peculiari Dei dono, & reuelatione percipit.* Rō. 5:20. mare contra aduersa, & persecutio-nes, quæ propter Chri-  
stum sustinendæ sunt: & propositionem ibi explicatius  
posuisse. Hæredes quidem Dei, cohæredes uero Christi:  
siquidem simul cum eo patimur, ut & unā cum illo glori-  
ficiemur. Deinde facile agnosces Apostolum hoc ipsum,  
Christi causa mala omnia fortiter preferenda esse: proba-  
re argumentis, ductis à magnitudine gloriæ, ad quam  
per afflictiones istas cum Dño ingredimur: ab eo quod  
nobiscū & nostra causa patitur, & congemiscit uniuersa  
creatura, & h̄i quoq; qui primitias spiritus accepertūt: à na-  
tura & ingenio spei, quæ bonorum est, quæ nō uidentur:  
ab intercessione & auxilio spiritus Dei intercedentis pro  
sanctis: deniq; ab eo, q; necesse sit cooperari, diligentibus  
Deū, in bonum omnia. Sed nec illud tibi obscurum erit,

Paulum

## ARTICULO IV STIFICATIONIS.

194

Paulū ut hoc ipsum adstruat, in bonū sanctis necessario,  
cooperari omnia, animos fidelium subducere in primam  
huius causam, uocationem secundum propositum, quæ  
ex æterna Dei præscientia, & prædefinitione necessario  
pendet: & iustificationem atq; glorificationem insepara-  
biles comites habet.

His itaq; perpensis, & libera mente excussis, vide quid  
cōcludat. Quid ergo, inq; dicemus ad hęc: Si Deus pro  
nobis, quis cōtra nos: Hic quęso te, an non hoc scriperit  
Paulus, ut electis omnib. persuaderet, nihil posse eis no-  
cere, nihil incōmodare, quandoquidē Deus ab ipsis sta-  
ret: Et ne de uolūtate Dei erga se dubitarēt, subiecisse de  
sumā illa, & ineffabili charitate dei erga eos, qui proprio  
filio nō pepercisset, sed pro omnib. tradidisset; indeq; in-  
tulisse, cū illo nobis donata oīa: Vbi illud, pie Lector, ob  
serues, q; dixit, pro nobis omnibus, nō, pro me. Adhęc ne  
propter sua peccata, sibi metuerent, adiecissem & illa. Quis  
accusabit electos Dei?: &c. Quasi dixisset, Si quid uos  
accusare instituat, siue propria uestra conscientia, siue Sa-  
tan, aut ulla alia creatura, Deus est qui iustificat, hoc est,  
absolutu os, quo absoluente quis condemnet: Et quan-  
quam sunt peccata, ob quæ Deus nos iure condemna-  
ret, Christus tamen mortuus est, & satisfecit pro nostris  
peccatis: imò resurrexit peccati & mortis uictor, & est in  
dextera Dei, ut intercedat pro uobis, & gratiam peccato-  
rum uestrorum sua uobis reuerentia impetret.

Hac ergo ultima huius loci parte, te obsecro pie Lector,  
quid egit aliud Apostolus, q; Christianos, quātislibet ad  
flictionib. exerceantur, vnde iratum sibi Deum suspicari  
possint, & quantumuis cōscientia peccatorum urgean-  
tur, ob quę sibi à iudicio Dei merito metuant: nō debere  
tamen dubitare de Dei erga se charitate, & paterno quo

Ccc ii

freti animo, in salutē ipsorū cooperari cīa, postq; p̄prium  
 filium pro eis tradidit, & cum illo, & condonauit, & do-  
 nauit omnia: sed cōfirmata potius fiducia de eius in nos  
 charitate dicere, Deus stat à nobis, quis stet contra nos?  
 Deus ad bonū nobis facit cooperari omnia, quid noceat  
 nobis? Etsi nostra ipsorū nos conscientia accuset & con-  
 demnet; & Deus maior corde nostro, multo iustius nos  
 condemnaret, consyderare, q̄ filius satisfactionem mor-  
 tis suæ, iudicio pro nobis Dei opponit: & uictor peccati  
 & mortis ad dextram Dei exaltatus, gratiam patrī no-  
 bis restituit, ut pater nos iustificet, omni peccatorum rea-  
 tu solutos, et loco filiorum habeat: ut nihil queat accidere  
 tam durum, tam acerbum, tam intolerabile, quod nos à  
 fiducia tantæ Dei in nos charitatis & benevolentiae de-  
 iūcere debeat, & ita ab Dei erga nos dilectione ab strake-  
 re: non tribulatio, non angustia &c. quæ sequuntur, per  
 quæ Satan dissidentiam de bonitate Dei sanctis persua-  
 dere conatur: præsertim cum eiusmodi tam acerba mala,  
 per se ingenio nostro, de ira & indignatione Dei testari  
 videantur: Vn & seruator noster, filius Dei unigenitus  
 in cruce clamauit, Deus meus, Deus meus, quare me de-  
 reliquisti? Sanctos uero suos Deus tantis interdum exer-  
 cet persecutionibus, ut competit in eos illud Psalmi: Pro  
 pter te tora die neci tradimur, habemur, ut oves mactatio-  
 ni destinatae. Sed addit Apostolus, Verum in his omni-  
 bus superamus, superuincimus, est enim ὑπερινῶμεν.  
**Quis sepa-**  
**rabit nos à**  
**dilectione**  
**Dei, de di-**  
**lectione er-**  
**ga nos in-**  
**telligendū.** separabit nos à dilectione Dei, de ea dilectione Dei, qua  
 nos diligimus Deum: quanq; ijdem doceant, hanc esse

## ARTICULO IV STIFICATIO NIS.

198

ei⁹s, qua Deus nos diligit, donum, et opus, nec enim nos solum priores, sed ipse prior nos dilexit, eoq⁹ sui dilectionem infudit.

Iam & illud, quod subi⁹cit, Persuasus sum, quod neq⁹ mors neq⁹ uita &c, separabit nos à dilectione dei, rursus nō de se uno, sed de omnibus credentibus dixit, cōcludit enim, Neq⁹ uilla creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. En iterū dicit nos, & à dilectione Dei quæ est in Christo Iesu, nobis scilicet exhibita, ut & D. Ambrosius locū hūc enarrat, quæ sane dilectio est omniū Christo credentiū.

Sed fac esse, ut hanc postremam partem huius loci, conueniat intelligere de charitate nostra erga Deum, sicut ea ueræ fidei, qua paterna Dei erga nos charitas apprehenditur, & tenetur, necessario coniuncta est: fac etiam Apostolum, licet dixerit, nos, de se tamen solo id intelligi uoluisse, quanq⁹ id manifeste pugnat cum toto Apostoli instituto, qui suscepit hoc loco, confirmare Romanis, & in his, omnibus Christianis, fiduciam de Dei in nos charitate, etiam dum exercet nos aduersis, & probat persecutionibus; tamen dabit Pighius, & si quis alij Origenis hic enarrationem sequi uolunt, utrūq⁹ illud, Quis separabit nos à dilectione Dei: & Persuasus sum quod nulla nos creature à dilectione Dei separare poterit, Romanis omnibus in exemplū ab Apostolo propositum est, ut quicunq⁹ Christo credat, sic persuadeantur, sic Christo adhærent, paremē salutis suæ confidentiam querant. Tum rogemus, an illam persuasionem, & salutis cōfidentiam nobis confirmare debeamus aliunde, q̄ ex gratia Dei iustificatione propter Christū, qua Apostolus hic illam sibi gloriatur fuisse confirmatam?

Dicent forsitan secuti cum Pighio Origenem, Aposto

Ccc iii

## DE CONCILIANDO

Ium docere istam salutis securitatē, ijs ad hunc modum confirmari, qui pro tantis beneficijs Dei, quæ Apostolus hic commemoravit, fixi iam, & radicati sint in charitate Dei; nam & ipsi Apostolo tantam confidentiam nō contigisse, nisi postquam se in obedientia Dei multum exercisset, eoquā eam ex nostra erga Deum charitate benefirma, & probe aucta existere & pendere, non ex fide. Relinquamus ergo & istud in medio, tametsi, qui expenderit locum Pauli totum, & quorum circa eum admonuimus, clare uidet hoc interpretamentum, cum oratione Pauli prorsus non congruere: & consyderetur id modo, Si Deus pro nobis est, quis contra nos? Et hoc ne de solo Apostolus dixit: aut etiam id, quo probat Deum esse pro nobis, quod proprio filio suo non pepercerit, sed eum pro nobis omnibus tradiderit, unde indubie donaturus nobis sit cum illo omnia: Hæcine omnia ad solum Paulum, uel ad Christianos omnes pertinere dicemus: Si autem ista ad omnes Christianos pertinere, à nullo Christiano dubitari potest: quomodo non omnium etiam Christianorum sit ista salutis securitas, quæ & peccatis, & Satanæ, & omni malo insultans dicat, Deus pro nobis est, quis sit contra nos? Nec enim nisi ob peccata & Satanæ & alijs creaturis contra nos aliquid permittitur.

Ad hæc, cum Apostolus ultimam, & reuera solam dubitandi de salute nostra causam submouere instituit, conscientiam peccatorum, uide quo nos subducat: Ad nostram ne bene fixam, & radicatam charitatem erga Deum, an ad charitatem effusam Dei erga nos, qua nos Deus absoluīt ab omni peccatorum reatu, propter satisfactiōnem & intercessionem Christi filij sui: Nemo, quod Pighius fatetur, ita figi & radicari in charitate erga Deum hic fū remouet potest, ut eius charitatis merito iustificari in iudicio Dei possit:

Deus pro  
nobis est,  
quis con-  
tra nos?  
omnium  
Christiano-  
rum est.

possit: & scilicet ex nostra charitate fiduciā de misericordia Dei, & spem uitæ æternæ nobis confirmabimus: Pighius do Sed, qui ita in charitate fixus est, inquit Pighius, et radica <sup>cet sensui</sup> <sup>propriae in</sup> <sup>sticie plus</sup> <sup>niti quam</sup> <sup>promissio-</sup>  
tus, uidet & gustat, q̄ bonus & suauis sit Dominus. Ergo si Pighium audiemus, quia dona Dei in nobis sentimus, & eiusmodi tamen, quę iudicium Dei ferrenon possunt, <sup>ne Dei.</sup> <sup>quod nobiscum Pighius confitetur, certi erimus de Dei erga nos perpetua charitate, securitatemq̄ salutis nostræ nobis confirmabimus: promissionē autem Dei per se, & quod filium suum Deus pro nobis tradidit in mortem, & donat cum eo omnia, niti non audebimus. Quid est, si hoc nō est, animos hominū à uerbo Dei certo, ad incertū sensum, gustūq̄ donorū Dei in nobis, & quidē eiusmodi donorū, quę legi dei nō satisfaciūt, & nos p̄ se in ira dei re linquūt, seducere, & ab oī uera salutis spe plane deīcere?</sup>

Scribit alibi Pighius: Nam qui timet Deū, et eius manu data nō neglit, sed implere conatur pro suo modulo, quomodo non firmā fiduciā habebit Deū paterno erga se esse animo: Quomodo non securus expectabit deponit Piglatā testamento hæreditatē cœlestis glorię, qui impletū à huic diuise illud ipsum testamentū, hoc est, conditionē quae in eo dem apposita, nō difficilis à nobis exigitur, certo sibi est quo à nobis cōscius: Nunquid de fide testatoris dubitabit: Hec ille, modum bis imple-

In his uerbis uides pie Lector, quām īmīe futilia, hic homo odio nostri cæcus, cōmenta adferat, cum nihil nobis quām demonstrationes polliceatur. Primū illud impleri à nobis posse, cōditionem testamenti, id est, legi Dei satisfieri, quantum Deus hic requiriit, contra manifestam scripturā, & catholicā Ecclesię doctrinam dicit, uti ostendimus. Iā ut sit aliquis, qualē fīgit, obedientiē modulus, quę indulgens pater à nobis boni faciat, quis me certum reddet, eum à me modulum impletum esse: Verum, fac de eo

DE CONCILANDO.

de eo constare mihi posse, tamen, si de fide testatoris dubitare non debeam, nonne id fidei opus, & beneficium erit spiritus sancti, menti meae, ut promissioni testatoris indubitaram fidem habeat, persuadentis?

Verum proponamus hominem, iam iam moriturum, & agitatum poenitentia peccatorum suorum, ea Pighio continet, & absolu se illis flagitantibus: qui tam in illam adhuc familiaritatem cum Deo, cui fiduciam salutis Pighius tribuit, non peruererit: huic quod faciet Pighius? Venia illi peccatorum non negabit, ut arbitror. Quid ergo? Ab solutum ne peccatis, & gratiae Dei per Christum restitutum, iubebit adhuc de salute sua dubitare, donec obedientia & charitate erga Deum esse familiaris Deo coepit: uel predicabit ei Christum esse propitiacione pro peccatis nostris, & totius mundi: huiuscemus eum iubebit satisfactione confidere: & cum in illius nomine peccatis absolutus sit, non dubitare, se in iudicio Dei absolutum esse, Deum n. promisisse, quicquid Ecclesia in terris solveret, id solutum fore in celis: & Ecclesiam iussisse solvere peccatis, quoscumque peccatorum poeniteat, & qui Christo uere credant. Publicanus ille apud Lucam, cum orasset Deum, ut propitius esset sibi peccatori, iustificatus est: Latro cum Domino crucifixus, ubi petisset ab eo, ut sui memor esset, cum uenisset in regnum suum, exauditus est: quae uero his familiaritas cum Domino ante intercesserat: quae denique illi, cui dicebat Dominus, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: aut etiam mulieri peccatrixi, cui dixit Dominus, fides tua te saluam fecit, uade in pace.

Atqui non solum cum Ecclesia, sed secum etiam isti homines pugnant: Scribit enim alio loco Pighius: Christi fidelem certo quidem credere, nec quicquam dubitare, magnam & effusam esse Dei misericordiam in mulieribus, atque

tos, atq; omnibus obuiam ac paratam, nondū tamen cer-  
to apud se cōstituere, nec certo sibi persuadere, quod ipse  
eius sit particeps: sed suaē in dignitatis, & peccatorum suo  
rum merito trepidare, & in se confundi, in ipso præsertim  
suaē conuersionis initio: tamen non desperare, nec animū  
despondere, nihil dubitantem, maiorem esse Dei miseri-  
cordiā, quam̄ sua sit, aut esse possit iniquitas, indec̄ spem  
ueniae concipere.

Pugnantia  
Pighij de  
certitudi &  
nefidei.

His quælo uide pie Lector, quot insint contradic̄tio-  
nes. Dicit Christi fidelem certo credere, nec qui c̄ dubi-  
tare, misericordiā Dei omnibus obuiam esse, ac paratam,  
& subiicit tamen, illum non certo apud se cōstituere, nec  
certo sibi persuadere, se quoq; misericordiæ Dei partici-  
pem esse. At qui certo credit, persuasum c̄ habet, miseri-  
cordiam Dei omnibus obuiam, ac paratam esse: quomo-  
do is non etiam credat certo & persuasum habeat, illam  
& sibi obuiam, paratam c̄ esse: Nec enim omnibus erit,  
si non & ipsi obuiam sit atq; parata. Si autem credit & sibi  
illam paratam obuiam c̄ esse, quomodo dubitabit, & se  
eius esse partcipem? Nec enim cum se agnoscat, ex se ad  
æternam mortem condemnatum, poterit misericordiam  
Dei sibi ultro oblatam non cupide amplecti.

Indignitatis sue, inquit, & grauissimorum peccatorū  
suum merito trepidat, recte. sed dum id, qui ob sua pec-  
cata iure terretur, certo credit, persuasum c̄ habet, miseri-  
cordiam Dei omnibus, ac ideo sibi quoq; obuiam & pa-  
ratam esse, qui possit is non fiducia huius omnibus obla-  
tem misericordiæ, animum suum rursus in spem bonam eri-  
gere, & se quoq; huius misericordiæ partcipem esse=con-  
stituere?

Addit Pighius! Christi fidelem tamen non desperare, *Fol. 5r.*  
nec despondere animum, nihil dubitantem, misericor-  
diam.

D d.

DE CONCILIANDO

diam Dei maiorem esse, q̄ sua sit, aut esse possit iniquitas, indeq; spem ueniae concipere. Hæc quām sint ōsentientia ter dicta, uide. Si enim Christi fidelis non desperat, nec animum despendet, unde id quæso illi supererat, si non & ad se misericordiam Dei pertinere certo constitutus. Ita si nihil dubitat misericordiam Dei peccata remittentem, maiorem esse, q̄ sua etiam esse possit iniquitas, quomo- do non apud se certo constitutus, & se illius participem esse, ac suæ iniquitatis q̄q; ueniam, se ab hac tam effusa, et omnium iniquitatē infinito superante misericordia ob- tuere, simodo uelit.

Sed mittamus istos homines, qui dū nos oppugnant, & Ecclesiarum reformationem differant, nihil pensi ha- bent, quām impudenter contradicant, & scripturæ diuinae, & uero Ecclesiarū cōsensui Catholico, & ipsi quoq; sensui cōmuni. Quo cum aperte nimirum pugnat, fidei tribuere certum & indubitatum assensum earum omniū rerum, quę nobis Deus reuelauit, & tamen ei adiungere, dubitationem de salute nostra, quam Euangeliū Christi tam benigne, tamq; certo offert. De re cōprehensa scien- tia nemo dubitat, & scilicet de re credita uera fide, quisq; dubitet? Et quod magis mireris, illi fatentur apprehen- sionem fidei longe certiore esse quām scientiæ, idq; nō solum quia uerba Dei omnia certiora sunt, rebus ijs, quæ sciuntur demonstratione: sed etiam quia persuasio spiri- tus sancti, qua fides constat, indubitanior est quauis de- monstratione, quibus gignuntur scientiæ, tamen imagi- nantur illi aliquem posse ueram & certam fidem accōmo- dare toti Euangeliō Christi, non tamen de suis sibi pecca- tis displicere, non Christo se totum dedere, non eius re- demptionem & gratiam toto pectore amplecti, et ea nitiri, eocq; habere iam uitam aternam: quasi uero Euangelion-

*Fidem ad =  
uersarij cer-  
tiorem sci-  
entia agno-  
scunt.*

b. bb. D.

b. storia

Historia sit rerum, quæ ad alios, & non ad unum quemque cui illud prædicatur, pertineat, cuius propriæ, non minus, quam omnibus, & iram atque condemnationem ob peccata denunciet, & ueniam peccatorum poenitentibus offerat in Christo.

Sed in illud hī nostri aduersarij perpetuo respiciunt, quod alicubi in scripturis, nō quoque credere Christo dicti sunt, qui fidē habuerunt mortuam, et mutilam: que tantū impietatis homines conuincit, nec ea que de Christo Euā gelion prædicat credit, aut omnia, aut certo; quā isti tamē esse fidem ueram, catholicam & perfectam contendunt, de qua fuse dictum supra est.

Verum istos ut dixi mittamus. quantum n. fidei Christo habent, tantū de ingenio & natura uerae fidei in Christū norūt. Nā qui aliquem fidei sensum habet, is apud se metipsum hoc uerum esse deprehendit, cui datum fuerit, Euā gelio Christi ueram fidem accommodare, eum non posse, et, cum ex eo irā Dei in peccata sua cognouerit, nō consternari, et sibi metuere, quantā cunctā etiā iusticie per fectionem consecutus sit, cum illa legi dei nunq̄ satisfaciat: &, cum ex eodem Euā gelio intellexerit donatū sibi Christum seruatorē, & cum eo omnia, nō concipere fiduciam salutis & spem uitæ eterne. Quanq̄, ut dictum, profidei modo haec salutis certitudo sit, et securitas, et mentis sit spiritu Dei innata, & noui hominis, nō carnis & hominis ueteris: ex cuius nimirum corde, sicut aliae prauæ cogitationes, ita & de promissa misericordia Dei, omnicq̄ uerbo Dei, graues subinde dubitationes suffunduntur.

Id scripturæ Dei ubiq̄ docent: cognosci tamen euidentissime ex uno tantum & altero loco potest. Et primū ex eo, qd Apostolus exemplū fidei, quā præditus fuit pater credentiū Abrahā, tractat, et nobis proponit ad Ro. 4

A carne  
graues sub  
inde dubi-  
tationes of  
funduntur.

Explicat  
locus Ro. 4

Cum enim illa de fide Abrahæ & propter nos scripta esse Apostolus testetur, quibus fides in Christum ad iustitiam deputatur, ut Abraham sua deputata est: recte ex illo non tantum quæ fuerit Abrahæ, sed multo magis quæ nostra esse fides debeat, discimus. Eam uero Apostolus sic describit. At non infirmatus fide, haud consyderauit suum ipsius corpus, iam emortuum, cum centum ferenatus esset annos; nec emortuum uterum Saræ: uerum de promissione Dei infidelitate non hæ sitauit, sed robustus factus fide, tribuens gloriam Deo, certo persuasus, quod potens esset prestare id, quod promisisset.

Hunc locū Pauli si expendas pie Lector, non negabis hæc ex eo certa demonstratione concludi. Primum, fidē in Christum, esse promissionis de Christo, qui traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustitiam nostram, eo enim Apostolus suam fidei descriptionem deducit. Deinde fidei esse, auocare mentem ab eo, quod in nobis promissioni Dei repugnat, & in ipsam promissionem Dei, & promittentis Dei omnipotentiam, defigere: ut sicut mentem Abrahæ à consyderando suo & uxoris corpore effecto, iamq; ad gignendum inepto, abstraxit, & in promissionem Dei, promittentisq; potentiam subduxit: ita mentem nostram deducat, ab omni indignitate et turpitudine nostra, propter quam inepti sumus, ut gignatur, & formetur in nobis Christus, in promissionem Christi, & potentiam patris donantis: filium, & cum eo omnia, nō quod propria indignitas & turpitude non agnoscit, & dolere nobis debeat: sed ut mens illius iā pœnitentia commota & trepidans, in promissam ueniam & condonationem eius subuehatur, spe ueniae tranquillanda & confirmando. Praeterea dubitare de promissione esse proprium tñs & pñsias, alienū igitur à fide: & fidei proprium,

*Fidei est  
mentem à  
nobis auo-  
catam defi-  
gere in pro-  
missionem  
Dei.*

*Dubitare  
proprium  
tñs & pñsias*

proprium, non dubitare. Denique fidei esse confirmatae certissime persuasum habere, id est, πληροφοριῶνας, Deū potentem esse prestare, que promisit, id est, ea prestituru.

Scriptura enim, ut id obiter annotem, ubique uim fidei in persuasione potentiae, non uoluntatis diuinae opprimit. Fidei firmitas in persuasione. Cum nobis tamen uideatur difficultius esse, credere Deū uelle nobis ueniam dare, & opem suam prestare, quam potentiae posse. nemo siquidem dubitare uideri uult, Deum omnia sita est. posse. At quibus datum fuerit, certo credere Deum, qui nobis, uerbo suo, peccantibus minatur condemnationem: & uera poenitentia ad se cōuersis, sibique creditibus pollicetur ueniam, & aeternam salutem, esse uere Deum, & omnipotentem, ips nec minas eius unque, nec promissiones cōtemnere poterunt, hoc est, non & minis eius commoueri poenitentia, & promissionibus eius non erigi in spem ue*niae* & salutis.

Patet igitur & ex isto loco Pauli Rom. 4. fidei in Christi priuilegium, quae in iustitiam deputatur, proprium esse, de promissa salute non dubitare: id tamen, ut dictum, pro modico fidei. Quo enim fides robustior est, eo certior haec tare. Fidei probatudo. persuasio est; sed mentis illa & noui hominis, non carnis & uetus hominis, qui nouo, ut in alijs, ita etiam in fidendo Deo, aduersatur. Loca Pauli de uocate

Solent a nobis, ad comprobandum hanc fidei certitudinem adduci & illa Pauli loca, in quibus predicat de spiritu signatione ritu adoptionis, quo unguntur, confirmantur, obsignantur, & testimoniatur, & aguntur, qui filii Dei sunt: quocum confirmati, per hunc spiritu bente ipsorum spiritui testimonium, quod filii Dei sunt: tuis explicant Deum patrem. Nam ut spiritus hic certum non reprobatur spiritui testimonium perhibet, ita eo freti certa, & nisi Rom. 8. hil haesitante fiducia Deum patrem nostrum inuocamus. Galat. 4.

At Pighius non potest satis demirari, quis nos cœcis. 2. Cor. 1. Ddd iiiij Eph. 1.

DE CONCILIANDO QVODITIA

tatis sp̄iritus exagitet, ut nō, quām aliena hac de re loqua-  
mur, intelligamus: nec videamus hanc nostram interpre-  
**Pighio ob-** tationem ipsiſ Apostoli uerbis redargui. Apostolum. n,  
**signatio** docere, sp̄iritu promissionis obſignari corda non infide-  
**spiritus fi-** lium, ut credentes fiant, sed iam dudum creditum, & ex  
**dem sequi-** fide p̄oenitentium uitæ ueteris, & ad Deum per sincerū  
**tur.** amorem conuersorum. &c. Nam dicere, in quo creden-  
tes, uel postq̄ credidistiſ, obſignati estiſ. Pighio itaq̄ si  
credimus, obſignatio illa sp̄iritus, fidem sequitur, & ob-  
ſignationem huius sp̄iritus, testimonium illud eiusdem  
sp̄iritus, quod p̄ebet sp̄iritui nostro, de adoptione nostri  
in filios Dei.

Iam excute ista pte Lector, qui scripturis fidem accom-  
modas, & sensum habes aliquem rei Christianæ. Fides,  
inquit, præcedit signaculum, aut sigillum in nobis sp̄iri-  
tus sancti. Vnde ergo in nobis fides existit: Paulus testa-  
tur hominem animalem, quæ Euangelion offert, habere  
**1. Corin. 2.** pro stultitia, nec posse ea percipere: sed Deum illa suis re-  
**Fides con-** uelare per sp̄iritum suum, de quo subiicit: Nos uero sp̄iri-  
tum accepimus, non mundi, sed sp̄iritum qui ex Deo est,  
**stat doctri** monio ſpi- ut sciamus ea, quæ à Deo donata nobis sunt. At si ne co-  
gnoscere quidem possumus, quæ donata nobis in Chri-  
ſto sunt, hoc est, quæ Euangelio nobis offeruntur, niſi ac-  
cepto sp̄iritu Dei, quomodo præcedet hunc in nobis fi-  
des. Hæc uincio ſola docet quæ Dei sunt omnia, & ſcili-  
cet priuſq̄ hic sp̄iritus contigerit, nos credere Euangelio  
**Duplex ob** poterimus. O uere Pelagianum commentum.  
**signatio**

ſpiritus, ar- Scribit quidem Apostolus Ephesijs, Per quem (de  
cana, et Christo loquiſ) & uos audito sermone ueritatis, Euange-  
manifestislio salutis uestræ, in quo & cum credidistiſ, uel quo cre-  
ſe donis ex dito, obſignati estiſ sp̄iritu promissionis sancto, qui est  
plicans. arrabo &c. Habet enim ἐν πιστί σαρπεῖται τοφεγγιαδητε.

Ethec

Ethæc sane promissio patris, hoc baptismus spiritus sancti, ista manifesta spiritus obsignatio, de qua Ioannes precepit, ex auditu fidei percepta est multis, ut ea iam non apud Deum tantum, non solum in sua ipsorum conscientia, sed etiam coram Ecclesia, ceu obsignarentur, & eo signaculo gregi dominico adiungerentur. unde Petrus, cum cecidisset spiritus sanctus super eos, qui Euangeliū Christi ab ipso audiebat in domo Cornelij, & audiret eos loqui linguis, & magnificare Deum, dicebat: Num quis prohibere potest, quo minus baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, uti nos? Videbat enim & ipse, & qui cum eo ex circumcisione aderant, et hos promisso spiritu sancto obsignatos, & obsignatos Ecclesie. At unde moti fuerunt hi, ut Petrum accenserent, ut Euangelion ab eo cupide audirent, ut auditio fidem haberent, cum absque unctione & obsignatione spiritus sancti haec omnipotia ipsis stulta fuissent?

Acto. 10.

Est ergo quædam manifesta, & coram Ecclesia obsignatio per spiritum sanctum, ut Apostoli, & multi alii initio obsignati fuerunt; est etiam quædam arcana, & istam patentem præueniens obsignatio per eundem spiritum, qui suo testimonio, quod nostro spiritui præbet, fidem in cordibus efficit, eam, per quam oblatam Euangelio adoptionem amplectimur: itaque filij Dei constituti, Deum sicut iam credimus, ita & inuocamus patrem; & utruncunque certo atque indubitanter. Sicut enim inuocare fideliter, nisi credamus, non possumus: ita nequimus non inuocare absque hesitatione, si firmiter credimus.

Idem nos docet uniuersa scriptura, quæ tota continetur, ut dictum, promissione Christi, ut quicunque credat in eum, habeat remissionem peccatorum et uitam eternam, huic promissioni, & patris de filio testimonio, qui non

credi-

Rō. 10.

2. Co. 4.

1. Joh. 5.

Mendacē  
facit Deū,  
qui nō cre-  
dit se habe-  
re uitam  
æternā in  
Christo.  
1. Joan. 5.  
2. Joan. 3.

crediderit, mendacem Deū facit, ut inquit Iohannes. Hoc autem est, ut idem ait, testimonium, quod uitam æternā dedit nobis Deus, & ipsa uitam æterna in filio eius est: & habens filium, habet uitam. Ergo nisi mendacem facere Deum uelint, Christianis omnibus firmiter, & sine haesitatione credendum est, se habere in Christo id, quod pater testatur se dedisse, hoc est, uitam, & uitam æternam. Hoc testimonium, qui in filium uere credit, habet in se, & consignauit, ut alter Iohannes testatur, quod Deus uerax est. Quocirca sicut dubitare de eo non potest, ut quod uere iam agnoscat Dei, quia & patris, & filij, & spiritus sancti, testimonium esse, infinito maius omni humano testimonio: ita nec de eo haesitare ualeat, sibi in Christo donatam uitam, & quæ beata, atq; æterna sit. Quos enim prædefiniuit, hos et uocauit: quos uocauit, eos et iustificauit: quos iustificauit, eos & glorificauit.

Iohan. 10.  
Et testificatur alibi Christus de ouibus suis, hoc est, ad ueram fidei in se communionem destinatis. Ques, inquit, meæ audiunt uocem meam, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do illis: & nihil peribit ex eis in æternum, & nō rapiet eos quisq; de manu mea. Pater meus qui dedit mihi, maior est omnibus, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Et alio loco, Omne quod dat mihi pater, uenit ad me, & quod ad me uenit, non ejus circa foras.

Iohan. 6.  
Christus  
credentes  
in se non  
abiecit, nec  
eripit eos  
quisquam  
de manu  
eius, ergo  
Hæc quæso Christiane Lector religiose confyderes. Si enim Christus dominus uenientes ad se non ejicit: sed dat eis uitam æternam: nec potest illos quisquam de manu ipsius, quæ eadem patris est, eripere, ac ideo, nemo eorum, qui in eum credunt, perire in æternum: quomodo queat non certam uitæ æternæ spem tenere, huic Christi testimonio qui uere, firmiterq; credit? Perstantigitur, ut D.

Paulus

Paulus testatur, fide, hoc est, persuasione certa, non <sup>manet in fi-</sup>  
 tant dubitatione, in hac gratia, quicunqā patre audiu= de eius in  
 runt & didicerunt, qui testimonium spiritus rite perca= sempiter =  
 perunt. Et quia uere credentes Christo deadoptionis <sup>num.</sup>  
 gratia ita certi, firmiterqā persuasi sunt, usus est isto He= <sup>Ioan. 6:</sup>  
 braismo Paulus, ut diceret ~~es in auctoritate~~, Constitimus, hoc est,  
 ut in ea firmi perstemos, accepimus, confirmatiqā sumus. <sup>Rom. 8.</sup>  
 Vnde & D. Chrysostomus in hunc locum scribit: Recite  
 dixit, in qua stetimus: Talis enim Dei gratia finem non  
 habet, terminum ignorat, sed in maius semper proficit.  
 Vnde est & illud, quod Apostolus hoc loco adiecit: Et  
 gloriari sub spe gloriae Dei. Quod adiectum scribit  
 Chrysostomus, ut discas, qualia anima praeeditum esse oportet  
 hominem fidelem, eum enim non de datis solu, quae Apo= <sup>Chrysostomus, plane</sup>  
 stolus, ut idem testatur, intellexit sub nomine gratiae, sed  
 etiam de futuris, quae significauit nomine gloriae, tanqā  
 data essent, certo persuasum esse oportere (ait enim, πλη= <sup>certam esse</sup>  
 ροφορεθει τη χρή) de ipsis enim rebus quis gloriatur, quae iam  
 exhibita sunt. Hac ille.

Vides ergo & hinc pie Lector, fidei uere, ac germane  
 fidei per quam iustificamur, proprium esse, nec de pra= <sup>Fol. 97.</sup>  
 senti gratia, nec de futura gloria ullam admittere dubita= <sup>tionem: sed de utraqā animum certissimum, planeqā seculu-</sup>  
 rum reddere: ut pax uera habeatur cum Deo; & gaudium  
 in spiritu sancto. Quae aut certitudo & securitas, nequa= <sup>quam nostra, ut semper confitemur, iustitia nititur; in qua</sup>  
 perpetuo quidem proficiendum est, at confidendum  
 nunquam: sed iustitia Christi nobis donata, qua sicut no= <sup>bis & peccata nostra condonantur, & imperfectio omnis</sup>  
 bis & peccata nostra condonantur, & imperfectio omnis  
 contegitur: ita etiam peccatorum omnium uera poenitentia, & abolitio, studiumqā uitiae nouae in nobis excita= <sup>tur, souetur, perficitur: ut nobis quidem ipsis nunqā satis-</sup>  
 tur,

Eee

Chrysostomus, gratia Christi sine fine.

Chrysostomus, plane certam esse de salute sua oportet anima fidelem.

## DE CONCILIANDO.

Ephes. 2.  
faciamus, ne in bonis quidē, tam abest, ut securi essemus  
in malis. In Domīno autē Iesū laudatur & gloriatur ani-  
ma nostra, quia credimus cum eo nobis condonata & do-  
nata omnia: credimus Deum qui diues est in misericor-  
dia, propter ingentem dilectionem, qua dilexit nos, unā  
in Christo nos iuuificasse (gratia enim seruati sumus) &  
unā excitasse, & in cœlestia collocasse. Merita deesse no-  
bis dolet, & ut ea consequamur satagere certe oportet: at-  
tamen quia non nostris, sed Christi meritis salus nostra  
constat, ualeat merito apud nos, quod D. Bernardus scri-  
psit in Cantica de sponsa Christi. Nam & de meritis quid  
sollicita sit, cui de proposito Dei firmior suppetit securi-  
orē gloriandi ratio: Non potest se ipsum negare Deus:  
neq̄ non facere, quæ iam fecit, ut scriptum est: qui fecit  
quæ futura sunt. Faciet, faciet: nec deerit suo proposito  
Deus. Sic non est quod iam quæras, quibus meritis spe-  
remus bona: præsertim cum audias apud Prophetam,  
Non propter uos, sed propter me ego faciam: dicit Do-  
minus. Sufficit ad meritum, scire, quod non sufficient  
merita. Hæc ille.

Ezech. 36.  
Jacob. 1.  
Sed quia, ut idem uir Dei subiicit, sicut ad meri-  
tum satis est, de meritis non præsumere, sic carere meri-  
tis satis ad iudicium est: quicquid sapientiae nobis deest,  
ut deest semper plurimum, & ad cognoscendum, & ad  
amandum: quæ donata nobis à Christo sunt, dignèq̄  
iuuendum uocatione, qua uocati sumus, oramus, ut Do-  
minus nos docet, & oramus fide, ut Diuus Iacobus cum  
alijs Apostolis hortatur, nihil hælitante: ne similes si-  
mus fluctibus maris, qui uentis aguntur, & impetu ra-  
piuntur. Qui enim dubitat, se accepturum quod à Deo  
petit promissum, non debet existimare se quicquam à  
Domino accepturum; sicc̄ duplice animo cum sit, in-  
constans,

## ARTICULO IV STIFICATIONIS.

202

constans, & incompositus est in omnibus iuris suis: itaque nec uiuere Christiane, nec orare uitam Christianam, cum dubitatione licet.

Ex his abunde, quicunque sacra Christi cognoscere possunt, intelligent, nos nullam aliam fideli certitudinem, & salutis fiduciam, atque securitatem docere, quam eam ipsam, quam docet & tradit uniuersa scriptura: credidit & quæsiuit tota semper Ecclesia Dei. Quæ, quanquam, dum adhæret adhuc ignorans Dei & diffidens Deo caro nostra, perfecta esse hic non potest: tamen uere credentibus animis adeat necessario, pro modo tamen fidei, qua laborante & infirma, illa quoque tenuis est, ægreque sentitur: quacumque uigente & firma, illa etiam solida est, uimque suam plenius explicat, amoremque Dei ardentiorem excitat, eum, qui sine odio peccati, & summo studio illud in nobis abolendi, & in omni iustitia proficiendi, essenunquam potest.

Contra hæc Sophistæ nihil adferunt, præter illud, sub obiecta nomine Ecclesiastæ falso obiectum: Nescit homo a Sophistariorum amore, uel odio dignus sit: quod nec Ecclesiastes dixit, nec per se uerum est, de credente duntaxat in Christum, qui nimirum spiritu Dei doctus, nouit se ex se odio Dei dignum: propter Christum uero amore Dei donatum.

Deinde obijciunt illa. Qui existimat se stare, uideat ne cadat. Et, Consydera te ipsum, ne & tu tenteris. Item, Subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs predicarim, ipse reprobus siam. Etrurus, Cū timore & tremore uestrâ ipsorū salutē operemini. Sed quid his locis spiritus Dñi docet de eo, quod illi dicunt, Christianū Philip. 2: & Christo uere credentem, debere dubitare de gratia dei, & de salute sua? Sanenobis dum hic uiuimus, in timore

Eee ij

1. Cor. 10.Gal. 6:1. Cor. 9.Philip. 2:

DE CONCILIANDO CVENTU

& tremore uersandum, omnisq; lapsus peccati solicite ca  
uendus, & salus nostra perficienda est, propter inhærens  
scilicet peccatum, & ingentem infirmitatem, tum etiam  
Satanæ insidias: quapropter & corpus nobis peccati nō  
subiectum modo, sed & crucifigendum est: omnibusq;  
uiribus enitendum, ne ulla unq; in re reprobè euadamus  
peccantes. Hæc autem omnia ut fidei sunt, & ad credendum  
Christo urgent, ita ei nihil detrahunt, quod fidei uerè est,  
in uulneribus Christi acquiescere: & dicere cum Diuo  
Bernardo.

Bernardus  
in Cantica  
sermone.<sup>o</sup> Et reuera ubi tuta firmaq; infirmis securitas & requies,  
nisi in uulneribus saluatoris? Tanto illic securior habito;  
quanto ille potentior est ad saluandum. Fremit mundus,  
premit corpus, diabolus insidiatur: non cado, fundatus  
in sum super firmam petram. Peccavi peccatum grande,  
Conscien= turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam  
tia turba uulnerū Domini recordabor. Nempe uulneratus est pro  
tur, sed nō pter infirmitates nostras. Quid tam ad mortē, quod non  
perturba= Christi morte saluetur? Si ergo in mentē uenerit tam po=  
tens tamq; efficax medicamentū, nulla iam possum mor=  
bi malignitate terrori. Et ideo liquet errasse illum, qui  
ait, Maior est iniq;itas mea q; ut ueniā merear: nisi quod  
non erat de membris Christi, nec pertinebat ad eum de  
Christi merito, ut suum præsumeret, suum diceret, quod  
filius esset, tanquam rem capitīs, membrum. Ego ue=  
ro fiderenter quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex ui=  
sceribus Domini: quoniā misericordia affluunt, nec de=  
sunt foramina per quę effluant. Foderunt manus eius &  
pedes: latusq; lancea forauerunt: & per has rimas licet  
mihi sugere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. i.  
gustare, & uidere, quoniā suauis est Dominus. Hæc ille.  
Quę quidē toto Euangelio Christi docentur clarissime.

Ex quo

Ex quo nimirum scimus si quis peccauerit, aduocatum <sup>1.104.2 et. 2</sup> nos habere apud patrem Iesum Christum iustum: & huc esse propitiationem pro peccatis nostris: qui fidelis & iustus est, ut peccata nobis, dum ea confitemur, remittat, & purget nos ab omni iniusticia.

Videntur isti, quod de incertitudine salutis disputat, sumpsisse ex uestibulis D. Augustini, quae scripsit in libro xi. <sup>Augustin</sup> de Ciuitate Dei, quae sicut habent: Cum hodie non impru-<sup>nus.</sup> denter beatos uocemus, quos uidemus iuste ac pie, cum <sup>Cap. 12.</sup> spe futura immortalitatis, hanc uitam ducere, sine crimi-<sup>Crimen ua-</sup> ne uastante conscientiam, facile impetrantes peccatis hu-<sup>stans con-</sup> ius infirmitatis diuinam misericordiam. Quilicet de sua<sup>scientiam.</sup> perseverantie premio certi sint, de ipsa tamen perseverantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominu se in actio-<sup>n</sup>ne profectu*q̄* iusticie perseveraturum usq; in finem sci-<sup>at, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto, latenti*q̄* iudicio, non omnes instruit: sed neminem fallit. Hac ille.</sup>

Sed aliud est, loqui de perseverantia in fide Christi: & de proprietate fidei, quae est certitudo de salute, quae no-<sup>bis</sup> Euangelio offertur in Christo. Et probe notandum, quod ait sanctos certos esse de perseverantie premio, que non nisi fidei certitudo esse potest, & eius fidei quae omnium Christianorum est: & non speciali aliqua, sed illa omnibus filiis Dei communis reuelatione nimitur, de qua Paulus, 2. ad Corinthios scripsit. Nobis autem Deus reue-<sup>la</sup>uit per spiritum suum. At quanquam nobis, ex nobis, nihil prorsus presumendum sit, postquam nihil prorsus ex nobis boni possumus, eo*q̄* nec de fidei perseverantia cer-<sup>tū</sup> aliquid statuere ex nobis ualemus: at tamen quia uoca-<sup>re</sup> sumus ad consortium Christi sempiternum, & uocatos nos uere, certe*q̄* dubitare impium est, dona quo*q̄* & uo-<sup>re</sup>

## DE CONCILIANDO.

Rō. ii. **C**ato Dei absq; poenitētia sunt, profecto mendacē Deū faciemus, si non credimus nos in Christo accepisse uitam sine fine, & Deum nobis Deum & patrem fore, ut pollitus est, in sempiternum.

**P**ro perseuerantia Cumq; pro perseverantia fidei incessanter nobis orans semper orā dum sit, & orandum fide, nihil hæsitando, nec de ea ipsa dum, ergo certe, nobis, ex gratuita misericordia Dei propter Chri- eadem cer- stum donanda, dubitare licet. Vnde Paulus scripsit Phi- to speran- lippeñsibus, Persuasus sum & hoc, quod, qui cœpit in uo- da est. da est. bis bonum opus, perfecturus etiam sit usque in diem le- Philip i. sur Christi. Hoc si Paulus de Philippiensibus sibi persua- sit, quod iudicaret eos Christo uere credere: nemo pro- fecto, qui Christo credit, de eo in se ipso dubitare debet, cum pro eo orare debeat indesinenter, & absque hæ- sitatione.

**S**æti incer- Quapropter illud, quod D. Augustinus scripsit, san- tate salutis de perseverantia sua reperiiri incertos, nec scire se in actu, profectaque iusticiæ perseveraturos usque ad certitudine finem; necesse est intelligere de incertitudine, & ignorati- one, que opponitur, scientiæ, non fidei. Nec enim pos- scientiæ, sunt, qui uera fide prediti sunt, & Deum iam patrem in sed non fi- uocant, incerti esse, aut nescire se Deo haberi numero fili- dei. orum, & cum filiorum, etiam hæredum, & hæredum qui bus paratum regnum est ab initio mundi. Id illis pro- misit Deus, nec fallet, etiam si nulla alia de eo scientia instruat. Hæc scripsi uobis, inquit Iohannes, ut sciatis quia uitam eternam habetis. Et rursus, Scimus q; ex deo sumus.

**A**rgumen- **P**ighius contra hanc fidei certitudinem nihil peculia- tum Pighij Flagitioſi re obiicit, præter acerbas & calumniosas criminationes, homines, Illud uero omnium maxime urget, Posse eum, qui, ue- psuadent si ram ac perfectam fidem habeat, atque certo apud se sta- bi, se esse in tuat, se cum Deo per Christum rediisse in gratiam, ei que, adop-

adoptatum esse in filium: grauibus tamen esse peccatis gratia dei, implicatus, & operibus diabolii deditum. At qui opera & falluntur diaboli faciunt eos filios diabolii, non Dei, & participes existere gehennae, non salutis: nec ullam certam de salute fiduciam habere posse. Sed istud ipsum falsum sumit, quem uera fide praeeditum in Christum, posse facere opera diabolii & grauibus implicari peccatis ( qui enim natus est ex Deo, non peccat ) nec id probateo, quod de illorum non fide, sed impia fidei simulatione, & falsa professione commemorat, quos Micha, Iohannes Baptista, Dominus ipse, et sancti Patres eius simulationis obiurgarunt. Et graue sanè argumentum, dignumque demonstratore Pighio. Falsi & impij Iudei, atque Christiani, qui re ipsa alienigenae, & filii diabolii erant, factarunt se Deum patrem habere, & gratiae eius sibi securitatem finixerunt: ergo qui uere, hoc est, ex doctrina patris, & testimonio spiritus sancti persuasi, Deum suum patrem esse uere credunt, et uiua fide inuocati, possunt grauibus detineri peccatis, & imitari peruersi uiuendo diabolum.

Inquirere se inquit, nec intelligere posse, unde haec sit nostra fidei cum peccato pugnantia. Inquirat, & conetur intelligere, unde sit sua, de sua sententia in religione, falsae persuasioni, tanta pugnantia, cum doctrina Christi quam nos profitemur? Inquirat & intelligat, si inest pugnantia ad rerum rerum que creditis rebus aduersans tur.

Omni fidei  
nauta ed-  
rum rerum  
que credi-  
tis rebus  
aduersans  
tur.

Inquit et conetur intelligere, unde postquam sibi persuasit, cum id esse sibi gloriosum, tum & accumulationulanda sacerdotia, & ad tot Ducatorum munus a Pontifice referendum, utile, tanto ipse flagret studio tyrannide pontis

## DE CONCILIANDO

pontificiam propugnandi; & nos eam ob rem tā calumniae & rabide insectandi.

At qui ualent intelligere quę Christi sunt, ijs haud difficile intellectu est, maxime quia credunt scripturis, tum etiā, quia id apud se ipsos ita deprehendunt, eos qui Christo uere credunt, esse in Christo renatos, atq; penes se habere semen Dei: quo necessario fit, ut ament quę Deus iubet, auersentur quae prohibet: nec peccare, quo quidem renati sunt, possint. Sed de hac refuse dictum supra est, cum explicaremus naturam & ingenium fidei.

Deinde adducit Pighius quedam, à se manifeste de-  
pravata, dicta Lutheri, ex quibus conatur ostendere pec-  
catum cum fidei nostrę ratione non pugnare. Primum  
dictum est, nulla esse creditis in Christū opera tam ma-  
la, quae eum condemnare possint, ei Pighius addit per ca-  
lumniam, nec accusare. Alterum, nullum esse peccatum,  
quām incredulitatem: Tertium, Christianum, siue bapti-  
zatum, etiam uolentem, nō posse perdere salutem suam,  
quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere.

Ex capt.  
Babylon.  
cap. de Bap-  
tismate.

At qui ueritatem amant, non calumnias, nec morantur sophistricam, ij, ex ijsdem libris, unde ista Pighius protulit, id facile cognoscent; Lutherum his sententijs, tam nō uoluisse docere, peccatum cum uera fide posse coherere, ut in hoc ipsum, uim fidei ita explicare & amplificare in-  
stituerit, ut ostenderet, nulla alia re, quām fide, peccatum profligari, & extingui posse. Nam in capt. Babylonica, eo ipso loco, quem Pighius citauit, docet Lutherus, per fi-  
docet fidē dem in promissionem dūtinam, baptizato factam, absor-  
que pecca beri peccata: imo per ueritatem Dei, qui seipsum negare  
tum omne non potest, si tamen eum confessi fuerimus, & promitten  
profligat. ti fideliter adhæserimus. Et paulo post, dicit eos ē nauē sa-  
fol. 97. lutis, se in mare perditionis prēcipites dare, qui deserta  
promissi-

Lutherus

1400

## ARTICULO IVSTIFICATIONIS.

205

promissionis fide, se in peccatum præcipitant. Itaq; uides  
pie Lector, Lutherum, etiam hoc ipso loco, ut innumera  
alia prætermittam, quibus clarissime & copiosissime do-  
cet, fidem iustificantem nullum secum peccatum, quod  
conscientiant uastet, ferre: eiusmodi fidem docere, qua  
stante Christo fideliter adhæretur, & peccatum absorbe-  
tur: & qua deserta, homines in peccatum se præcipitant,  
& pereunt. Ita ergo fides, quām docet Lutherus, cū pec- Peccatum  
cato pugnat: ut ea obtinente in nobis, peccatum facessat uastans cō  
oportet; obtinente peccato, faceat fides. peccatum dico, scientiam.  
quod D. Augustinus uocat, uastans conscientiam. Cete-  
rum, ut leuiora peccata accidunt, auersa per cupiditates  
prauas consyderatione uerbi Dei, & receptæ gratiæ, quæ Fol. 131.  
fidei opus est, diximus supra, cum ingenium infirmæ fi-  
dei explicaremus.

Quod autem scripsit Lutherus, nulla esse creditis in Mala ope-  
Christum tam mala opera, quæ eum cōdemnent: Et, Ba- ra creden-  
ptizatum nullis posse peccatis salutem perdere, etiam si tem non cō  
uelit, nisi nolit credere: id sanè in eo Christi dicto contine demnant,  
tur, Qui credit in filium non condemnatur, qui uero non sed ab eodē  
credit, iam condemnatus est. Quisquis enim peccat, eo abijciun-  
certe it salutem suam perditū, & dici potest, uelle perire: tur, & cae  
at si is credit in Christum, & à peccato ad promissionem  
Dei per fidem redeat, ea statim remissionem in Christo  
percipit, nec propterea condemnatur, quamlibet mala  
opera ante fecerit. Itaq; stante fide in Christum, condem-  
nare hominem nulla mala opera possunt: utcunq; accu-  
sent eum, nam mala opera Christianum nō accusare, Pīg  
hius de suo adiūcit, Lutherus non habet.

Quod autē Lutherus scripsit. Non esse peccatum, nisi incredulitatem, incredulitatem, id de peccato per se condemnante intel- tas sola pec  
lexit, & exprimere illud uoluit, quod modo adduxi, Qui catū, quia

Fff

## DE CONCILIANDO

sola & pec  
satiratio = credit in filium non condemnatur, qui uero non credit,  
nem com = iam condemnatus est. Et illud, Qui credit filio, habet ui-  
plet, & co tam æternam: qui uero non credit filio, non uidebit ui-  
demnatio- tam, sed ira Dei manet super eum. Sed nec ullum eti-  
nem affert. am peccatum nisi incredulitate admittitur, quæ, quia  
Iohann. 3. defectio à Deo est, peccati rationem compleat, & con-  
demnationem affert. Qui enim in fide perstat uerbi Dei,  
Deo adhæret, nec potest quicquam sibi melius ducere,  
quam adhærere, & obedire Domino: unde peccare summa-  
mopere horret. Rursus qui fidem Christi tenet, is per  
eandem male admissorum, quorum illa ueram poenitenti-  
tiā affert, remissionem propter eundem Christū obtinet.

Addit Pighius Docere nos, hominem sola fide iustifi-  
cari, nullo respectu operum: &, ne uacillet fiducia salutis  
à nobis respicienda opera non esse, indeq; consequi uult,  
cū fide nostra peccatum cohærere. Nos uero docemus, &  
docet idem Pighius ipse, iustificationem nostri principē,  
id est, remissionem peccatorum, & adoptionem in filios  
Dei in nobis sola Dei misericordia, & merito Christi, &  
nullo nostro merito perfici. Ex eo uero an non consequi-  
tur, Deum dum nos iustificat, nullum habere nostrorum  
operum, sed suæ tantū respectum misericordię, & meriti  
filij sui: cū ante iustificationem, non nisi pessimum meri-  
tum habere non possimus: Et nos quoq; in iudicio eius,  
non ad nostra opera, ex quibus, quia legi eius nunq; satis  
faciunt, nemo iustificari potest, sed ad misericordiā Dei  
gratuitam, & donatum gratuito Christum respicere de-  
bere: Inde autem inferre, nos docere, nec Deum ullo mo-  
do opera nostra, uel requirere uel respicere: nec nos ali-  
quam oportere operum curam, uel rationem habere, &  
fidem ueram quoduis peccatum secum ferre, id nemo fa-  
ciet, qui nostra legerit, nisi cum, ut Pighium, calumniari  
nos aperte nihil pudeat.

Vt

Vt ergo ex scripturis, & natura ingenij humani, quod Deus gratia iustificationis restituit, non destruit, docemus, fidem in Christum, ueram & uiuam, omne peccatum excludere, percepta in Christo cum remissione eorum, tum etiam purgatione, quam spiritus Christi in sanctis perpetuo exercet: ita nihil huic non consentaneum, uel ex Lutheri, & ex alijs nostrorum hominum libris, Pighius, aut quisquam Sophistarum proferet. Perstat itaque doctrina, non nostra, sed Christi, de certitudine salutis, quae uerae fidei deesse in nemine potest.

Porro quia hanc salutis certitudinem inde fidei tribuimus, quia diuinæ nuntiatur promissioni, Pighius id, <sup>An fides</sup> quod fidem in Christum, dicimus esse fidem promissionis Euangelicæ, & huic promissioni suo proprio obie<sup>Christi proprie</sup>cto et correlatiue respondere, magno conatu oppugnare <sup>prie promissionis</sup> instituit, ausus affirmare, euidenter falsum esse, fidem alii sit de Chri<sup>ste.</sup> quæ promissionem adæquate respicere, aut iustificationem nobis per promissionem dari. Tum uexat & illud, quod nostri scribunt, promissionem salutis in Christo, sine conditione legis offerri. Est itaqe nonnihil & ad hæc respondendum: quanquam de eo quadam dicta sunt, cum refutaremus eius calumnias, de speciali, uel potius propria cuiusce fidei. <sup>fol. 149.</sup>

Ex quibus planum factum est, ei qui Christo uere credit, credendum quidem esse omnibus uerbis Dei, quæ nimis omnia per æternum Dei uerbum, & unicum nostrum mediatorem ad Deum, Christum, ad nos perferuntur: at quia cuncta Dei uerba, nobis nostræ salutis causa reuelata, in uerbo illo abbreviato, Euangeliō Christi, continetur, hoc ipsum Euangeliō. i. promissio uitæ æternæ in Christo, benedictionis per hoc semen Abrahæ, est fidei.

DE CONCILIANDO

Obiectum in Christum, proprium et exæquatū obiectum: Fidei in fidei propter quam in Christum, qua testimonium & promissionem prium, pro Christi amplectimur, eam, quæ facta est ad primos nos missio Christi. & omnes sanctos Patres, de semine quod caput sti.

Act. 10. serpentis esset contriturum, & in quo essent omnes na-

tiones mundi benedicendæ, percepta remissione peccatorum, & parte inter sanctificatos. Quis enim neget fidem Christi recte dici, qua creditur prædicationi & testificationi Christi: iam ea, ut et totius scripturæ est, nos per nomen eius accipere remissionem peccatorum, adoptionem in filios Dei, spiritum iustitiae, uitam æternam, quæ omnia pater per Mosen, psalmos, & prophetas suos de filio suo promisit, quare Paulus Romanis scripsit, Christus esse finem legis, ad iustitiam omni credenti: ad quem nimur, quæcunque in uniuersa lege Dei proposita sunt, referuntur, & in quo complentur: sicut idem finis est & perfectio omnis creaturæ, ut in quo Deus proposuit & reuocauit angelos suis quæ sunt in cœlis & in terra. Fides itaque ea:

RO. 10. quam scriptura prædicat, & quæ nos iustificat, fides electorum Dei, ea fides est, qua certo apprehendimus spem uitæ æternæ in Christo, quam promisit mentiri nescius Deus, ante eterna tempora. Ideo promissio hæc Christi, exæquatum huius fidei obiectum est: ut qua credita, iam recte credas uerba Dei omnia: qua non credita, Deo proprio nihil credas; itaque assensum uerum ac solidum prebuisse promissioni Christi, id omnino est, quo primo ratio fidei Christianæ constituitur.

Eph. 1. Istud non Paulus modo, sed uniuersa scriptura docet tam clare, tam copiose, ut hinc abunde uideas Pighium odio nostri plane cæcum esse. Quid, n. Deus non promissione gratiæ suæ in Christo filio suo egit cum Adam, cum Noah, cum Abraham, cum Moysi, cum uniuerso populo Dei;

ARTICULO I<sup>V</sup>STIFICATIONIS.

207

**Dei:** An non est istud caput omnis actionis Dei cum electis suis, Ego sum, aut ero Dominus Deus tuus, Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Jacob, & seminis horum, id est, his omnibus malorum omnium depulsor, & bonorum omnium, adeoque uitae æternæ largitor? Ego ero illis in Deum, illi erunt mihi in populum: ero eis pater, sp̄li erunt mihi filii. Quoties pollicetur se recordari uelle pacti sui, initio cum patribus?

Nonne et Paulus totum Euangelium, promissione faRom. 4:  
**cta** Abrahæ, comprehendit, cum dicit: Non per legem promissio contigit Abrahæ, aut semini eius, ut esset hæres mundi, sed per iustitiam fidei. Nam de semine promissio: promissionis sancto in Christo, & ea hæreditate mundiloquitur, quæ est Christi, & Christo creditum: ut non solum S. Patres sed & Epistola ad Hebræos locum hunc Gal. 3: interpretatur. Annon idem facit, cum prædicat Christum nos liberasse à maledictione legis, cum ipse maledictionem crucis subiit, ut in gentes perueniret benedictio Abrahæ in Christo Iesu: ut promissionem acciperemus spiritus, per fidem: cumque addit, dictas esse promissiones Abrahæ, & semini eius, & interpretatur hoc semen, Christum esse. Et rursus cum ait, Conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio daretur creditibus ex fide Iesu Christi: Quas enim quæso hic dicit promissiones, nisi adoptionis in filios Dei, nisi hæreditatis uitæ æternæ? De qua sic scripsit ad Titum, Apostolus Tit. 1: Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & cognitionem ueritatis eius, quæ est secundum pietatem in spe uitæ æternæ, quam promisit Deus qui mentiri nescit, ante æterna saecula: manifestauit uero suis temporibus, prædicatione uerbi sui, quam mihi credidit. Vide, Apostolus Dei missus, ut electos Dei ad fidem, id est, eam co-

Fff iii.

## DE CONCILIANDO

nis promis per arcam in diluvio cognovit & credidit: ut & Abrahā sionem ac<sup>ca</sup> atq<sup>u</sup> Sarah, non carnalem sobolem, & terrenam eius h̄ęre ceperunt. & felicitatem: sed benedictum semen Christum, & Christo credentes, h̄æreditatemq<sup>u</sup> patriæ cœlestis, in promissq<sup>u</sup> sibi semine, ac eius multiplicatione, & promissa terra, atq<sup>u</sup> felicitate intellexerunt, atq<sup>u</sup> crediderunt, quod clare docetur, ab Apostolo Ro. 4. & Gal. 3. & 4. maxime uero n. ad Hebræos, ubi legimus,

Secundum fidem, uel fide, isti omnes mortui sunt, cū nō accepissēt promissiones, sed pcul eas uidissent, et credidissent, salutassentq<sup>u</sup> et confessi fuissent, se hospites atq<sup>u</sup> aduenas esse in terra. Nā h̄ec qui dicunt, declarant se patriā inquirere. Etsi illius quidē memores fuissent, unde fuerant profecti, habebant opportunitatē reuertendi. Nūc autem meliorem expertunt, hoc est, cœlestem. Quapropter non erubescit ipse Deus uocari Deus illorum, parauerat enim illis ciuitatem.

Ex hoc ergo loco, & ex ijs quæ Apostolus de semine promissionis Christo, & detestamento libertatis ad Gal. 3. & 4. tradidit, uides Christiane lector, quomodo S. Patres factas sibi diuinæ promissiones intellexerunt; quam illis sobolem, quam patriam & ciuitatē Deus promisebit, et ipsi fide apprehēderint. Istud uero præcipue animaduertas, quod Epistola ad Hebræos hic subiecit, Propterea non puduit Deum, uocari Deus illorum. Nam hæc promissio omnibus facta patribus est, & in omnibus cæteris promissionibus cōtinebatur, ut cunctarum promissionum Dei caput est, Ero Deus tuus & seminiſ tui; in qua illis promissa est uita éterna in Christo; nam non est Deus mortuorum; & hic legis, quod Dominum propterea non piguit, dici Deū patrum, quia cœlestē patriam expetissent, & ipse eis ciuitatem, non manu factam in cœlis parasset.

Sed

## ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

209.

Sed quid opus uerbis, in re tam manifesta, habentibus  
tremicam fidei Christianæ? Si enim Patres omnes fide  
Christi, fide adoptionis in filios dei, per Christum uixer-  
erūt, et Deo placuerūt: quod scripta & prophetica, & apo-  
stolica eis clare tribuunt, promissio certe Christi ad omnes  
illos facta, & fide uera ab omnibus apprehensa est, etiam  
si id Scriptura non de uno quoque nominatim affirmet.

Perinde est, quod scribit, promissionē salutis in Chris-  
to ad nostri iustificationē nullius omnino generis causa  
rū omnī rationē habere, nam Scriptura eam manifeste  
ponit in genere causæ efficientis, ut instrumentum, quo  
iustificatio ad nos defertur. Per Euangeliū, scribit Paulus  
Corinthijs, uos genui. Scilicet quia Deus causa effi-  
cientis iustificationis est, nullam causę rationem habebit,  
nec instrumenti, promissio dei, quam scriptura salutis  
cam uocat. Vides qualem Theologum & Philosophum  
Pighium faciat, odium nostrum.

Sicut uero promissiones factas patribus, & fidem pa-  
trum, quam illi promissionibus Dei habuerunt, Pighius,  
contra apertam Apostoli doctrinam, & totius Scripture,  
a Christo ad terrena beneficia detrahit, & cōtrahit: idem  
facit, de imputatione fidei illorū ad iusticiam. Et si hil enim  
plus in eo, quod Scriptura prædicat, Abraham fidem suam *Fides ad  
reputatam fuisse ad iusticiam, prædicari contendit, quam iusticiā impu-  
fidem illam, quam Abraham habuit Deo promittēti sibi saturnō suo  
numerousam sobolem, deputatam fuisse ad iusticiam, id  
est, habitam pro iusticia, quod ex se illa non merebatur.*  
Itaque de inhärente tantum istud iusticia vult intelligi,  
quomodo & uoluntas immolandi filium, eidem deputa-  
ta iusticiæ fuit, id est, habita pro iuste facto: & Pinchæ de-  
putatus fuit iusticiæ zelus suus pro Domino.

Ggg Sed Ec

DE CONCILIANDO.

Sed Ecclesia Christi intelligit hic duplēm imputatiō  
duplex im- nem ad iusticiam. Quia enim in eo quod creditur Deo,  
putatio,iu= aliquid officium pietatis prēstatur,id Deus quidem pro  
sticæ Chri= suā benignitate,et in sanctos charitate, propter Christum  
sti, & pro= filium suum iusticæ loco, quamlibet in se imperfectum  
pter hūc eti id sit, reputat: sicut omnia quæ illi ex Christi spiritu pie  
am ipsius fi recteque faciunt. Verum non de huius iusticæ imputa  
dei. tione, sed de imputatione iusticæ Christi, Apostolus lo  
cum illum de fide Abrahæ ad iusticiam deputata, intellex  
xit, & interpretatur inde de fide in Deum iustificantem  
impium: item de non imputatis peccatis, ex Psalmo 31.  
subiicit.

Abraham enim in promisso sibi semine, promissum  
Christum intellexit, in hoc fiduciam salutis suæ collocas  
uit. Itaq; ut credidit se, propter hunc unum seruatorem  
hominum, Deo gratum, acceptumq; esse, & hæreditatem  
uitæ accepturum; ita accepit à Domino iusticiam & satis  
factionem Christi: ea illi donata, & pro iusticia deputata  
est, idq; ex sola Dei misericordia, & liberali charitate, &  
propter vnum meritū Christi: non merito nec fidei, nec  
vlliū alterius officij, vel virtutis; tamen propter hunc ip  
sum Christum, gratum, acceptumq; etiam illud Deo in  
Abraham fuit, quod ipsi credidit, & eo gloriam suam  
tribuit.

Cum itaq; nos dicimus ex Apostolo, fidem promissæ  
iustificationis in Christo, deputari ad iusticiam, id, ut ille,  
ita & nos intelligimus, non huius fidei meritum pro ius  
ticia deputari, sed fide ea nos accipere iusticiam Christi,  
& eam imputari nobis, ut illa freti & donati, placeamus  
Deo, & inter filios ipsi, atq; hæredes numeremur. Sed  
Pighius, dum nostra aliquo colore oppugnet, perinde  
dicit, Apostolo & vniuersæ Scripturæ contradicere.

De eo

## ARTICULO IVSTIFICATIONIS.

110.

De eo vero, quomodo in omnibus promissionibus Dei, & Christi promissio continetur, & a patribus fide apprehensa est, dictum non nihil supra est, & dicentur plura in controuersia de Poenitentia: nunc ne locū hunc pluribus prosequar, excludor tempore: quod nec ad relias quas duas quæstiones tractandas satis suppetit: Ad eas igitur oratio conuertenda est.

Quarta itaq; quæstio, quæ circa articulum iustificationis mouetur, est de bonis operibus, et eorum merito. Hic duo re ipsa in controuersia fuerunt, quæ sint bona opera, & quid valeant bona opera apud Deum: tertium controuersum nunquam fuit, nobis tamen per calumniam tributum est, quasi ita commendemus meritum Christi, & fidem huius, ut doceamus remittere studium bonorum operum. Articulus itaq; Ratiponæ conciliatus huic casu columnæ primo loco occurrit, cum ponit, debere cuique Christiano compertum esse, gratiam iustificationis & regenerationem, non in hoc datam, ut eo gradu nostræ in nouationis, quem primum consecuti sumus, ociosi consistamus, sed ut crescamus in Christum, qui caput est per omnia: ideoq; populum docendum esse, ut huic augmento det operam per bona opera. Qui ergo ad hunc modum, quem Articulus hic præscribit, docebunt, quod nos facimus, ab horum doctrina nullum erit periculum studio bonorum operum. Semper enim eiusmodi ad illa populum Christi hortabuntur: & oportere proficere in vita Christi, donec ea in nobis plene perficiatur, diligenter admonebunt.

Itaq; & illorum calumnia repulsa est, qui nobis impingunt, nos omnem bene pieq; operandi industriam ac studium hominibus adimere. Nam licet doceamus cum Apostolo, Deum esse, qui efficit in nobis & velle & operari, Quatenus  
nos bona  
opera faci-  
mus.

Ggg ij rati

DE CONCILIANDO.

rari quod bonum est, non minus tamen docemus, quia opera Deiuera sunt & solida, eo ipso, quod in nobis Deus operatur velle & operari, existere in nobis uerum velle & verum operari: ut nostro scilicet arbitrio, voluntate, & studio, sed diuinitus cum inspiratis, tum excitatis & sustentatis, bene operemur, & ad id, ut nos ipsos omni instrumento carnis & sanguinis purgantes, sanctimoniam nostram absoluamus in timore Dei: & nostram ipsorum salutem cum timore & tremore perficiamus: habentes quod hanc spem vitae in Christo, purificemus nos met ipsos, ut ipse purus est. Id enim efficit spiritus Domini, quo ad bona opera acti, agimus, ut ea valent ad perficiendam sanctimoniam & salutem nostram, hoc est, vitam nouam, vitam Christi, omnimodam iusticiam. Ergo constabit, nos in Christo ad bona opera conditos, & ipsos quoque bona opera operari, non tantum pati in nobis: & oportere illis summo studio incumbere, & nostri denique innouationem ipsisdem perfici. Vnde articulus liberum arbitrium partiale agens in his fai.

Quae sint bona opera.

Illud autem in controversia vera fuit, ac etiam num apud multos esset, quae sint bona opera consenda. Nam plerique in eo errore sunt, ut quicquid ipsius aut alii hominibus videatur in gloriam Dei facere, id contendant esse opus bonum, & Deo gratum. Vnde & saepe pro bonis operibus faciunt, quae Deo abominationi sunt. Rursus nobis impingitur, sed falso, nihil à nobis in bonis operibus numerari, quod non sit nominatim in Scripturis preceptum. Ut ergo sincerae doctrinæ de utroque deflexu caueatur, posuit Articulus, populum docendum, ut bonis operibus incumbat, quae à Deo mandata & commendata sunt. Satis fuisset, posuisse, à Deo mandata; sed Eccius volebat adiisci: et à Deo commendata, ne numero bonorum operum:

rum excluderentur, quæ non sunt, aut omnibus hominibus, aut etiam ad quodvis tempus præcepta, & tamen gratia Deo sunt, ut uiuere cœlibem, & vacare certis castigationibus. At quia nihil horum Deo probatur, nisi ex mādato dilectionis ipsius & proximi suscepimus, cum hęc opera, quę cum aliqua libertate reposita sunt, recte et ex fide fiunt, & ipsa in operibus à Deo mandatis, merito numerantur.

At si Apostolica forma loquendi uti uelimus, uocabimus præcipue bona opera, quibus bene fit proximis; quorum operum testimonium requirit Paulus in uiduis, que alii debeat ab Ecclesia, quibusq; vult abundare, qui habent opes huīus sæculi, & incumbere omnes credentes. Timoth. 5. &c. Tit. 3. De quibus & Thalitha illa laudatur à Luca, cum scripsit. Hęc erat plena operibus bonis, et eleemosinis, quas faciebat. Laudibus enim Dei & gratiarum actionibus, nihil nos proprie operamur, sed Deum propter sua opera celebramus. Cum castigamus corpus, & spiritui subiçimus, ad bona nos opera præparamus, quod & precibus fit, quibus spiritum & facultatem bene operandi impetramus. Bona itaq; opera proprie sunt, quibus commodamus proximo, uel rebus spiritualibus, vel corporalibus. Sed de nomine non contendimus, dum de re conuenit, vocentur & sint bona opera, quæcunq; grata & placita Deo & agimus & facimus, animo, ore, manu.

At quæ huiusmodi opera sint, quæ probetur Deo, & an hoc titulo cēseri possint, quæ homines sibi vel suo, vel aliorum hominū arbitratu imponunt, exactius disputare, pertinet ad controversiam de traditionibus Ecclesiæ. Nunc id satis sit, constare, quod articolus conciliatus precepit, ea demum bona opera recte iudicari, quæ sunt manu Ecclesiæ.

LXXXVIIIA

Ggg ij data

DE CONCILIANDO.

data & commēdata a Deo, hoc est, quæ ex dilectione Dei  
& proximi, eocq; & ex vera fide fiunt in nomine Christi,  
ad gloriam Dei. Qualia sunt, quibuscunq; aut commo-  
damus proximis ad gloriam Dei: aut nos, vt eis cōmodo  
simus, p̄paramus & instruimus. Non enim sumus no-  
stri, sed Dei, corpore & spiritu; quare vtroq; glorificare  
*1. Cor. 6.* Deum debemus, cūq; ille cuncta iussa sua vno illo verbo  
cōprehendat, Diliges proximum tuū sicut te ipsum, ad  
vtilitatem & salutem referri oportet proximi, quæ Deo  
grata sunt, ac vere bona opera nostra vniuersa. Sed de his  
accuratius in cōtrouersia de traditionibus Ecclesiasticis:  
*Galat. 5.* ubi Pighio respondebimus, qui existimat se planè cōfu-  
tasse, quod nos, non nisi ex D. scripturis cōfitemur & do-  
cemus, impium esse, quicquid ad cultum Dei adhibetur  
sine verbo Dei.

*Bonis ope-* De existimatione, precio, & mercē de honorum operū,  
*ribus mer-* plus pugnatū est; sed maxime ab ihs, qui de bonis ope-  
*cedem red-* rībus contendere, quam bonis operibus vacare malunt.  
*di.* Nos enim nū quā negauimus, Deum sua in nobis opera  
probare, laudare, & remunerare, id enim diserte Scriptu-  
ræ diuinæ prædicat. Sed quia quo nostra sunt sic mutila,  
sic imperfecta sunt, & legi Dei tam non satisfaciunt, vt  
ferre iudicium Dei nequeant, & ex illis iustificari nemo  
possit coram Deo, iustificatione illa principe, id est, acci-  
pere eorum merito remissionem peccatorum, & compo-  
tem fieri vitæ eternæ: negauimus, & hodie negamus, idē-  
q; omnes orthodoxi scriptores negant, nō minus recen-  
tes quā veteres, Deum nostris operibus quicquā debere,  
aut fiduciam salutis, velex parte in illis collocandam esse,  
quam nimirū in sola Christi iusticia nobis donata, &  
misericordia Dei, nobis propter hāc nostra peccata igno-  
scēte, consistere totam necesse est.

Articu-

## ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

21

Articulus iuris, ne quis bonis operibus, uel plus, uel Conciliatio minus, precij & dignitatis, quā par sit tribueret; de tribus articuli. cauet. Primum, ut fiducia salutis tota nitatur Christo, ponit, hæreditatem uitæ æternae deberi renati, simul ac in Christo renati sunt, propter promissionem Dei: nam qui Christum habet, & manet in eo, habet vitam æternā. 1. Joh. 5.

Alterum, ne opera sua laude fraudulentur, adiicit, bonis tamen operibus mercedem a Deo rependi, bona tam corporis, quā spiritus, in hac, & in futura vita. Nam res iniquitibus aliquid propter nomen suum, promittit Deus minus hic cētuplum, & in futuro sæculo vitam æternam. Danti alicui potum aquæ nomine suo, pollicetur mercedem. His qui afflictionem sustinent propter nomen eius, affirmat amplam mercedem repositam esse in coelis.

Math. 12.  
Math. 10.  
Math. 5.

Tertium, ne bonis operibus deberi merces putetur, addidit, hanc mercedem bonis operibus rependi propter Christum, & ex gratia, non secundum substantiam operum, neque secundum quod sunt a nobis: sed quatenus in fide fiunt, & sunt a Spiritu sancto. Opus enim in se nostrum, quamlibet bonum sit, tamen, quod & Thomas Aquinas agnouit, totum a Deo est, & a nobis debitum, & nostro vitio semper imperfectum: quare nihil illi mercedis, secundum suam substantiam, & quantum ex nobis est, competere potest: at quia bona opera nostra ex fide facta, iam Christi in nobis opera sunt, dignatus est ille Deus mercedem, propter eundem filium suum, promittere, cuius etiam solius merito eam rependit.

Ex his iam patet, quid respondendum sit, cum de tercia causa iustificationis, propter quam iustificamur, quæ ritur. Primæ enim iustificationis, id est, remissionis peccatorum, & adoptionis in filios Dei, causa propter quam solus

## DE CONCILIANDO.

Solus Christus est, & ipsa Dei bonitas. Huc enim nullū nostrorum operum pertingit, ut supra satis superē demonstratum est. At iustificationis secundæ, quæ est inherentiæ iusticiæ communicatio, & induitio; item tertia, hoc est, diuinæ remunerationis, causa propter quam ipsa etiam opera, sed nō nisi in Christo, & propter Christum esse possunt. Nam Christus etiam unus is est, propter quem omnis & iustitia, & iusticiæ remuneratio donatur; tamen quia, ut articulus habet, Deus operibus reprehendere dignatur bona corporis & spiritus, ipsa quoq; bona opera, ut causa propter quam nobis Deus benefacit, a Deo ipso commendantur. Dicebat enim Dñs Noah, in gredere in arcā tu, & tota domus tua, quia inueni te iustū. Et Abrahæ, Propterea quod fecisti rem istam, & non percisti filio tuo vnicō, benedicendo benedicam tibi &c. Et Pinehæ, Erit ei, & semini eius pactum perpetuum sacerdotij, propterea, quod zelatus est pro Deo suo. Tales locutiones scriptura innumerashabent. Vnde etiam vniunt illa magnifica operum elogia: Iustitia, id est, beneficentia, liberat a morte: redimit peccata: dat Deo mutuum, qui benigne facit pauperi. Quæ omnia cum Deus ipse operibus tribuit, & dicat se propter illa suis benefacere, idem est & nobis confitendum: sed simul & ante omnia confitendum illud est, Vnde hæc tanta Dei in nos, & opera nostra, benevolentia & liberalitas venit; ex sola scilicet eius vtronea bonitate, & præueniente nos charitate, & merito Christi. Ipse enim, vt Dñus Bernardus gloriatur, peccata condonat, ipse donat merita, & præmia nihil minus redonat. Vnde sit, sic vt idem vir Dei scribit, vt homo magis propter merita, quæ omnia dona Dei sunt, Deo debitor, q; Deus homini constituatur.

Hispas

## ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

213

ne iudicium, dum ad Controversiam de Pœnitentia, & locum de Satisfactionibus uentum fuerit, ibi, uolente Christo, dabo operam, ut certissime perspicias, & ueteris Ecclesiæ & nostram fidem, & doctrinam, eandem esse, & in nullo ab his, quæ hic de bonis operibus perstrinximus, uariare.

Supereftultima huius Articuli quæftio, de uoce, sola, uel formula illa loquendi, sola fides iustificat, uel, sola fide de iustificamur. Ea S. & Patres usi sunt, Origenes, H̄i-  
larius, Ambrosius, Basilius, Augustinus, Chrysostomus, dixerunt  
et qua nos significatione, iustificationē scilicet nos, nullo sola fide  
noſtro merito, sed ex sola Dei gratuita misericordia, fide nos iustifi-  
cari. in Chriſtum percipere, fidemq; ſolum, ut D. Chrysosto-  
mus ſcribit, ad ferentes, apprehendere ſalutē in Chriſto. Chryſoft.  
Cum itaq; iuſtificari ſola fide, prorsus idem polleat, atq;  
ex fide, & non operibus, quod Paulus dixit, nos illa lo-  
quendi formula uſi ſumus, neceā ſophiſtis concedere po-  
tuimus. Etenim ne quis id intelligat de fide, que ſola, id  
eft, ſine charitate maneat, ac proinde mortua ſit, diligenter  
ſtudemus monere, nos de fide loqui uiua, quæ charita-  
tem & totam hominiſis innouationem necessario coniu-  
ctam habet: ut ſupra fuſe de hac re diſſeruimus.

Gloriatur Eccius ſe eam formulam loquendi Augu-  
ſtę noſtriſ hominibus, quibus cum illiſ de religione egit,  
extorſiſſe, nec Ratiſponæ admiſiſſe, ſed eum iſtud cōtra  
mentē ſuā gloriari norunt, Illuſtrissimi & Illuſtres, prä-  
ſtantesq; uiiri Præſides & Auditores Colloquij Ratiſpo-  
nenſis, ac multi alij. Sed non hoc ſolo flagioſe uanitatis  
nomine indignus Eccius eſt, quo cum aliquid rerum fa-  
crarum tractetur, aut cui de his quicq; reſpondeatur.

At ne ex illa locutione, ſola fide nos iuſtificari, aliquid  
offendiculi cuiq; obijceretur, Articulus p̄cipit eos, qui

Hhh

## DE CONCILIANDO

**Cautio de formula.** dicūt sola nos fide iustificari, simul tradere debere, doctrinam de poenitentia, de timore Domini, de iudicio Dei, la fide iusti de bonis operibus. Hoc est, naturam & ingenium fidei sic amur. explicare, qua nemo remissionem peccatorum in Christo apprehendere potest, nisi quem peccatorum poeniteat, qui timore iudicij diuini perculsus sit, qui deniq; non ea ipsa fide regeneretur, & in Christo cōdatur, nouūq; Dei figuramentum fiat, ad bona opera.

**Summa Ar-** Hac ergo quā Conciliato Ārticulo insunt, qui syncreti de iure omnia cognouerit, expenderit, tenuerit, & docendo iustificatione sequi studuerit, is doctrinam de iustificatione, & totam, & ad certam pietatis instaurationem, nullo cum offendi

**Argumen-** culo, cum tenebit ipse, tum alijs tradet, nec fidere quenq; faciet operibus suis, ex quibus coram Deo nemo iustificatur, nec etiam quenq; cessantem in bonis operibus, aut controuerteri falsa Christi fiducia in peccatis securum faciet. Aduersa-  
**ta aduersa-** riorum nunc sophismata diluenda sunt. in quo tamen, tentia co-  
**ria de poeni-** quia illa in controuersia de Poenitentia recurrent, nunc  
tientur. piosius ex-  
ero breuior.

**Confessio** Pighius ingenue fatetur, & præclare adserit & confir-  
**Pighij de** mat hēc. Nemīnem in hac uita eo unq; iustitię peruenire,  
**iustificatio-** ut non sit maledicto & cōdemnationi merito obnoxius,  
**nepia.** si ex propria iusticia aestimetur, uniuersos enim esse trans-  
gressores legis, proinde & Augustini sententiam uerissi-  
mam esse, qua dixit. Væ hominū uitæ quantūcunq; lau-  
dabili, si remota misericordia iudicet. Iustificari nos, es-  
se peccata nobis misericorditer à deo remitti, in Christo:  
nostrāq; fiduciā corā deo, & spem salutis non esse ponen-  
dā in operib; nostris, nō in iusticia nostra, sed in una igno-  
scente iniquitates nostras misericordia dei propter Chri-  
stū, in q; iustificamur, eius nobis iusticia donata & impu-  
tata; quā unam sibi pro nobis tribunalī diuini iudicij ne-  
cessit

## ARTICULO IV STIFICATIONIS.

214

esse sit. Huius etiā iusticie Christi puritate coniectas solum Ex se om̄e  
 des nostras, & imperfectionum immundicias, nobis non nes, sem-  
 imputari. Hac nos maledicto legis & seruitute peccati, per peccato-  
 cui omnes obstricti sumus, liberari; & in libertatem quan- tores &  
 dam spiritualem, & conscientiae securitatem transferri, & damni.  
 de remissione peccatorum pacatos securosq; reddi: & Per Chri-  
 imperfectum operum nostrorum suppleri & perfici, ut ea sum solū  
 pater auero ab imperfectione eorum intuitu, paterna in- solui pecca-  
 dulgentia grate amplectatur, hucq; honoris attollat, ut tum.  
 alicuius pretij habeat: ut iusticiam nomine dignetur, et  
 ad iusticiam misericorditer imputet, quae per se nullius  
 meriti sunt.

Hæc omnia Pighius clare confitetur, ac etiam solide a fol. 50.  
 confirmat: & fatetur etiam ingenue, hanc primam doctri usq; fol. 64.  
 na Christianæ partem, à Scholasticis magis esse spino- Vulgo ne-  
 sis quæstionibus obscuratam, quam illustratam. Athas gatur Chri-  
 Scholasticas & spinosas quæstiones ita uulgo sequun- phis libera-  
 tur concionatores, ut pleriq; docere non dubitant, satis- re peccatis  
 factione Christi nobis non nisi originale peccatum sub- actualibus,  
 latum esse: quæ ipsi admittimus, ea oportere nos no-  
 stris operibus expiare, Deumq; nobis uitam æternam  
 dare quidem propter Christum, sed si id operibus no-  
 stris mereamur.

Pighius itaq; hactenus consentit nobiscum de iustifi-  
 catione, pugnat autem de causa eius receptiva, quam  
 ille charitatem facit, negat esse fidem, & de certitudine  
 iustificationis & salutis, de qua tamen dum iustificatio-  
 nem explicat, non nostra oppugnat, rursus consentit.  
 Dicit enim nos per Christum transferri in spiritualē quan- pol. 55. 64.  
 dam conscientiae securitatem, & reddi de remissione pec-  
 catorum pacatos & securos per Christum, qui sua, no-  
 stra communicatione facit. Illud itaque commune cum

Hhh ij

## DE CONCILIANDO

sophistis retinet, quod contendit, non fidem, etiam si in genere suo perfecta sit: sed amorem syncerum Dei, habentem timorem filialem sibi coniunctum, esse dispositionem iustificationis proximam, efficacem, & inseparabilem ab illa: ut quae sola nos Deo coiungat, & uirtutem Christi, mortisq[ue] eius nos iustificantem & sanctificantem deuocet, illiciat, & misericordiam Dei residere super nos faciat: Hæc eius uerba sunt.

Summa ratio Pighij.

i. Iohann. 3.  
Iohann. 8.

Ad probandam uero hanc sententiam Pighius ista, ut iactat, affert demonstrationem. Dilectione Dei, & timore filiali destitutus, quiq[ue] non seruat pactum Dei, & est memor præceptorū eius, ut faciat ea, si manet in morte, non habet Deum patrem, nō diligitur à Deo, non est particeps testamenti diuini. Ergo amor Dei syncerus, habens coniunctum timorem Dei filialem, & obseruationem præceptorum eius, est, quo proprie, & primo iustificationem recipimus, non fides.

Miraberis scio Christiane Lector, qui scripturas uel leuiter attigeris, hunc paralogismum, tam futilem, istis hominibus haberi irrefragabilem demonstrationem. Vasset enim tantundem, atq[ue] istud. Sine usu sensuum, sine cibi, potusq[ue] concoctione, et digestione, & motu, nemo uiuit: ergo uis, qua per se & primo uitam recipimus, est unus sensuum & motus.

Sed dicunt, si manet homo in morte, qui non diligit, dilectio uitam precedat, & maneat in morte homo donec diligit, oportet. Hic primum defydero acumen Pighij: ex amore proximi, concludentis, quod proprium sit amori Dei. Tametsi enim eadem uis spiritus sancti constet nobis amor Dei & proximi, tamen hic ex illo nascitur, & eum sequitur, ut hic locus magis contra Pighium faciat, si ipsius argumentandi ratio ualeat. Nam

Iohannes

Iohannes scribit, qui non diligit fratrem, manet in morte. Euincit ergo ex hoc loco, nō amorē dei, sed proximi, et se proximam & efficacem dispositionem iustificationis. Deinde quia logica concluditur, si quid sit eiusmodi, ut res aliqua sine eo esse non possit, idem, id quoq; esse, quo ea res primum constat. Fatemur in morte hominem manere, et esse à Deo alienum, quād diu est absq; dilectione Dei & proximi, absq; studio et obseruantia præceptorū Dei: uerum amorem, uel Dei uel proximi, illud esse, quo primum homo coniungitur Deo, inseritur Christo, & donat, induiturq; iusticia Christi, id uero per negamus, idq; authoritate Christi, qui ipse Apostolo suo testatus est, hæc recipi fide. Tum idcm ratione etiam euidenter demonstratur. Nec enim amare Deum, ut Deum quis quam potest, nisi agnoscat eum uelle, & sibi Deum esse, id est, seruatorem, uitæq; æternæ largitorem. Hoc uero opus fidei est, qua credit Euangeli. i. certæ persuasionis, qua spiritus sanctus persuadet, & nobis Christum à Deo donatum redemptorem, & cum eo omnia. Cui persuasiōni, ut supra demonstrauimus, necessario adh̄eret quidē, sed non pr̄xit syncerus amor Dei, timor filialis, studium Deo se approbandi per omnia. Qui enim homo persus ex Euangeli Christum sibi esse, & ad ferre semel expetenda omnia, eū, nō simul atq; in animo eius ista Euangelij persuasio existit, amet synceriter, colat, obseruet.

Sic ergo habet res, ubi illuxit per Spiritum Sanctum animis nostris misericordia Dei in Christo, illud inæstimabile & super omnia expetibile bonum diuinæ adoptiōnis, ut iam uere credamus Christum nobis quoq; donari & cum illo omnia, emicat illico in cordibus nostris incredibilis amor Dei, sic nos diligentis, si nos in filio suo complectentis, & in suam ipsius communionem assu-

## DE CONCILIANDO

mentis. Sed non accipit ille hæc bona, uerum quia fide accepta sunt, in donantem accenditur, illū suspicit, illum colit. Dilexit multū mulier illa peccatrix, sed cum sensit, cum credidit esse remissa sibi peccata mutata. Vnde ei Dominus dixit, nō dilectio, sed fides tua te salutā fecit. Hęc ut scripturis, ita omni uere credentiū sensu, et perpetuę doctrinę Ecclesię quā S. nobis patres tradiderunt, consenteantia esse nemo dubitauerit, q̄ ista ex ipsi scriptutis, et S. Patrū scriptis, et uera in christū fide, cognoscere uoluerit.

Verū est, in morte manet, omnis nō amans Deū, uitam tamen non amor sed fides in Christum recipit, amor existit, uita per fidem recepta, nemo Christo uere credens, sine amore est sine studio Dei, sine obseruantia pacti eius, ut memor sit præceptorum Dei ad faciendum ea, proinde nemo uere credens in morte est. Nec enim ut Pighius configit, in ensim, sed nullum interuallū est inter ueram fidem in Christum, et amore Christi, et contradicit Christo Eccius, cū scribit, eum, qui credit sibi peccata remitti propter Christum, nondum diligere, & esse adhuc in peccato mortali. Christus n. ait, qui credit in me, habet uitam æternam. Imaginantur isti perpetuo fidē mortuam, fidē illam uulgi hominū, qualem & Iudei et Turce suorum dogmatum habent. nostra uero fides, Christiana fides, Evangelica fides, est persuasio & agnitus salutis sempiternę in Christo oblate, uirua, certa, solida, nempe diuinitus inspirata, constās testimonio Spiritus sancti. De qua re multa iam dicta sunt. Hęc ad paralogismum principem aduersariorum de his rebus ex Scripturis et fide Christi iudicaturis abunde satisfacent.

Affertur & illud Iacobi colligentis hominem nō solum fide, sed etiam operibus iustificari, ex eo, quod Abraham propter obedientiam suam, et Rachab propter misericordiam

## ARTICULO IUSTIFICATIONIS.

216

diam exploratoribus exhibitā, diuinitus laudati sunt, et  
promissionem acceperūt. Sed illud dictum est à Iacobo  
de tertia iustificatione, quæ est recte factorū diuina com-  
probatio, & remuneratio. Nā Abrahā ante fide iustifica-  
tum, & factum amicū Dei, ipse quoq; Iacobus eodē loci  
prædicat. Sic etiam fides Rachab prædicatur, declarata  
suscipiendo exploratores.

Erat respondendū Pighio de conditione diuinarum  
promissionum, quę fidei tātum, quę etiā operum condi-  
tionē adiectā habent; et quedā adhuc Scripturarum loca  
explicanda, de ijs bonis operibus, quæ uidentur humana  
uoluntate suscepta esse: itē de efficacia bonorum operū,  
ad prouehendā in nobis nostri innouationē: de fiducia,  
quā de Dei erga nos benevolentia suggerūt: de uī amoli-  
endi meritas poenas: uerū quia de his in Controversijs de  
de Poenitentia & de Ecclesiasticis traditionibus iterū dī-  
cendū erit, explicationē horum locorum eo usq; differe-  
mus: ubi etiam de operibus, quæ Pighius adserit prære-  
quiri ad iustificationem, dicemus.

Nunc tempus iubeth huic libro finem dare. De reliquis  
controversijs alterum librū, iuuante Christo, statim sub  
ijs iam, in quo etiam omnia contractius multo & distribu-  
tione luculentiore tractabo, quām in hoc facere tēpus ni-  
mis & angustiū, & negotiosum permisit; tamē nihil inex-  
cussum relinquā, quod alicuius ponderis sit: euidenterq;  
demonstrabo, nihil nos, nec in doctrina, nec in ceremoni-  
is, nec indisciplina in Ecclesiā inuehere conari, qd non sit  
& præceptum diuinitus, & obseruatū in uere Apostolica  
Ecclesia; nihil etiam ab ea depellere, quod cū traditione  
Apostolica ullo modo consentiat. Dominus iustā regni  
sui restituendi: et augendi: curā in nobis omnibus, maxi-  
me uero in ijs excitet, & sustētet quibus Ecclesiarū suarū  
administrationem commendauit, Amen.


A M O R T I O N I

to, quilibet habet in se similitudinem, et unius etiam sibi  
edocet fit similis omnibus. Et secundum mago si in omni  
universitate incertis est, quod sit deus, ut non de  
mobilibus, quia sunt deus, et omnis universitas, quae  
in aliis homines videntur, quoniam est deus, et non de  
mobilibus, et in aliis non videtur, quia non deus, et non  
mobilis, et in aliis videtur, quia deus, et non mobilis.  
Et non videtur, quia non deus, et non mobilis, et non  
mobilis videtur, quia non deus, et non mobilis. Quia  
mobilis videtur, quia est deus, et non mobilis. Quia  
mobilis videtur, quia est deus, et non mobilis. Quia  
mobilis videtur, quia est deus, et non mobilis.



Capitulo II. Deinde dicitur, quod in ratione animalium  
Cognitio, oculorum, est in ratione animalium connotata,  
quoniam illis ratione animalium in se est. Quia in capitulo  
de ratione animalium in ratione animalium, et in ratione animalium  
est ratione animalium, et in ratione animalium est ratione animalium.  
Quia in ratione animalium est ratione animalium, et in ratione animalium  
est ratione animalium, et in ratione animalium est ratione animalium.  
Et ratione animalium est ratione animalium, et in ratione animalium  
est ratione animalium, et in ratione animalium est ratione animalium.  
Et ratione animalium est ratione animalium, et in ratione animalium  
est ratione animalium, et in ratione animalium est ratione animalium.  
Et ratione animalium est ratione animalium, et in ratione animalium  
est ratione animalium, et in ratione animalium est ratione animalium.

. . . . .



prologue ms.  
22.18.103

c  
m  
t  
b  
g  
b  
n  
o  
n  
d  
f  
a  
g  
u  
t  
a  
r  
q  
m  
e  
l  
q

conditionis. Exeo ergo colligendum ē. quāta com-  
munis nature memoria / in corde deprimebat  
terrene potestatis tumor ē. si ex humilitatis uoca-  
bulo agitur. nec cogitationis elatio excretis cōstib,  
generetur; Cuius uidelicet humanitatis. bene-  
beatus iob semper recordationē tenuit qui ait. Nūqđ  
non in utero fecit me qui oī illum opatus estus est.  
et formauit in uulua unus. Nē si apte dicat. Cur  
non eque debeamus incius libet negotiū iudicio  
discuti. quip conditoris potentia sumus equalit  
facti. Sed quia castitatis eius atq. humilitatis  
alta cognouimus. nunc liberalitatis oī pa-  
gnoscamus. Sequitur. ss. **S**ine gaui quod  
uolebam pauperib. et oculos ui due ex pec-  
tare feci. Per hę dicta uirsc̄ ostendit non solum  
ad h̄nopiā pauperib. sed etiā ad habendi deside-  
riūm deseruisse. Sed quid ipsa uellent pauperes  
quę fortasse accipere non expediti. N̄ quia  
in scriptura sacra dici pauperes humiles solem.  
ea sola estimanda sunt quę accipere pauperes uo-  
lunt. quę humiles petunt. D E p a v p e R E  
Q V E R E N T E C U M N E C E S S I T A T E. 1665-66  
**E**t procul dubio oportet ut in eum tanter det.  
quicquid cum uera humilitate requiritur.  
Id quod non ex desiderio. sed ex necessitate postu-

